Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Conrad Dannhauer  Gerson Gerschow

# Hodomoriae Spiritus Calviniani detecti & proscripti : Phantasma I.

Argentorati: Heyden, 1652

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371**

Druck  Freier Zugang  PUBLIC DOMAIN


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0001
DFG




Fg - 3312

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0002
DFG

51 c. 11.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0003
DFG

Fg-3312.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0004
DFG

Qv. 712 p

Ad libros
M. Jo. Phil. Storij
Bgb. Hildes.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0006
DFG

# HODOMORIÆ
# SPIRITVS CALVINIANI

*detecti & proscripti*

PHANTASMA I.

*PRAESIDE*

IOH. CONRADO DANNHAWERO SS. TH. D. PROF. ET ECCLESIASTE, FAUTORE, PRÆCEPTORE, AC HOSPITE AETATEM VENERANDO,

*ad Examen solenne propositum*

Die 19. Februarij

*à*

GERSONE GERSCHOVIO
Medov. Pomerano.

*ARGENTORATI*
Typis JOH. PETRI ab HEYDEN.

Anno CIↃ IↃC LII.


Ex Bibliotheca Universitatis Rostochiensis

*ILLVSTRI AC GENEROSISSIMO*

DOMINO

Dn. ERICO Steinbock/

S. Reg. Maj. Regniq; Sueciæ Consiliario, Generali Majori & Libero Baroni in Ohrstein & Krohnenbecke / Torpa / Lehn / & Lindholm modò in Ditionibus & Præfecturis Stolp & Spantkow hereditariè Residenti, Domino Mæcenati ac Evergetæ gratioso

Theologicam hanc ζητησιν

submissè offero

GERSON GERSCHOVV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0009
DFG

*Præcellenti Dn. RESPONDENTI felici*
*avitarum virtutum æmulo.*

QUam PATRUUS veteri nobis conjunctus amore,
Cui dudum ingenium nomina clara dedit,
Quam PATER ipse viam quondam virtutis & artis
Monstravere, pia relligione tenes
Gratulor applaudens, & ut his felicibus ausis
Gloria majorum floreat usque precor
Surgat & inde TIBI præclarũ nomen honoris,
Eximium ut vitæ sis maneasque decus.

*Testandi singularis amoris*
*ergò scrib.*

Ioh. Schmidt SS. Theol. Doct.
Prof. Ord. & Conv. Eccl. Præses.

---

Eximio Dn. Gerſoni Gerſchovio,
Amico meo S.PP.

*DVra Reformatos (sic dictos) ira fatigat*
*Contra nos dudum solicitatq; diu,*
*Hæreticis olim damnatis addere suetos,*
*Et diris aliis nos onerare catos:*
*Mox sub amicitiæ simulacro fallere promtos,*
*Et fratris titulo continuare dolum*
*Ostendenda fuit textura ista improba. Dum fit,*
*Tu specimen studij celsius ipse facis,*
*Illorum dum detegitur quam plurimus error,*
*Te calcasse VIAM, quam docet ipsa, probas.*

Scrib. amoris mnemosynon
*Ioh. Georg. Dorscheus D.*

CUi pietas, studij Zelus somni imemor atq;
Tractata assidue THEIOSOPHIA
placet;
Illi GERSONIS nostri pia cura placebit,
Pernox in libris perque diu in studiis.
De GERSONE tuo, felix POMERANIA,
gaude;
Lætitiæ hîc causa est materiesque tuæ.

*F. huius exercitij*
Præses.

---

HActenus assiduo GERSCHOVI docte, labore
Quæsisti sanctas linguæ orientis opes.
Vtere nunc illis: ut divi gloria verbi
Sarta sit. Hic studij meta sit una tui.
Principium fidei, verbum est: sed litera, verbi.
Discimus hanc, docti quo capiamus eam.
Namq; intelligimus verbum, quod lectio cernit,
sed tantum hæc servit, non dominatur ei.
Grammaticæ, fidei non fiunt regula, normæ:
sicut nec Logicæ, nec ratio ulla viri.
Organa sint. sancto tantum famulantia verbo.
sic satis, & multùm mystica verba juvant.
Quæ ratio, quamvis sapiens sibi visa, magistra
Est verbi Domini, nil nisi verba dabit.
Quod dum sub tanto defendis Præside, nunquam
Te fugiat sana cum ratione fides!

Doctissimo Dn. Respondenti
ita gratulatur
*Balthasar Scheid, Theol. Candid. Hebrææ*
*Græcæq; linguæ Prof.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0011
DFG

## GERSONI GERSCHOVIO

*Amico meo ἐυαγωγότατον!*

QUI SIC DISSERIS atque sic peroras?
Cur calcas toties docens cathedram?
Non frustra celeberrimos Virorum,
Præcones TRIADOS sacrę verendos
Hos lustrasse putas *colende Amice,*
*Meæ deliciæ, mei lepores.*
Recens est, ubi sede proloquentem
Celsa *Chaldaicè* stupore mentis
Vidimus; Tibi fausta comprecabar:
Et mox somnia discutis cohortis
Cui facem ante-tulit superba *Zwingli*
Dextra; non tamen is supremus autor;
Nam *Berengarius*, meum abstuliſti
Ignem, conqueritur, gemens dolensque:
Nec soli hæc etiam relicta laus est,
Et dici cupit & cupit videri
*Oecolampadius*, sibique partem
Iure vendicat; Has & ipse fovi
Flammas clamitat: Omnibus sed istis
Brabeum, (stupidum haud caput) *Iohannes*
*Calvinus* rapuit; fatentur ejus
Scholares, neque doctius volumen
Neve commodius suo libello,
Cui facit titulum *Institutiones.*
Horum dogmata disputas *AMICE*
*GERSCHOVI*, hæc *reprobas* piè *reformans,*
*Et quid tu fatuos rudesq; quæris*
*Illudas quibus auferasq; mentem,*
Quemvis alloqueris, docesque falsum:

Et

Et sic Ingenii Tui potentis
Dotes eximias bonis malisque
Prodis, *Te esse aliquem*, quod & juventæ
Florem non genio malo fovendum
Consecres quoties precatus ille,
Da quod nunc mihi temporis, futurum
Numini, mihi gaudia & choreas,
Tempus triste Deo senile serva,
Non aures dederis manusque promptas.
Haud mirum! nec ego ista miror; in Te
Cum sit testiculi vigens *Paterni*
Omnis vena; Tuusque sit *propinquus*
Magnus *GERSCHOVIVS*, Poëta, Hebræus,
Quique vix similes videt: Bona arbor
Fructus fert utiles; creantur ergò
Fortes fortibus, & leo leones
Fortes progenerat, tulitque felix
Te stipes, capimus proinde *fructus:*
Non tractas Apinas, levesque Tricas,
Cedro digna facis, sapisque morsos
Ungues. & piperis times cucullos?
Qui Te viderit aptiùs loquentem,
Quando hæc rara avis est, libenter, *Euge*,
Dicet, *Gerschovius mei lepores*
*Meæ delitiæ!* dabitque plausum,
*Quî sic disseris, atq; sic peroras?*
*Belle disseris & probe peroras!*

*B N. M. F E C.*

Valerius Iaschius
Colbergâ-Pomeranus.

# HODOMORIAE SPIRITUS CALVINIANI

## *Proœmium.*

QUO dehortamento Nestor Ephesius, ignobile vulgus, Demetrii Argyrocopi flabello in Apostolum Evangelii præconem concitatum, compescuit, δεόν ἐστι, ajens, μηδὲν πεπρᾶχθαι πρόπετὲς Act. 19. 36. Eodem ego in hunc Commentarium elenchticum ingredior; prævideo siniſtra judicia, hinc Demetriorum qui suo opificio ut caveant, intus canunt, sacrilegia clamaturi, convitia interpretaturi, quæcunque in Dianam suam Ephesinam jactabuntur: tituli novitatem desputabunt, quomodo enim tàm abstrusa sophia *moria* audiat? Eccur *Spiritus*? cur spiritus *Calviniani* moria iis imputata, qui in nullius Magistri decreta jurâsse, soli Christo fidem habere videri volunt? Erunt ex nostris fortassis intempestivi Irenophili, qui hoc quidem tempore oleum

igni affundi, & animos, qui nuper admodum universali ἀμνησείᾳ tanquam cicatrice obductâ, consanatâ, novis ictibus vulnerari, exulcerari exacerbari ægrè laturi sunt: pietatis mavolent incentiva; crepabunt tolerantias, mansuetudines, paces; his suggestus, his pulpita resonare debere, non odiosis altercationibus quibus veritas amittatur. At μηδὲν προπετὲς! ἀκμὴν ὁ φαβεῖται τὸς ψόφους. Non enim temerè huic negotio calamus admotus est, sed adductus *studio primum* ipsius sed solidæ sinceræque in religione pacis, quæ non nisi disputando obtineri; cujus obstacula non nisi detegendo removeri; adultum malum non nisi radicitus evellendo sopiri potest. Memorabilis est Cyrilli *Alexandrini* προσφώνησις in apolog. ad Theodosium Augustum. Est *id moris*, inquit, ubi *barbarica expectatur irruptio, ut qui civitati præsunt, curamque illius gerunt, in speculis aut turribus sublimioribus quosdam collocent, qui directo in agrum prospectu indesinenter hac atque illac oculos circumferant, vigilanter observantes, ne quis hostium irrumpat. Quòd si hostilem incursum civitati prænunciaverint, haud mediocriter digni sunt, qui honore afficiantur: si verò oscitantes fuerint, si civitas capiatur, & hostilia patiatur, ipsi pœnas propriis capitibus luent, omnium extremo affecti supplicio. Ad hunc optimor modum & quisque sacerdotum, quoniam speculator à Deo constitutus est, siquidem populis sibi concreditis malum quod lædere solet, annunciaverit, hâc sibi coronâ vigilantiam conciliabit. Rursus verò incidet in*

*det in mala quæ per iram Dei accidunt, si tacuerit, haud mediocri damno afficiens eos, quos inclamationibus suis ad rectam viam inducere debebat.* Hæc ille. Syncretismus qui passim imminere videtur sufflaminandus; ad ἀκμῆς καὶ ἐυκαιρίας instandum, vindicanda veritas: denudandum est, quod latet malum, fugit enim lucem, tenebras amat, ac opertanea sacra, quò fit ut cum διοπετὲς illud ἄγαλμα (*absolutum decretum*) publicè vel verbo tangitur, qui sunt istarum partium plebeii, injurias vociferantur & calumnias, grande sibi convitium fieri, ignari illius mysterii, quod in atrio sacerdotum interiori mussitat, nisi paries effodiatur, ἀπρόσιτον futurum. Evellenda opinio altis radicibus in quorundam facile credulorum animis fixa, *de fundamentali inter Lutheranos & Calvinianos fidei concentu*, jactata inter subtostranos, ubi phaleræ locum habent. Erunt fortassis cæco hactenus zelo occupati, qui latebris detectis, fallaciis explosis, Deo cessuri sunt, & depositio phantasmatum pridem non animadversorum schemate quodam quasi anaschematismo, veri *Reformati* se ipsos *reformabunt*, in veritatis deprehensæ amplexus avidè ruituri, idolo absoluti decreti quo res Calviniana stante stat, cadente cadit, Synodo *Dordracenâ* illius sc. *idoli* νεωκόρῳ (quâ ajunt, ore *Spanhemii* in exerc. de grat. Univers. p. 1594. *nec sanctior habita fuit, nec sanorum verborum tenacior*) exauctoratâ, nuncium missuri, sic demum in nostra unde

egressi sunt castra, remigraturi, ii saltem qui in erroribus adhuc divertuntur: efferentur licet, qui spissè occupati illis inhabitant. Erit ita pax seculi janua ad pacem ævi, sicut olim porta Jani clausa aperuit Evangelio pacis viam, commeatum, successum; ita nos fructum pacis, quo non dulcior alter, utrinque decerpturi sumus.

§ 2. Accessit Theosophiæ studiosorum, non frustillatim & velitatim, sed toto quasi corpore sibi hanc Calvinianæ rationis machinam repræsentari, examinari, analysi logicâ exenterari cupientium, efflagitatio; cui per officii (religionis controversias logicè tractari, μῦθος σεσοφισμένος refelli jubentis) rationē, catecheseως orthodoxæ & interpres in suggestu & vindex deesse non debui: præsertim cum egregii illi *Isacidæ* qui Rhenum superiorem stelireuticis calamis obsident, *nos Ismaelitas* (ita enim nuperrimus ille βαλανεὺς ὁ βασιλικὸς σμήγματος καὶ κονίας ἄξιος nominat) lacessere ad pugnam non desinant, & cum sentiunt Rhenum inferiorem etiam calamos alere, cum tenentur, cum respōdere non possunt, silentii imperium (haut stultè sapientes) à suis impetrent, nimirum ut Apostoli, qui minaciter licet silere jussi, *non possumus*, dixere, quæ *vidimus & audivimus non loqui*. Confer. Palan. tom. 2. syntasm. l. 7. c. 13. p. 3484. Ismaelismi, suâ opinione Isacidæ, convincendi sunt: qui enim sunt illi qui in baptismo eodem quidem patre cœlesti alia tamen matre synagoga Calvi-

Calviniana nati, indole genioq; Isaaco adversi, illusores, sophistæ Philoni, Calvino *Lucianici* (utere cabulâ anagrammaticâ invenies quod ille nolit.) l. 3. instit. cap. 19. n. 1. p. 292. persecutores, sua opinione in regno Christi primi, h. e. puritani, è domo Abrahæ novis confessionibus exivere, ac licet judicio Spiritus Sancti in censum hostium Dei relati ℣. 83. 6. tamen *Saraceni* audire amant? Contrà veri Isacidæ ab Ismaelismi dicâ vindicandi ac universa *Hodomoria* prodenda. quod nomen si durius videbitur ac acerbius, recolendum animo, eodem non Romanos solùm φάσκοντας εἶναι σοφὸς, sed & novis opinionibus fascinatos Galatas ab Apostolo (prius excæcato, quam illuminato, ut ejus exemplo, qui volunt *Sapere*, *discerent stulteſcere*, Calvino Interprete ad Act. 22. p. 221.) proscriptos: ἐχὶ ἐμώρανεν (h. e. stultitiæ convicit) ὁ θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου 1. Cor. 11. 20? Si quis hunc titulum reverberare audebit mequemet-ipsum μωραίνειν clamabit: feram hunc jocum, etiam si addiderit insanire, dummodo votum meum impleatur Paulino illi sociatum *utinam omnes qui hæc legunt, tales fiant, qualis ego sum*, fidei professionem! oria simplex nihil habet aut criminis aut convitii, sed ex superbiâ stulteſcere nihil habet veniæ.

§ 3. Abundent autem suo sapientiæ sensu, qui à nobis seorsim sentiunt; at sustineant, *Spiritum Calvinianum*, invisibilem illum sed vi-

vum, pertinacem, immortalem, phantasmatum sequentium architectum morię convinci; cum hoc enim mihi ἀντιπάλῳ, ut sit minus odiosa, erit contentio, qui Calvinianus dici aut Zvvinglianus, velit, nolit, sustinere cogitur. Abhorret quidem nomen proprium ac distinctivum; nominalem Elenchum deprecatur, traduci se conqueritur Calvini nomine; edictis cavet, vide *Maßon.* part. 4. anatom. Univers. c. 41. p. 476. *Crocium* in comment. protest. sacr. p. 497. *Sibel.* tom. 4. oper. conc. 30. in ep. Jud. p. 175. Interdictum producit et examinat D. *Hutter.* in præf. Calv. aulico polit. Edicti aciem sensit *Ioh. Georg. Magnus* Theologus apud Colmarienses Orthodoxus. Est hic Alopecismus τόπος (Aristotele indice l. 1. soph. elench. cap. 1.) τῶν Σοφιςῶν εὐφυέςατος καὶ δημοσιώτατος quo Spiritus iste non solũ inprohibito passu aditum sibi parat ad ovile, sed gladium Spiritus declinat, & tanquam Antabatomachicum, qui auras feriat, ridet. Quam enim ridiculus ille gladius est, qui Calviniſtis intentatur, nullos tamen hoc nomine notatos invenit? Sed prædamnavit hanc machinationem *Spiritus Sanctus* cum nominalem elenchum exemplis consecravit Jer. 28. 15. c. 29. 22. 1. Tim. 1. 20. 2. Tim. 1. 15. maximè Apoc. 2. 6. ubi notabile *Nicolaitarum* nomen. Christus ipse quoties *Saducæos* nominat, utique à Sadoco oriundos? damnavit eandem Canon. concilii VI. Constantinop. Si *quis non anathematizat Arium, Eunomium,*

*mium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutychen, cum impiis eorum conscriptis, & alios omnes hæreticos, qui condemnati sunt ab Ecclesiâ & eos, qui similia prædictis hæreticis sapiunt, & in suâ impietate permanserunt, & permanent, talis anathema sit.* Idem sensêre Augusti, Theodosius & *Valentinianus* ad Leont. præfect. L. damnato. 6. cod. de hæret. Damnato *portentosæ superstitionis Authore, Nestorio, nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, nec Christianorum nomine, sive appellatione abutantur. Sed quemadmodum Ariani ab Ario lege divæ memoriæ Constantini, ob similitudinem impietatis, Porphyriani à Porphyrio nuncupantur, sic ubique participes nefariæ sectæ Nestorii Nestoriani vocentur, ut, cuius scelus in deserendo Deo sunt imitati, eius vocabulum iure videantur esse sortiti. Athanasius* noluit Arianos sub involvulo Christiani nominis latere, in oratione secundâ contra Arianos contendit ( ita *Scultet.* in medull. patrum. p. 442.) *Arianorum hæresin bonam non esse, nec posse eos appellari Christianos: id quod demonstrandum ideo existimat, quia cum omnes aliæ hæreses facile agnoscantur, sola Ariana speciem suam dissimulans insipientibus imponat: Argumenta demonstrationis hæc sunt: Quia. 1. pugnant cum pia fide. 2. pari ratione Caipham & Iudam Christianos vocare possint. 3. pro Christo Arianis est Arius, cujus mores liber, quem Thaliam inscripsit, indicat. Ariani ergo vocentur. 4. quia aliunde originem suæ fidei deducunt, merito authorum suorum cognomenta præ se ferunt. Sic à Marcione Marcionitæ, sic Valentiniani, Basilidiani, Manichæi,*

*Simoniani, Novatiani, Meletiani. 5. quia ex gentibus ad nos transeunt Christiani, qui ad illos, Ariani, appellari incipiunt.* *Augustinum* hîc facile est parodia consectari, si pro Maximiniano substituas *Arminium*, à quo Remonstrantes tam denominari nolũt quã Calviniani, à Calvino vide sis vindicias Steph. Curcellæi de jure Dei Contr. Amyrald. c. 7. p. 55. sic enim ille lib. 4. cõtra Cresc. c. 6. *Quod interrogas, quare vestros Donatistas appelle, adiungens quod Donatus non author & institutor Ecclesiæ, quæ ante nõ fuerat, sed à Christo deducta, & antiquæ unus ex Episcopis fuerit: nõne attendis hoc de seipso & Maximinianum* (Arminium) *dicere, ex cuius tamen nomine universam communionem appellatis? nec Schisma quod fecit, ullo vocabulo à vobis vel ab aliis sectis discernitis, nisi aut Maximinianistas, aut Maximinianenses, aut quodlibet aliud quod à Maximiniani nomine derivetur, aut certè simplicius, aut sine timore grammaticarum ferularum partem Maximiniani nominetis, nunquid hoc dicturus es Maximinianum à vestrâ communione schisma fecisse, hoc autem à communione catholica non fecisse Donatum?* adde egregia illa nomina sectaria, (*Arianismi, Samosatenismi, Sabellianismi, Eutychianismi, Nestorianismi, Pelagianismi, Marcionismi, Donatismi, Agnœtismi, Manichæismi, Schwenckfeldismi*) à nostro D. Nic. *Hunnio* in *Διαστολ.* de fundamentali dissensu, pag. 498. p. 339. collecta, quibus Lutherana religio diffamata est. *Sturmii* hæc sunt in Anti *Pappo.* 4. part. 4. p. 140. *Capernaismi vos adversarii vestri insimulant: qui asseveratis*

ore

ore corporis edi corpus Domini, quod cruci suspensum fuit. Marcionismi vos arguunt: qui dicebant corpus Christi, specie corpus esse non esse revera, φαινόμενον & φανταστικὸν statuebant: & id cœlesti modo posse comedi. Et vestra assensio probat vos Marcionitas esse: disertis enim verbis vestri tradunt imaginariam Christi ascensionem. Si ascensio fuit φαινομένη δοξαζομένη κατὰ δόκησιν, ut Marcionitæ loquebantur: cur non corpus Christi? Non ulnam aut cubitum, non tres digitos altum Iacobus Fabricula Christum ascendisse, etiam superioribus proximis Thesibus VVittembergæ defendit: annon Marcionicum? annon istud est ascendere κατὰ δόκησιν? Omnes perpessiones & actiones Christi κατὰ δόκησιν esse dicebant, ut vos ascensionem quatenus corpus Christi ubique est. Manichæorum vos sectam sectari dicunt, qui corpus Christi in omnibus rebus creatis esse dicebant, ut herbis, arboribus, lignis, lapidibus, stellis cœlestibus: qui tamen modestius loquebantur, quam ii, qui hodie scribunt in omnibus cantharis cerevisiariis esse corpus Dominicum. Arianos vos esse contendunt: qui negabant esse ὁμοούσιον Filium Dei Iesum Christum non divina natura sine divinitate æqualem, sed solum honore, gloria, & societate potentiæ. Cum Sabellio ibid. p. 143. vos componunt, qui personas confundebat, & hâc confusione omnem tollebat Trinitatem. Idem aiunt vos vestrâ Vbiquitate efficere. Nam si quæ divinitatis propriæ notæ sunt, humanitati communicentur, & divinitas eiusque proprietates, si sunt οὐσίας, & essentiales, ut loquuntur, & trium sunt personarum, effici aiunt, ut in Christo personæ confundantur. Ex quo etiam consequi dicunt, non so-

lum Filium sed etiam Patrem incarnatum & passum & cruci affixum esse. Vnde & Patropassiani appellati sunt. Et à Sabellio ad Nestorium descendunt: & huic vos sociant, & se dividere Christum negant: vos autem distrahere illum dicunt, cum dicitis in unione & extra unionem: cum nunquam nisi in unione posit & debeat considerari, & ne quidem ἐπινοίᾳ, seu, ἐπινοήσει sit extra unionem. Idem etiam vos sentire dicunt, quod Nestorius docere non erubuit: Christum Dominum à Sanctis suis non οὐσίᾳ sed ἐνεργείᾳ differre, hoc est, non specie, sed gradu differre. Aiunt etiam vos statuere in Cœnâ, quod Cyrillus in Nestorio refutavit: nempe αὐθεωποφαγίαν. Qui enim τὸ ῥητὸν defendunt: qui nativa verba esse dicunt; qui nullum τρόπον & verborum conversionem admittunt, nolint velint, ἀνθρωποφαγίαν effugere non possunt. Eutychaes etiam vos dicunt, & illorum hæresin vobis etiam asscribunt. Vt enim illi naturas confundebant, sic vos dicunt proprietates commiscere essentiales naturarum: Et illam regulam veteris Ecclesiæ & synodi Chalcedonensis contemnere: Confundi naturas, si confundantur etiam earum proprietates etiam ibid p.144. Monophysitis & Monotheletis aggregant: qui ut ne Eutychaei esse viderentur, verbo duas naturas admittebant, re ipsâ verò tollebant. Nam Christi statuebant unam esse naturam voluntatis, alteram actionis. Eodem modo vos peccare dicunt. Clarè enim & disertè scribitis, Verbum omnia agere per humanitatem, cum tamen ut naturæ sunt distinctæ, ita etiam actiones; aliæ enim divinitatis actiones sunt, aliæ humanitatis. Harum novem hæresεων vos reos faciunt, quæ à Patribus à Christi Ecclesiâ

*cleſiâ profligatæ, à vobis revocantur.* Scilicet illi ſpiritui fas eſt, tàm apertam nobis notam inurere, illum nomine ſuo notari nobis nefas?

§ 4. Exigit hujusmodi denominationem neceſſitas cavendæ pellaciæ: Ut ſæpe Pſeudo-Smerdes aliquis in thronum regium involavit, ita Pſeudo-Evangelicus in Eccleſiæ ſinum. Et quæſo quod nomen nobis dabit, ut nominetur? non ſuſtinebit nomen *ſacramentarii*, (de quo videndus D. Schluſſelb. in ſacram. pag. 1.) *nedum hæretici, aut Anti Chriſti.* nolet vocari *Geuſius* (quo de nomine videndus Famianus Strada. l. 5. bell. belg. decad. 1. p. 189.) nolet fortaſſis *Hugonota* dici (de quo Strada. ibid. p. 99. Limnæ. l. 1. Iur. publ. cap. 7. n. 61. Becan. tom. 6. opuſc. q. 4. p 464.) nolet ferre *papillionum* nomẽ in Galliâ celebre de quo *Gramondus* l. 9. hiſt. Gall. p. 420. nolet *Puritanus* appellari, cujus nominis originem Ioh. *Lætus* ex Thuano deſcribit in Compend. hiſt. univerſ. p. *616.* In *Anglia, Colmanus, Buttonus, Halinghamus, Benſonus, & alii, qui plus cæteris in religione ac puritate doctrinæ ſinceri aut eſſe ſibi perſuadebant, aut videri volebant, receptam in Eccleſiâ Anglicanâ* (ab Eliſabethâ mediocritatis ſtudioſâ inſtitutam, uti prolixè refert Bzov. ad ann. 1560. n. 31. & ſeqq.) *diſciplinam, Liturgiam, & Epiſcoporum authoritatem in quæſtionem revocare cœperunt, cum parum illam à Romana in ſpeciem abeſſe dicerent, & omnes eius ritus ad præſcriptum Genevenſis Eccleſiæ conformari cuperent. qui quanquam Reginæ*

*juſſu*

*iussu, mox in custodiam dati sunt, non paucos astipulatores habuerunt: ita ut Puritanorum his initiis nomen exoriretur, in Scotia hodie obtineat, nec paucos in Angliâ sectatores habeat. Et quoniam nō nulli Ministri ex authoritate fuerunt, Beza Epistola ad Edmundum Grindalum Episcopum Londinsem exarata, interceßit, monens non esse vi ad istos superstitiosos ritus cogendos Ministros. ritus illi erant, vestis alba, crucis consignatio, genu flexio in cœnâ Domini, Mulierum baptismus & similes. magnoperè inquit dolendum, videri velut ad carceres nunc se convertere, quos iam potius ad metam usque talibus præsertim ducibus ac Magistris fretos progressos esse oportuit.* Nomen Christianorum, nimis quam amplum est, nec univocè dici potest nisi de illis qui spiritum Christi habent non arrogatione sed veritate Rom. 8. 19. Nomen *protestantium* (de quo videndus Sleidan. l. 6. p. m. 146. Hortleder. in caus. bell. germ. l. 1. c. 4. & 5. Limnæ. Jur. publ. l. 1. cap. 7. n. 59.) & *Evangelicorum* itidem generale est, quod etiam Sociniani, Anabaptistæ, alii induunt. absoluti decreti cacangelium cum Evangelio conciliari nequit, vid. D. Walth. dissert. de his nominibus. θ. 41. & seqq. *Reformati non sunt, qui primùm à Calvino Formati in vetere Ecclesiâ hospites ac peregrini. Reformatorum nomine* (ita Corvin. in censur. anatom. Molinæ. cap. 23. p. 325. *quod uti vulgo habetur; ita nobis semper nimis superbum visum fuit, vos ipsos insigniviſtis, tanquam si ab omnibus erroribus purgati nulla reliqua labecula infecti, sed pristinæ puritati plene restituti essetis,*

*tis, cum tamen vel sola ante hac à Doctoribus vestris, & nunc à te defensa, nuper vero in Synodo Dordracena in Canones redacta, & pro Ecclesiæ vestræ doctrina recepta atq; commendata doctrina absolutæ prædestinationis, (qua cum omnis tum nominatim Christianæ religionis fundamenta evertuntur) pestiferorum errorum vos reddat manifestos.* Bene *VValtherus.* l. cit. p. 199. *Malitiosâ dogmatum erroneorum propugnatione, intempestivâ adiaphororum, rerumque suâ naturâ indifferentium, puta Exorcismi, placentularum orbicularium, imaginum, concentus Musici, & Organorum, cereorum, altarium, vestium albarum abrogatione, legum Mosaicarum forensium in Christianas Respublicas revocatione, & panifragii in Cœnâ repræsentativi obtrusione, similibusque naniis & affaniis Ecclesia Orthodoxa non reformatur, sed deformatur, & turbatur, non ædificatur.* Reformationis laudē Luthero eripi non patimur de quodicre possis illud. Gal. 4. 19. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Neminem* (ita noster D. Mentz. in anti-Croc. disp. 1. θ. 8. p. 5.) *inter nos puto, qui quidem non omni sensu & notitiâ sit destitutus, negaturum, benignissimum Deum per ministerium D. Lutheri reformasse Ecclesias Saxonicas primùm, & postea plurimas per Germaniam & vicina regna. His igitur nomen Ecclesiæ reformatæ derogari non potest. Quod si concedatur, uti concedere veritas cogit, nomen illud non distinguet Ecclesias Saxonicas ab Ecclesiis Helveticis dum utrisque simul (quantumvis non per omnia pari modo) accommodatur. Lutherani, denique nisi depuduerit,*

nomen

nomen reformidabit cũ ille Heros Spiritui adversotã masculè ad ultimũ usq; halitum contradixerit. Fuerunt quidé qui sub hoc pallio latebras quæsivere, sed fraude detectâ in cassum. vide D. *Hutter. Calvinist.* aulico polit. consil 8. p. *276.* D. Gerh. part. *1.* disp. theol. disp. *8.* p. *382.* palat. im außführlichen bericht. cap. 3. p. 88. c. 8. p. 39. im anhang. ib p. 279. Confessionistæ, seu, palatini Catechismi, seu, Confessionis Helveticæ, Gallicæ, Belgicæ nomina sunt involuta, ac Doctorum glossis & interpretationibus opus habent, nominatim Heidelbergensis Catechismus expositus, juxta Masson. part. 1. pag. 224. von *Zacharia Vrsino, Davide Pareo, Ruando Acronio, Ieremia Basingio, Francisco Burgavio. Philippo Lansbergio, Iohanne Cratio. Iul. Contin.* in 2. Theil. c. 15. von *Henrico Altingo, Iacobo Triglandio* vnd andern. hæc Masson. part. 1. cap. 8. p. 224. Nondum opinor INDEPENDENTISMI nomen pro suo salutavit, quam monstrosò? videndus Salmas. in præfat. defens. regiæ. p. 14. quanquam suos illos hypotheticos, Amyraldum & socios hac parte suspectos reddat *Andreas ad Guil. Rivet* in ep. apolog. in crimin. Amyraldi. p. *68.* ubi eos scribit, non longè ab iis, quos *Independentes* appellant, recedere quod à Calvini & aliorum consensu pendere nolit.

§ 5. Imbellis est rapsodia Massoniana in bellum educta. cap. 41. p. 476. Wen wir bekennen sollen für den Menschen/ nach dem allein sollen wir

len wir vns nennen. Nun sollen wir Christum bekennen für den Menschen. Matth. 10. v. 22. folget daß wir vns auch allein nach vnserm HErren Christo/Christen nennen sollen; bedürffen also deß Namens Calvini, Lutheri, vnd dergleichen gantz vnd gar nicht. 2. ibid. 477. Was Spaltung vnd Zerrüttung anrichtet / sollen die glaubigen vermeyden; sich nach fürnemen Lehrern nennen richtet Spaltung vnd Zerrüttung an. Folget/daß solches die glaubigen vermeyden sollen. Der mittler Spruch ist Pauli. 1. Cor. 1.10. Allein ibid. pag. 478. Christus ist für vns gecreütziget: vnd wir sind auff Christum allein getaufft. Darumb sollen wir vns auch allein nach Christi Namen nennen. Also schleüst Paulus. 1. Cor. 1. v. 12. 13. Ich sage davon/dz vnter euch einer spricht. Ich bin Paulisch/ der ander ich bin Apollisch / der dritte ich bin Cephisch/der vierdte ich Christisch/wie? ist Christus nun zertrennet? Ist dañ Paulus für euch gecreütziget/oder seyt jhr in Pauli namẽ getaufft? Als wolte der Apostel sagẽ/Christus allein ist für euch gecreützet/auff Christum allein seit ir getaufft. Darumb sollet jhr euch allein nach Christo/ vnd nicht nach enem andern nennen / der seye gleich wer er wolle/ vnd wessen grossen Namens/Authorität vnd Ansehens. Lutherus ist nicht für vns gecreützet noch gestorben. 4. Was fleischlich ist ibid. p. 479. sollen die glaubigen vermeiden. 2. Corinth. 1. v. 12. Sich nennen nach einem oder dem andern Diener Christi / ist fleischlich / derohalben sollen es die glau-

glaubige vermeiden. Der mitler spruch ist Pauli. 1. Cor. 3. 4. dann so einer sagt/ Ich bin Paulisch/ der ander aber ich bin Apollisch / seyd jhr dann nicht fleischlich? Wer ist Paulus? Wer ist Apollo? Was ibid. p. 479. einen bösen schein hat/ sollen wir vermeiden. Wie Paulus befilcht. 1. Thess. 5. v. 22. meidet allen bösen schein. Sich nach einem Lehrer nennen / hat einen bösen schein/ Darumb sollen wir solche Namen meiden. Der mitler spruch wird daher bewiesen Dan. 1. wann sich Christen nach einem Menschen nennen / so scheinet es/ als wann sie jhn für jhren Rabbi vnd Meister auffwürffen: wie die Ramisten den Ramum, die Aristotelici den Aristotelem, die Galenisten den Galenum, fur jhren Meister vnd Führer preisen: welches aber bey Christen nit seyn soll. Matth. 23. 8. Jhr sollt euch nicht Rabbi nennen lassen/ dann einer ist ewer Meister Christus. Item. v. 10. Jhr sollt euch nicht lassen Meister nennen / dann einer ist ewer Meister Christus. Sollen wir nun vnsere Lehrer / in Göttlichen Sachen nicht Meister heissen / viel weniger sollen wir Christen vns nach jhren Namen nennen. 2. Es scheinet auch/ wann sich die Kirche nach einem Menschen nennet/ als wann derselbige Mensch vber die Apostel/ neben Gott vnd Christo selbst gesetzt werde. Wie dan etliche Lutherum so hoch halten/ daß es nicht zuverantworten. Es scheinet auch ibid. p. 480. in dem sich etliche nach einem Menschen nennen/ als wann sie mit vnter die Ketzer gehörten. Sintemahl

mahl nicht die wahre Christen/ sondern die Maul-christen vnd Ketzer pflegen sich nach jhren Heerführern zu nennen. Irenæus lib. 2. cap. 20. Simoniani à Simone, impiissimæ sententiæ principe dicti sunt. 6. die glaubigen ibid. p. 481. in der ersten reinen Kirchen haben sich nicht Paulisch/ oder nach einem andern genennet/ sondern sie haben/ vnd zwar nach anweisung vñ befehl der Apostel/ sich Christen genennet. Actor. 11. v. 26. daher die Jünger am ersten zu Antiochia Christen genennet worden. 7. die alten ibid. p. 483. Kirchenlehrer (wie auch zuvor kurtz angedeutet) wollen gleichfalls nicht zugeben/ daß sich die Christen eines Menschen vnd Lehrers namen gebrauchen sollen. Athanasius quæst. 45. ad Antioch. Fides Dei non est, quę de hominibus nomen accepit. 8. Letzlich ibid. p. 484. so wills auch Lutherus selbsten nicht gestatten/ daß sich die Christen sollen Lutherisch nennen/ sondern eiffert hefftig darwider. Seine wort sind diese Thom. 2. Wittemb. pag. 4. Nicht also/ du Narr/ höre vnd lasse dir sagen; Zum ersten bitte ich/ man wolle meines Namens geschweigen/ vnd sich nicht Lutherisch/ sondern Christen heissen. Was ist Luther? Ist doch die Lehre nicht mein/ so bin ich auch für niemand gecreutziget. S. Paulus. 1. Corinth. 1. vnd 3. wolt nicht leiden/ daß die Christen sich sollen heissen Paulisch/ oder Petrisch/ sondern Christen. Wie käme ich armer stinckender Madensack dan darzu/ daß man die kinder Christi solte mit meinem heyl-

losen namen nennen? Nicht also/Lieben Freund? Lasset vns außtilgen die partheyische namen/vnd vns Christen heissen/deß lehre wir haben. Item. 7. Wittemb. p. 364. Wahr ists/daß du ja bey Leib vnd Seel nicht solt sagen? Ich bin Lutherisch oder Päpstisch/ dann derselben ist keiner für dich gestorben/ noch dein Meister/ sondern allein Christus/vnd solt dich Christen bekennen. Aber wann du es darfür halteſt/daß deß Luthers lehr Evangelisch/vnd deß Papsts vnEvangelisch sey/so mustu den Luther nicht so gar hinwerffen / du wirffest sonst seine Lehre auch mit hin/die du doch für Christi Lehr erkenneſt.

§ 6 Respond. ad 1. plus non conficitur, quam à Christo nos nominandos: sed an à solo? quo id verbi apice? si omnis denominatio ab homine illicita, peccaverit ipse Christus cum Nathanaëlem Israëlitam dixit Joh. 1. 47. D. Paulus, qui fideles vocat Abrahæ Filios, h. e. Abrahamitas Gal. 3. 7. distinguendum igitur inter denominationem fiducialem soli Christo debitam, & distinctivam Ecclesiæ à sectâ. ad. 2. Schismata Corinthiaca nata sunt non ex nudâ denominatione, (neque enim Apostolus prohibet Christianum à Christo vocari, studia arptium non professionem nominis perstringet, interprete Calvino ad h. l. pag. 167.) sed ex familiæ Christi sectione deificâ, (quam χαιειντίζων, κρόσκλισιν seu inclinationem vocat Clemens Rom. in ep. ad Corinth.) qua ipsa Christi professio in consectarum numerũ redacta est.

Fuit

Fuit tunc Corinthiaca Ecclesia corpus sub capite Christo constans membris variis, consanguinitate tamen fidei conjunctis. Jam caput membris æquiparari, membra in capitis locum extolli, membra consanguinea & quasi homogenea nominibus disparare & hinc odiis flagrare, annon impium, annon culpabile? At Ecclesia nostra Orthodoxa comparata cum eâ, quam Spiritus Calvini conflavit, non est utraque sub uno capite Christo, sed illinc Christo, hîc AntiChristo: membra utrobique non sunt homogenea, sed sanguine fidei diversissima: nemo nostrum Lutherum Christo ad latus collocat: Zelo ferimur utrique, sed diverso lumine accensi: ardet illic à lumine scripturæ; hîc face rationis cœcæ. ad 3. distinguenda est denominatio servilis à discipulari, religiosa à civili, Solus Christus pro nobis ἱλαστικῶς est crucifixus (quâvis & ὑποδειγματικῶς pro Ecclesiâ afflictus D. Paulus Col. 1. 24.) hoc est, nos caro precio mercatus est in mancipatum sui dominii, cujus ἐνομαθεσία signum est Gen. 26. 18. 2. Reg. 23. 34. Dan. 1. 7. absit ut hoc sensu quisquam nostrum à Luthero appellari velit. *Caro emti estis, ne sitis servi hominum.* Rursus in nomen Patris, Filii & Spiritus Sancti baptizari est in gloriam illius nominari 2. Sam. 12. 28. illi ad religiosum cultum devinciri, vide μυσήει &. sect. 2. art. 3. §. 49. Quod nominationis genus, qui Luthero tribuit, anathema esto! num ideo civilis paronymia, imò rhetorica metonymia illicita? Quid

enim est à Luthero nominari, quam à Lutheri doctrinâ sicut Israëlitæ in Mosen baptizati? hoc est, in Mosis doctrinam. ad. 4. Ut carnem & carnalia spirat denominatio schismatica, de quâ paulo ante; ita spiritum versipellem se in angelum lucis μεταχηματίζοντα denominatio æquivoca, æquivocationis detectionem perosa. 5. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ abstinendum. h. e. vel ab omni specie, quæ est sub genere scandali vel ab omni specie scandali dati. at denominationem ab homine esse vel scandalosam ipsam, vel scandali dati præ se ferre speciem jactatur quidem, sed non probatur: Si enim species mali est castigata à Domino, Lutherum magistrum profiteri, fuerit quoq; species mali cum se Apostolus Corinthiorum Patrem nominat. 1. Cor. 4. 15. aliud est Magistrum reverenter agnoscere, aliud in ejus verba religiosè jurare. Dica hæc Rabbinis hebræorum scribatur, non nobis, quorum decreto contradictoria credēda sunt. si à nonnullis Lutheri nomen hyperbolicè evectum est, rhetoricæ condonatur. *nomen Lutherani* (ita noster D. *Menz.* in Anti Crocio disp. 1. θ. 10. p. 6, *quicunque aliter interpretantur, quam proprietas causæ instrumentalis postulat, illi suam produnt vel ignorantiam, vel malitiam. Vocatur enim Lutheranæ doctrina, non Lutheri ut primi authoris, qui est ipse Spiritus Sanctus: nec ut primi Concionatoris, vel Scriptoris, quales fuere Prophetæ, Evangelistæ & Apostoli: Sed tantum ut ministri, divinam vocationem habentis, qui pretiosum*

*tiosum separavit à vili:* nec periculum est contagii hæretici ex solo nomine, si doctrina reclamet. Hæretici veteres potius sustinuere à suis auctoribus nomina, quam ut sibimet imposuerint. alàis Arianos voluisse Christianos dici & Catholicos constat. 6. Primi fideles in ævo Apostolico dicti sunt Christiani, sed nec eos nominis Paulini pudere debuit 2. Tim. 1. 8. à testimonio negativo in re historicâ nihil colligitur. Patres præscriptivè disputantes abstinuere à nominibus Doctorum, ut sic hæreticos à suis auctoribus nominatos fortius convincerent: quod & nos faceremus in palæstrâ cum Papæis constituti, nec pateremur nobis titulũ catholicismi ereptari; ad 8. Is Lutherus qui à se (tanquam sectæ novæ auctore, & Deo quodam terrestri) nuncupari noluit, is idem scribit tom. 2. Ien: fol. 104. Wahr ists / daß du ja bey Leib vnd Seel nicht solt sagen / Ich bin Lutherisch oder Bäpstisch / dann derselb ist keiner für dich gestorben / noch dein Meister / sondern allein Christus / vnd solt dich Christen bekennen. Aber wann du es darfür helteſt / daß deß Luthers Lehr Evangelisch / vnd deß Bapsts vn Evangelisch seye: So mustu den Luther nicht so gar hinwerffen / du wirffst sonst seine Lehr auch mit hin / die du doch für Christus Lehr erkennest / sondern also mustu sagen / der Luther sey ein Bub oder Heylige / da ligt mir nicht an / seine Lehr aber ist nicht Sein / sondern Christus selbs / dann du siheſt daß die Ty-

rannen nicht damit vmbgehen / daß sie nur den Luther vmbringen/sondern die Lehr wollen sie vertilgen/vnd von der Lehr wegen tasten sie dich an/ vnd fragen dich/ob du Lutherisch seyest. Hie mustu Warlich nicht mit Rohr-worten reden/sondern frey Christum bekennen/es habe jhn Luther/ Clauß oder Georg geprediget/die Person lasse fahren/ aber die Lehr mustu bekennen. &c. D. vide Walth. dissert. de his nomin. θ. 93. p. 215. Unde nec Bucerus ab hâc nuncupatione abhorruit, ejus sententia adducitur in agendis Eccles. Argentinens. p. 12.

§ 7. Manet igitur nomen, seu *Zvvingliani*, seu, si malint *Calviniani*, aut *suggerant ipsi nomen aliud* (ita D. Menz. l. cit. pag. 7.) *quo appellari velint: modò sit eiusmodi, ut differentiam inter nos, & illos manifestam præ se ferat. Vt enim distincta res sunt, sic earum distincta nomina esse decet. Quia alius Lutherus, alius Zvvinglius erat, & aliud hic, aliud ille docebat, Lutherani & Zvvinglii iidem esse non possunt. Calvinianos ergo vocamus, discriminis gratiâ, ut à Lutheranis Confessoribus eos separemus, non putantes, eos in Calvini nomen esse baptizatos* (*quis ita desipiat?*) *Vel Calvinum habere pro Deo* (*quem merum hominem mortuum nôrunt omnes ante multos annos*) *sed hanc duntaxat ob caussam, quia Calvini doctrinam, vivâ voce & scriptis ab ipso propositam, inprimis etiam ubi à Confessione Augustanâ & Papistis dissentit, amplexantur.* Calvinus Heroum ille princeps est & quasi Iason inter Argonautas. *De quo*

*quo dici non potest, quantum Ecclesiæ Reformatio debeat* judicio Mosis Amyrald. in defens. doctr. Calvini cap. 16. p. 254. cujus *doctrinam* (ita ib. Amyrald. in præfat.) *& arctè tenemus, & quantum possumus, defendimus accuratè, qui Ecclesiam Genevensem, à quâ urbe ad externas nationes manavit hæc doctrina, instituerit*, Semetipso teste in præfat. com. in Johann. sicut Lutherus parvus ille David fuit qui primus Goliathum prostravit, ita Zvvinglius aliiq; bellum contra philistæos fortiter cõtinuarunt, censore ipso Zvvinglio apud Palatinos im außführlichen bericht. c. 3. p. 83. *Eadẽ Calvini placita vindicat* Theod. *Zwingerus* in eo qui nunc sub prælo gemit, commentario. Calvini sanè institutiones accensentur scriptis Universalibus ac symbolicis à totâ Ecclesiâ receptis, à Massonio tom. 1. pag. 231. Quid multa? sunt in illis partibus, qui jam dum huic nomini condixere, quanquam id urat Spanhemium in dissert. de occas. exerc. de grat. Vniversal. & ib. in annot. ad sect. 8. p. 325. Selnecceri vrsachen/ warumb trewe Lehrer vnd Prediger nicht sollen/ noch können vnterlassen / die Zwinglianer vnd Calvinisten mit namen zu nennen / vnd für den Calvinischen Gotteslästerungen zu warnen repetitæ sunt ab *Huttero* in Calvinist. aulico. polit. p. 294. adde vorred der gründlichen außführung wieder die Casselische Wechselschrifft. pag. 14. Es geruhen doch auch die Casseler mit disem gesuch vñ begehren/ daß man sich der namen/ Zwinglisch/

glisch/Calviniſch/ gegen ſie nicht gebrauchen ſolte/ nicht mehr auffgezogen zu kommen. Dann wir ſie nicht deßwegen alſo nennen/als wann vnd weil ſie auff Zvvinglium, auff Calvinum &c. getaufft weren: daß ſey ferne: oder daß wir ſie ungebürlich beſchneützen oder verleumbden wollen/dz ſey auch ferne von vns/ ſondern einig vnd allein darumb/dz wir ſie/ als die in den Hauptartickeln Chriſtlicher Religion gefährlich jrren/vnd alſo in denen/ die ewige Seeligkeit betreffenden ſtucken/ mit vns hefftig vneins ſeynd/wie wir ſolches auch in diſem Buch ans helle Mittagsliecht gelegt haben/von vns der wahren vnverfälſchten/ in GOttes Wort begründeten Augſpurgiſchen Confeſſion mit Hertzen vnd Mund zugethanē Chriſten/ durch ſolche Namen deſto klärer vnterſcheiden/ vnd jhren conſenſum mit Zvvinglio, Calvino &c. als jhrer ſeits vornembſten Lehrern/die ſie/als jhre anteſignanos hochhalten/ deſto vernemlicher anzeigen mögen. Welches jhnen nit zu wider ſeyn kan/oder ſoll. Dañ ſonſten ſagen wir zu jhnen/was Athanaſius Tom. 1. orat. 4. contra Arianos. p. 272. edit. Comel. ann. 1601. von den Arianern geſchrieben/vnd geſagt hat: Aequum eſt, quorum nomina deprecantur, eorum quoque ſententias refugere.

§ 8. Manet titulus ac epigraphe HODOMORIA SPIRITUS CALVINIANI, denudanda *è ſcriptis ipſorum* (lubens affero judicium *Sibelii* è Tom. 5. oper Theol. ad Apoc. 2. p. 55.)

Con-

*Confessionibus, declarationibus, ac Apologiis sententia ipsorum excerpenda, eiusque examen instituendum est. Sed regerunt nonnulli; hanc rationem repugnare legi isti Ioh. 7. 51. Num Lex nostra condemnat quempiam, nisi prius ex ipso audierit, & cognoverit quid faciat? Hanc clamant novam jurisprudentiam, & turbandæ humanæ societati, quamvis invisum ac nocentem, more tamen occidendum. Item Inauditos atque indefensos tanquam innocentes perire. Allegant illud Senecæ; Qui statuit aliquid parte inauditâ alterâ æquum licet statuerit, haud æquus fuit. Grotius in Ordin. Holland. & Westf. pietate, p. 13. 14. Resp. Quâ fronte negari potest, illum audiri, cuius scripta leguntur? nisi quis negare velit, illum qui scripsit, loqui, quæ Phrasis utique in sacris & profanis est receptissima. Quid? annon auditur, qui scripto causam agit vel per se, vel procuratorem? num viva voce plenius & prudentius dicitur, quàm scripto? Negabunt hoc judices, actores & rei. Vtrique scripto melius sibi cautum arbitrabuntur, quam orali sermone, (ut loquuntur.) Et revera se res ita habet, ut certius judicetur ex scriptis, quam prætervolante & facilè fallente oratione. Rex M. Britanniæ Iacobum Vorstium nec visum nec coram auditum condemnavit, librosque eius palam per carnificem jussit comburi. An hominem condemnavit inauditum? nihil minus; audivit ipsum in scriptis. Senatus curiæ Parlamenti Parisiensis condemnavit Cardinalem Bellarminum, nec citatum, nec auditum coràm; sed an condemnavit inauditum? Nequaquam; Audivit ipsum in libro de Potestate summi Pontificis in temporalibus scriptum, contra Guilelmum Bar-*

*claium. Senatus Basiliensis Davidem Georgium jam mortuum & humo conditum condemnavit, cadaver effoßum, cũ libros rogo imponi & in cineres redigi curavit. At mortuum qui audierint? Audierunt tamen in libris & testibus. Vniversa Christi Ecclesia dicit Anathema Socino, Samosateno, Ario, totique blasphemorum hæreticorum cohorti, coràm nec visæ nec auditæ. Ordines Generales Belgii Ostorodum & Vaidovium condemnarunt, nec visos, nec coràm auditos, eò quod constaret libros eorum esse refertos blasphemis dogmatibus, decreverunt que ut aspectantibus ipsis libri comburerentur. Ipsos verò hæreticos Belgio exire jusserunt. In Apologia pòst edita conquerebanur de hoc Ordd. Gen. facto, ut Tyrannico & plusquam Antichristiano. Vetus sc. & vulgata horum hominum querimonia, qui somniant illud: Movit præsentia Turni. Romanum Anti Christum & Iesuitas damnamus omnes, nec visos tamen nec auditos nisi in scriptis & factis. Plura referre tædet. Qui aliam hìc inducere volunt Iurisprudentiam, lege oportet caveant, ne hæretici scripta sua aliquò mittant, ubi non se ipsos sistant, ut coràm etiam audiantur. Non auditis coràm scriptoribus ne judicant Lectores. hæc Sibelius.* E *confeßionibus* inquam, quas formas (licet non normas, consensus) agnoscit *Spanh.* in occasione exercit. de grat. Univers. *Confeßionibus* quas laudat *Massonius* anatom. Univers. part. 1. cap. 8. (*quarum Harmonia Genevæ prodiit Anno. 1581.*) *quas inter eminet Helvetica posterior*, cui non solum condixere Reformati, & nominatim *Chamier.* l. 1. de Sacram. cap. 1. n. 9. sed & reliquis antefertur,

fertur, *eò quod à plurimis diversarum nationum Ecclesiis publicè approbata & subscripta*, ut habet admonitio ad lectorem harmoniæ confess. præmissa: quanquam & *Belgica confessio* in synodo Dordracenâ robur acceperit sess. 145. p. 412. & *Catechismus Heidelbergensis* Canonizatus in Synod. Dordrac. sess. 149. p. 433. (*quo ex* judicio *Hasiacorum* in Synod. Dordr. p. 40. *vix alius solidior, concinnior, perfectior, & ad captum pariter adultiorum & juniorum accommodatior*) *Genevensis, Gallicanus, Hassiacus* quibus succenturiat *Masson.* p. 231. ut scripta universalia, *judicia Synodi Dordracenæ* (*admirando ac propè incredibili consensu Doctorum constantis*, ut habent verba in dedicatione præmissa, de cujus canonibus ita censet *Andr. Rivetus ad Guilhel* Fratrem in ep. *apolog. ad crimin. Mosis Amyraldi. p. 67. Non agitur de eo, an decreta Synodorum sint regulæ fidei, quis hoc dicit? Sed an postquam ad regulam illam in Synodis sunt exacta, ab Ecclesiis recepta & approbata ab iis ipsis cū quibus agimus suscepta, subscripta, etiā juramento confirmata, eis liceat, sub hoc prætextu quod non immediatæ sint fidei regulæ, earum authoritatē infirmare vel rejicere, si eis aliquādo libeat nova cudere dogmata?*) *orthodoxū consensū* in fol. Lateinisch/*institutiones Ioh. Calvini*, in Lateinischer Deutscher vñ Frantzösischer Sprache. Daß *Colloquium* zu Maulbruñ/ wie es durch den folgenden bericht weiter ist erklāret vnd behauptet worden: (non item colloquiū Montisbelgardense ibid. p. 230.) Erinnerung vom Concordi Buch zur Newstatt. Die Klägliche

liche supplication an Christum Jesum, der Außführliche bericht der Heydelbergischen Theologen, sampt dem kurtzen Anhang vnd folgenden schrifften. Unde ad hæc scripta provocat *Masson.* part. 1. cap. 39. p. 1321. Beruffen vns abermahl auff alle der Reformirten Confessiones, Catechismos, Kirchenordnungen / Lectiones, Predigten / offentliche vnd privat gespräche: Bieten demnach Verklägern trotz / wo er einigen Menschē nennen kan / der es bey den vnserigen gelesen / oder von jhnen gehört habe / daß sie schreiben / oder lehren solten / Gott sey nicht Barmhertzig / er sey ein Tyrann / ein Stockmeister / ein Vnholt & 1343. Der Heydelbergische Catechismus ist rein genug vnd mit GOttes Wort wol gefasset. & part. 2. p. 1036. gesetzet / daß sich der einige Danæus allhier vmb etwas verlauffen hätte: müsten darumb seiner vnsere Leüte alle entgelten? Solte nicht vielmehr der Außfürliche bericht gelten / darinn die Heydelberger jhre Lehr von Christi anbetung auch auß Luthero widerholen: Sintemahl dieser bericht ist eine allgemeine Schrifft / vnd wirdt von allen Reformirten sonderlich in Deutschland vnd anderswo willig angenommen. Sed cum hæ ipsæ confessiones sæpè sint involutæ, ideò recurrendum ad interpretationes & Commentarios Doctorum celebriorum, à nemine rejectorum; De quibus dicas illud Christi παροιμιακῶς, *Si oculus tuus nequam &c.* Confer. Malach. 2. 7. *Rivetus* in animadvers. ad annotat. Hug. Grotii in Cas-

sand. p.104. Cum Grotius objeciſſet formulam Poſſiacenam, in quâ convenerunt Sorbonici & Proteſtantes, *Credimus in uſu dominicæ cœnæ, verè, reapſe, ſubſtantiatiter ſeu in ſubſtantia verum corpus & ſanguinem Chriſti, Spirituali & ineffabili modo eſſe, exhiberi, ſumi à fidelibus Communicantibus*: Reſpondet *quamvis in his verbis nihil ſit, quod non agnoſcamus verum, ſi benè intelligantur, tamen vel hoc exemplo apparet, quam malè cedant formulæ, in quibus ſunt phraſes & verba, quæ à quavis contendentium parte ad ſuum ſenſum trahi poſſunt, nec in verbis hærendum, ut vera fiat reconciliatio, ſed in ſenſu & rebus ipſis.* Unde catecheſεως Heidelbergenſis interpretes commendat Maſſon. loc. cit. p. 224. Præſes Dordracenus (ita teſtantur Remonſtrantes in actis Synod. p. 144.) laudat contra Remonſtrantium Coryphæos, ibid. p. 144. *nimirum Witthakerum Perkinſium, Martyrem, Zanchium, Calvinum, Bezam, Piſcatorem, &c.* hos indigitabat *venerandos viros, Heroas, cœlo terræque charißima nomina*, Eccleſiæ *Lumina*, Horum errores in libera Synodo notare atrox crimen erat. quibus è recentioribus addendus Daniel *Chamier*, quantus vir, quantum lumen? ita enim de Illo *Ios. Hallus* Oxonienſis in Angl. Epiſcopus productus ab *Andr. Rivet.* in Ep. Apolog. ad Guilhelm. Fratrem ad crimin. Moſis Amyraldi. p. 109. *Deus bone! qualis! quantus! fuit ille unus tota Davidicorum procerum cohors, totum Davidicæ turris armamentarium, totus exercitus Israelis. Vix equidem me contineo, ubi divini illius (ſic enim erat)*

*erat ) satellitii fit mentio. Ita admirari soleo igneum viri ingenium, multijugem scientiam, acumen singulare. Nullo deinceps athleta opus habebit Ecclesia Dei quamdiu supererit ( supererit autem æternum ) vester ille stupor mundi Chamierus.* quos utique allegare fas est, Ubi durius, non præcipitanter, sed præmeditatè loquuntur ; ubi quodam quasi suffragio & comprobatione candidè improbanda, excusantur, declarantur, defenduntur ; ubi producuntur ut religionis conceptæ testes, quos duriora retractasse non constat, sed palliasse, ac tanti habuisse, quanti *muscam*, Maresi. lib. 2. Antichr. c. 1. p. 1. Mitius alioquin judicandum de phrasibus horridioribus, non palliatis non propugnatis sed emendatis, D. Menzeri hâc in re judicium secuti è disp. 4. contra apolog. Crotii, thes. 44. pag. 93. ubi etiam de Lutheri Philippi, Brentii phraseologia, nonnulla legas. *E verbis tuis te judico*, de occultis ( pœnitentia & revocatione ) Ecclesia non judicat, nec possunt hodiè aliunde peti sententiæ cacodoxæ veterum hæreticorum, Arianorum, Nestorianorum, Eutychianorum &c ; nisi ex scriptoribus coætaneis ; etsi particularibus. Ita Patribus Dordracenis placuit, *ut ex scriptis Remonstrantium publicis, tum eorum explicationibus, partim scripto, partim viva voce, tam in Nationali hâc, quam in reliquis provincialibus Synodis ab iis ante expressis, ipsorum, de religione opiniones, excutiantur, examinentur, & secundum Dei verbum decidantur.* ita enim sonant verba

verba sess. 46. p. 235. Confer. sess. 54. pag. 262. adde Acta Remonstr. in declar. sent. circa art. 1. pag. 23.

§ 9. Recurrendum præterea ad *consequentias justas, liquidas, & agnoscibiles*. id quod consentaneum est, 1. *Iuri Logico*, cujus hæc est maxima, ex quo per se sequitur falsum, illud falsum est. *Verum* est, ait, August. 1. contrà Cresconi. cap. 20. *neminem ad conclusionem falsam consequenter impelli, nisi prius consenserit falsis: quibus eadem conclusio velit, nolit, efficiatur: ac per hoc, qui cavet, ne se loquente consequantur falsa, quæ nonvult, volens falsa caveat, quæ præcedunt*: nam *qui* e. g. à se declinant blasphemiam de Deo peccati auctore, & tamen ejusmodi substernunt hypotheses, è quibus tale monstrum non potest non sequi, perinde faciunt, atque ii, qui alterâ manu frigidam affundunt, alterâ manu follem diducunt, stringuntque, ut incendiũ extinguant; qui siccare rivos magno molimine aggressi, fontium scaturigines non obturant. 2. *Praxi Christi & Apostolorum*, primitivæ Ecclesiæ, ipsorum Reformandorum. Sic Christus disputare consuevit: Pharisæi nunquam admissuri erant, se traditionibus suis mandato Dei derogare: at verò id per consequentiam ex ipsorum traditionibus elicuit Salvator. Matth. 15. v. 4. seqq. eandem rationem inivit D. Paulus: nunquam concessuri erant pseudo Apostoli, Christum frustra mortuum, id tamen ex eorum doctrina gentium Doctor colligit.

ligit. Gal. 21. 12. eadem vestigia legit Ecclesia prisca orthodoxa. Nunquam concessurus erat Nestorius se Christum solvere: id verò ex ejus doctrinâ, pia Mater deduxit. num hodiè largituri sunt Papistæ se esse Idololatras? id verò ex ipsorum dogmatibus Calviniani hactenus probarunt. Num nos concedimus, doctrinam de communicatione Idiomatum esse Eutychianam? ea verò hactenus nos calumnia pressit: & an consequentiæ quas è Remonstrantium placitis deducunt Bodecherus, Vedelius, alii, à Remonstrantibus omnes admittuntur? quanquam ex illa ipsâ Arminianorum scholâ *Bertius in præfat. hymenæi defert.* hæc scribat. *Quisquis principia concedit, eum necesse est illa omnia admittere, quæ ex illis principiis fluunt: nisi aut ipse illiberaliter nobiscum agere cupiat, aut ita nos fungos esse arbitretur, ut non videamus, quid ex eo sit consequens.* Dum *Catecheses*, ait Massonius, loc. cit. pag. 249. *ponunt θέσεις, simul in genere omnes ἀντιθέσεις removent, & quæ videntur adversari.* At consequentia est concludere ab oppositio ad oppositum. Dixi *justas, & liquidas consequentias.* Unde frustra cavillantur Palatini im außführlichen bericht cap. 1. pag. 20. Was will endlich drauß werden / wan man also miteinander handelt / vnd je einer dem andern mit folgereyen solche Jrrthumb auffringen will / die jhm nie in Sinn kommen sind. & mox der Evangelist Marcus schreibt / Christus hab in seinem Vatterland nicht ein einige That thun können.

Wan

Wan da ein Verleümbder drüber käm / solte er nicht mit grossem schein darauß folgern vnd sagen können / der Evangelist Marcus hätte die Allmacht Christi verleugnet &c: At hæc manifesta foret calumnia, non justa & liquida consequentia. Veniendum hîc in rem præsentem, & videndum calumniosa sit an justa consequétia quæ fluit ex thes. spiritus adversi. Dixi *agnoscibiles* ex sufficienti demonstratione. Satis enim novimus differentiam inter consequentias è verbo Dei & hominum, quarum hæ inadvertentiam admittunt, non item illæ. Unde judicii defectus, in prima luctarum coitione, ab ignorátia invincibili capit excusationem: num tamen idem, post tot admonitiones, ac evidenter monstratas ex falsis hypothesibus consequentias. e.g. ex absoluto decreto causalitatem peccati in Deum relatam, pertinacibus hypotheseων defensoribus indulgebimus? hîc lex fidei prior. Addo illud *Riveti*, in explicat. decal. præcept. 9. pag. 392. *id nihilominus observandum est, ne quis putet semper se posse per ignorantiam excusari, quod si, quæ falsa dicuntur, talia sint, quæ, qui testatur falsum, scire potest & debet; quæ etiam se profitetur scire, & si vera esse existimet, non est tamen extra culpam, ita ut interpretativè, ut sic loquar, & per causam mendax habeatur. Quod in falsis Doctoribus apparet, qui vera esse existimant, quæ proferunt, eos tamen ubique scriptura mendacii arguit, quibus etiam justo judicio Deus immisit efficaciam erroris, ut credant mendacio. 2.*

*Thess. 2.* 11. Attamen nostrum suffragium Dominis Theologis *Darmstadinis* in der Vorred oder gründlichē Außführung wider Cassēlischē Wechselschrifft/conjungimus, Deme sey aber wie jhm wolle/wann wir etlicher Zwinglischer vnd Calvinischer Lehr vnd Prediger Meinungen auß jhren getruckten Bücheru würden angezogen haben/zu denen sich die Casselischen nicht bekennen/sondern jhren dissensum offent. vnd klärlich bekennen wolten/auch denselben genugsam bekenneten/so wollen wir auch solche opiniones jhnen nicht zumessen. Es werden leyder/doch mehr/dann man wünschen möchte/Religions-streitigkeiten mit jhnen noch außzuvben/vñ die Göttliche Warheit wieder sie zuverthädigen seyn. Vnterdessen aber erriñern wir/daß wann vnd wo die Casseler von jhren eygenen Glaubensgenossen/(die sie für jhre Geliebte Mit-brüder in Christo erkeñen/küssen/vnd ehren) absetzen würden/alsdann vnd allda die/auß jhrer Mit-brüder schrifften von vns eingeführete/vnd widerlegte jrrige Meynungen/nicht sie/sondern nur jre Vrheber/von denen sie fovirt werden/treffen vnd angehen sollen. Eamus igitur in rem præsentem, Te auspice ac vindice Jesu! Illumina cœcos, educ errantes, ab igne fatuo ad te veram lucem, è phantasmatum regione ad cœli phænomena, à moria ad te sophiam: Tuo Numini gloria, Tuo nomini fama, propago, vindiciæ, nobis salus Amen!

PHAN-

# PHANTASMA. I.

§ 1. (A) IGnis fatuus à Spiritu planetico agitatus: (B) RATIO sc. verbi divini λογοπνευς (C) Magistra, Domina, (D) Judex: Veritatis cœlestis (E) norma, Principium, Causa: (F) Ratio carnalis, (G) Cæca, superciliosa, (H) fallax in Enthusiasmum terminata.

(A) § 1. *Ignis fatuus à Spiritu Planetico agitatus.* De hoc planetarum genere ista notat *Sibelius* in ep. Judæ. tom. 4. pag. 223. *Impropriè stellæ errantes dicuntur, quas Aristoteles lib. 1. μετεωρολογικῶν ἀστέρας διαθέοντας, id est, stellas discurrentes vocat; quia revera stellæ non sunt, sed aëris sicci inflammationes in longum ductæ, cadentibus stellis persimiles, sive (ut Plin. l. 2. nat. hist. cap. 8. appellat) deciduis. Hæ vulgò vocantur cadentes, transvolantes à Cicerone lib. 2. de Divinat. trajectiones stellarum. Cum hoc meteoro Iudas seductores istos comparavit. 1. Ob hypocrisin, sicut enim ejusmodi stellæ speciem veræ lucis habent, sed evanidam: ita & isti lucem aliquam, seu potius formam lucis sanæ doctrinæ & pietatis ostentabant, sed inanem & fictam. 2. Ob fallendi studium. Sicut stellæ erraticæ, ignis item fatuus, (quem ex superstitione gentes Castora & Pollucem dixerunt) per devia sepè ducunt viatores & nautas: nam*

*cum ad lumina illa, proposito itinere relicto, cursum suum dirigunt, via aberrant, & vel in fossas, vel in profundas valles præcipitantur, vel naufragium faciunt: Consimiliter isti seductores splendere quidem in tenebris videbantur, sed fucata lucis specie incautos à via veritatis in avia errorum abducebant, ad naufragium fidei, pietatis & salutis invitabant. 3. Ob instabilitatem. Sicut stellæ erraticæ certum motum cursumque non tenent, sed ab uno loco in alium feruntur, nunc hîc nunc illic conspiciuntur Aristot. lib. 1. Meteorol. cap. 4, unde Sidera Volantia Seneca vocat, quod in omnes cœli partes ferantur & celeriter transcurrant & quasi prætervolent: ita nec isti cursus rectos & constantes habebant, sed in aviis peccatorum miserè oberrabant. His erraticis stellis similes sunt. Omnes hæretici & falsi doctores; qui se jactant stellas cœli, illuminatos doctores, lumina mundi, profundissimos magistros. Verùm ut piratæ in densissimis noctis tenebris lumen in vadosis locis occultisque scopulis accendere solent, ut navigantes spe confugiendi ad portum delusos, ad naufragia invitent: ita & illi lumen falsæ sapientiæ, depravatæ scripturæ & corruptæ fidei ostentant, ut salutis suæ cupidos, hac lucis specie, ad fidei & salutis naufragium pertrahant. hæc ille!* quæ nos omnia in Spiritum Calvinianum verè dici, tota quæ sequitur phantasmatum chorea docebit.

§ 2. (B) *Ratio verbi divini λογοπνεύστα magistra:* nimirum ut verbum Dei, in regno papæo subjugale factum, à Papâ Spiritum, animam, lumen

men haurit; ita idem verbum divinum, à Ratione magistrâ.

(C) Domina, Domina primum στρεβλῶσα, torquens ut in quæstionibus, oracula divina, ut aliud loqui cogantur, quàm sentiunt; ex ἰδιογνωμοσύνης studio. Est enim Interpres ἰδιογνώμων is, qui suum genium & ingenium privatum secutus, ac θέλημα ἀνθρώπινον communitati & concentui Interpretum θεοπνεύστων in scripturis loquentium opponit, èque suo cerebro sensum scripturæ instillat, non innatum educit. vid. hodomor. papæam phantasm. 1. pag. 346. Id fieri in schola Calvini tota quæ sequitur hodomoria patefaciet. vid. D. Walther. in dissert. de nom. Reform. §. 26. pag. 183. D. Hulsem. Calvinis. irreconc. pag. 61. usque ad pag. 68. στρεβλῶσα inquam, quia verbum Propheticum à mysterio SS. Trinitatis, àque centro Scripturarum S. Christo Dei Filio, de quo omnes Propheto testantur, aliorsum deflectit, cujus rei *specimen* in Calvino Judaizante edidere nostri D. *Aegid. Hunn. Daniel Cramerus. D. Gerhard.* ille in Calvino Judaizante & in Anti-Paræo altero pag. 9. seqq. iste in scholis propheticis, hic in part. 1. disp. Acad. disp. 5. pag. 198. conf. D. *Kesler.* in disp. de allegat. dict. script. V. T. in N. T. D. *Ioh. Schmid.* disp. de commun. idiomat. in genere. θ. 16. *agnitum* ab ipso Calvini Hyperaspiste Pareo, dum receptas dictorum S. explicationes mavult sequi & præferre Calvini

glossis, sicut aliquot exemplis in anti-Parei secundi præfat. ostendit D. Hunnius confer *Spanhem.* dub. Evangel. 47. p. 440. Et tamen à discipulis sequioribus partim *excusatum, partim propugnatum ac vindicatum à Rivet* in Genes. pag. 211. in Ose. 13. pag. 411. Crocio Convers. pruten. 24. part. 2. pag. 106. seqq. Spanhem. l. cit. Masson. part. 1. cap. 1. pag. 69. part. 3. cap. 20. p. 422. seqq. imo in cœtibus publicis Maroticarum cantilenarum decantatum ut infrà videbitur. agemus comite vita de hoc privatæ ἁπλύσεως & σκληρότητος Calvinianæ genere fusius in tertia curâ Ideæ Interpretis.

§ 3. (D) Judex deinde in ἐναντιοφανείᾳ. Utrunque revelavit scriptura, Christum constare vero ac naturali corpore; & tamen suo corpore præsentem esse in cœlo & in Sacramento. Quid vero αὐτόκλητος ille prætor? hæc inquit contradictoria sunt. *Tertia sententia, eaque verissima est, rationi deberi judicium de contradictione in controversiis theologicis non solum iis, quæ de rebus aliquo modo naturâ notis sunt, sed etiam plane mysticis.* Nicol. Vedel. in ration. theolog. l. 3. cap. 7. p. 568. *Ratio,* inquit Ursinus in explic. catech. de S. Cœnâ pag. 160. *à Deo nobis tributa est, ut contradictorias opiniones, mentis lumine discernentes, & quid verbo Dei contineatur, quid ei repugnet, certò intelligentes, illud amplectamur, hoc repudiemus.* Ita ajunt *Præsentia corporis Christi in Sacramento corporalis, qualem suprà definivimus, est contraria revelatis fidei articulis aliis,*

*aliis, ascensioni in cœlos, veritati carnis Christi, primæ cœnæ circumstantiis, dignitati rei, adventui ad Iudicium; monito Christi Matth. 24, 26. ejusdem intimationi inutilitatis. Ioh. 14. & 16. E. intelligenda præsentia* Sacramentalis, Symbolica, *χετικὴ*, energetica, & gratiosa: sic enim pro hâc posteriori præsentia, in suo sensu expositâ, militat *Alsted.* in supplem. Panstrat. Chamierianæ. cap. 5. n. 4. p. 13. Ergo verba institutionis tropicè sunt exponenda. *Vetant* ait Calvin. l. 4. institut. cap. 17. n. 23. *boni isti Magistri, ut literati appareant, vel tantillum à literâ discedere. Ego contrà, ubi Scriptura DEVM nominat Virum bellicosum: quia sine translatione nimis asperam locutionem fore video, non dubito sumptam esse ab hominibus comparationem. Et sanè non alio prætextu olim molesti fuerunt orthodoxis Patribus Anthropomorphitæ, nisi quod vocibus illis mordicus arreptis, Oculi DEI vident, adscendit ad ejus aures, Manus eius extenta, Terra scabellum pedum ejus: clamitabant eripi DEO corpus suum, quod ei Scriptura assignat. Hac lege receptâ immanis barbaries totam fidei lucem obruet. Quia τὸ ῥητὸν,* ait Ursin. in Explic. Catech. de S. Cœnâ. pag. 158. *manifestè repugnat veritati Christianæ, ideo tropum aliquem verbis inesse, διάνοιαν convenientem quærendam esse iudicamus. Dicimus ergo hic necessario esse statuendam* Metonymiam ait Walæ in Loc. comm. de Cœnâ Dom. pag. 990. conf. Bucan. loc. 46. q. 23.

§ 4. Est eadem Ratio Iudex *ἀντιλέγουσα damnatrix & exsibilatrix veritatis cœlestis* aut clare in

scripturis positæ, aut liquidò deductæ c. 9, Caro Christi pro mundi vitâ data, & victrix diaboli est & vivifica, quia panis vitæ Joh. 6. 35. 48. panis mortis aversor v. 50. famis extinctor. v. 35. collator vitæ. v. 33. 51. 5. 4. Quid verò ad hanc thesin philosophiæ æmula? *Quæ attributa sunt propria divinæ naturæ non possunt humanæ naturæ communicari.* Eat igitur Christus Magister, & submittent se suo servo! at vero, wir schliessen (ira Masson. pag. 375.) wider etliche assertiones, die in der Schrifft nicht stehen: sondern irrig seynd/vnd von Menschen herrühren: als da seynd: Christi Leib ist allenthalben: wird mit dem Mund gessen: vnd dergleichen/dieses sind nicht assertiones Theologicæ: oder schrifftmässig: sondern Menschliche Gedancken. Resp. hæc apologia hoc duntaxat consequitur non esse formalem elenchum, ut qui ex falsâ hypothesi procedit: attamen manet elenchus materialis ad eum modum quo Photinianus Christum adorans virtualiter est idololatra. Quin & subsannatrix ac elevatrix, dum verbo Dei non solum convitia dicit, accusat solœcismorum. *Beza* ad ad Luc. 22. 20. *Cum hæc*, ait, *verba* τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, *si constructionem spectemus, necessario non ad sanguinem, sed ad poculam pertineant; neque tamen de vino (nedum de poculo) intelligi possint: aut manifestum est soloecophanes, cum dicendum fuerit:* τῷ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνομένῳ, *ut legit Basilius in Ethices* ὅρῳ κα': *aut potius, cum hæc essent, ad marginẽ adnotata ex Matthæo*

*& Marco*

& Marco, postea in contextum irrepserunt: quod eò quidem facilius est admissum: quod, cum in superiore versiculo adscriptum esset, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, id est, quod pro vobis datur: simile quidquam visum fuit adjiciendum, ubi agitur de sanguine. Sed hoc non additur apud Paulum. 1. Cor. 11. 25. qui tamen videtur ex hoc loco descripsisse Cœnæ institutionem. Qui tamen hoc etiam legitur apud Syrum Interpretem, & in omnibus, quos inspeximus, Græcis codicibus, minimè prætermisi. Et potest excusari solœcismus, si ex Ebræorum idiotismo τὸ ἐκχυνόμενον exponatur ὅπερ ἐκχύνεται. Hæc ille. Piscator ad Rom. 1. 25. ad verba ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει. Species solœcismi: cum non dicatur σεβάζεσθαι τῇ κτίσει, sed τὴν κτίσιν, nec colere rebus creatis, sed res creatas. lapsuum mnemonicorum, ita enim Lud. Capell. in specileg. super Matth. 23. 35. ὅπως ἔλθῃ ἐφ ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου, ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Addit hic Capellus: ἥν βαραχίου. Videndus Hieronymus in hunc locum. Ego simplicius existimarem, vel lapsu librarii antiquissimo scriptum fuisse βαραχίου pro Ἰωδαὲ, quomodo apud LXX. Interpretes vocatur. 2. Paral. 24. 20. (nam Christus procul dubio respexit ad historiam, quæ illic habetur) vel ipsum Evangelistam σφαλματι μνημονικῷ non dinstinxisse Zachariam filium Barachiæ (cujus Prophetia exstat in libro XII. Prophetarum minorum) à Zacharia filio Ioiadæ, qui interfectus fuit inter templum, & altare; quomodo simili σφαλματι μνημονικῷ videtur Ste-

phanus (Act. 7. 16.) non distinxisse, sed confudisse in unum duas historias: quâ de re nos aliquid dicturi sumus ad eum locum. Simili sphalmate μνημονικῷ lapsus est in eodem argumento Auctor Targum. Thren. 2. 21. Zachariam enim illum, qui occisus fuit, vocat Sacerdotem magnum. (quia scilicet filius fuit Sacerdotis magni) & Filium עדו Iddo. Sic nempe ille, an vidit quis interficere, in domo sanctuarii Domini, Sacerdotem & Prophetam; quomodo vos interfecistis Zachariam Filium Iddo, Sacerdotem magnum & Prophetam fidelem, in domo Sanctuarii Domini die ipso Kippurim (h. e. propitiationum) propterea, quod admonebat vos, ut ne faceretis malum coram Domino. Omninò respicit ad historiam, quæ narratur 2. paral. 24. 20. Atqui Zacharias, filius Ioiadæ, Sacerdotis magni, qui interfectus fuit, non dicitur filius Iddo; sed Zacharias, filius Barachiæ (cujus liber est inter XII. minores Prophetas, neque legitur occisus) dicitur filius, (hoc est, nepos) Iddo. Zach. 1. 1. Postea Act. 7. 16. promisi sui memor ad illa verba: ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι, ὃ ὠνήσατο Ἀβραάμ, scribit: Certum est hoc loco, vel legendum esse ὁ τοῦ Ἀβραάμ, subaudiendumque ἔκρυφον, ut hîc dicatur non ipse Ἀβραάμ, sed ejus nepos Iacob emisse monumentum illud: vel dicendum est, Stephanum lapsu μνημονικῷ duo similia facta confudisse, emptionem nimirum ab Abrahamo factam, de qua Genes. cap. 23. cum ea, quæ à Iacobo facta est, de qua Genes. 33. 19. Calvini sententiam de loco Rom. 9. v. 1. citat Laurentius in Paulo Συνοπτῷ. pag. 227. Paulum in extremum hoc Votum confuso animo erupisse, neque mente deliberatâ hæc pronunciasse, sed affectu

*affectu turbato quasi abreptum. Nam ferventiores isti affectus, inquit, ut præcipitanter feruntur, ita nihil aliud intuentur aut considerant, quam id quo tendunt. Itaque non conjungebat electionem Dei cum voto suo Paulus, sed præterita ejus memoriâ, totus in Iudæorum salutem intentus erat.* an mitius hoc à Calvino dictum, quam ibid. apud Laurent. p. 254. à Ministro Arminiano? confer. D. Walther. l. cit. §. 19. pag. 180. Scholia Massonii sunt infirmiora, quam ut audaciam hanc eluere possint part. 1. pag. 1614. quo sannarum etiam pertinet cũ bila inguitas verbo divino imputata ut infra in antinomiâ tertiâ ostendetur: tum veritatis cœlestis è S. codice clarè deductæ illusio. Cujusmodi ludibrium illud est, quo Bergius honorat sacramentum Christi. cap. 7. quod comparat einem Gefäß/ in welchem gleichsam als in einer Pasteten ein andere Speiß verborgen. In majestatem omni præsentiæ, quam ubiquitatem vocant, sturnatim quasi convitia jaciuntur, In der vorred deß Ubiquitischen Catechismi wird die Ubiquitet genennet ein grobe/ abschewliche Lehr der Verfälschung der fürnembsten Artickel vnsers vhralten allgemeinen Apostolischen Glaubens. Item ein abschewlicher Wust. Item Hunnii schöne Dantzmetz. Diana Ephesina, Lestrica. Quæ elogia è pharetrâ Sturmiana prodiere, *Audivi* scribit ille in Antipapp. 4. part. 4. pag. 8. *in illa formulâ latere abominandam illam hæresin de ubiquitate corporis Christi, illam novam Babylonicam meretri-*

meretriculam, prænunciam veri Anti-Christi & consummatæ abominationis: Posteaquam hunc Antichristum esse posse cogitavi, qui etiam ignem de cœlo esset deducturus, & carnem Christi in omnes mundi partes extensurus, deque omnibus arborum ramis suspensurus & in omnibus foliis, atque adeo in omnibus cantharis cerevisiariis collocaturus, nympha pantachusa. ibid. pag. 169. Tu asserere audes (ita idem Sturm. pag. 169.) corpus Iesu Christi ubique esse? ubi illa vox Domini, in Genesi, non manebit Spiritus meus in homine, quia caro est? annon ubiquitas tua hâc voce profligatur? In homine carnali Deus Spiritum suum habitare non vult: Tu corpus Iesu Christi etiam in cantharos cerevisiarios deducas? annon istud postremi Antichristi dogma est? annon est cœlo deducere lunam? annon est ignem de cœlo, hoc est, Spiritum Domini cogere, ut descendat, in qua tu velis corpora: quæ in propriis notis Antichristi præcipua nota est? multa adfertis (ibid. pag. 175.) quasi declamantes: eaque vera: id quod fatemur: ut Ephesinam virginalem unitatem agnoscamus: sed simul pro hac etiam Lestricam Dianam: mammosam Deam venundetis, & in Ambrosiâ ad Joh. Papp. pag. 28. in formul concord. lestrica dea latitat. Adde istos sarcasmos, Tollite illud vestrum ἐνόντον ἔντὸν ibid. pag. 90. Tu non contentus ibid. pag. 100. pane roscido Dominico? etiam coturnices petis? & vinum Noë, ut cum caino cœnes? Vetera sunt hæc (ita conqueritur noster D. Pappus in resp. ad Sturm. Anti-pappum primum. pag. 73.) Capernaita, Cyclopes, Carnivori, Sanguini bibi, Pistus & Panacens Deus. Nova autem elogia, quibus nos ornant, quis

*quis sine horrore cogitare, taceo proferre potest? Bezæ enim nostra doctrina de manducatione oris, quam spirituali manducationi (quæ etiam extra cœnam Domini fit per fidem) opponimus, & de manducatione indignorum sunt duo pili caudæ equinæ: doctrina de majestate filii hominis est ei (ignoscat ei Dominus) excrementum Satanæ, quo is & nobis & sibi penè ipsi illudit: nos ei sumus monstra, non diutius ferenda Germaniæ, & juratissimi Satanæ homines &c.*) atrocia hæc! & tamen defenduntur à Sturmio in Anti-pappo. 2. pag. 189. seqq. confer. D. Gerhard. tom. 1. disput. theol. 12, p. 1323.

§ 5. (E) Eadem ratio *normæ* est, licet secundaria. laudat enim *Masson.* part. 1. pag. 370. hanc in *Vedelio* assertionem. Joh. *Piscator.* ad Luc. 24. lehr. 7. pag. 327. Christus beweiset im Stand seiner Herrligkeit / die leibliche Gegenwart seines Menschlichen Leibes/durch daß Vrtheil Menschlicher Vernunfft / vnd eusserlicher Sinnen / in dem er sich seinen Jüngern zu sehen / vnd zu greiffen dargestellt / vnd für jhren Augen gessen hat. v. 37.38.39.40.41.42. Jrren derohalben die Leuth/ welche lehren/ daß man von der wesentlichen Gegenwart deß Leibs vnd Bluts Christi vnder der gestalt deß Brodts vnd Weins im heyligē Abendmahl/nicht auch nach der Vernunfft/sondern übernatürlicher/ vnd vnbegreifflicher Weise vrtheilen soll. confer. *Grynæ.* disput. Theol. de hom. ortu & statu innocentiæ. θ. 28. *Massonius.* part. 1. pag. 425. ad quæstionem wo stehet es geschrie-

schrieben/daß man auß der Vernunfft die Himlische Warheit vertreten solle? Respondet. p. 425. Beweiset nicht Christus die Warheit seines Leibes durch daß Vrtheil der eüsserlichen Sinnen vnd Vernunfft. Luc. 24. Joh 20. beweiset nicht Paulus auch vnter andern den Artickel von der Aufferstehung der Todten/durch die Körnlein so geseet werden. 1. Cor. 15. v. 37. 38? Stehet nicht geschrieben: Seydt nicht wie Roß vnd Mäuler/die nicht verständig seynd. Psalm. 32. Stehet nicht geschrieben: Seyd nicht Kinder am Verstande/sondern am Verstandt werdet vollkomen. 1. Cor. 14. Suma/wir brauchen vnsere Vernunfft/als eine herrliche gabe GOttes/nicht für sich/sondern mit vnd auß der Schrifft/nach Christi der Propheten/vnd der Apostel exempel. *Nihil profecto* (ita scribit *Bisterfeld* in Anti-Crell. præfat, ad lect. pag. 7.) apud *Christianos tanquam novum traduci debet, quod ex perfectißimis Sacræ scripturæ, ac rectæ rationis exemplaribus est desumptum, & ab his duobus antiquißimis luminaribus, tanquam Sole & Luna, derivatum.* Idem *Maßon.* post Videlium ibid. pag. 361. GOttes Wort ist die einige Regul vnd Richtschnur / darauß wir in geistlichen sachen vnsere Beweiß nemmen: vnd ist vnsere Vernunfft oder Gemüth daß principium agens, daß mit natürlichen vnd auch geistlichen sachen als dem subjecto vmbgehet: vnd werden auch in geistlichen Lehrpuncten Reguln geführet/die GOtt selbst in die Natur geleget. & pag. 364. Wann nun ein

Theo-

Theologus, oder sonst ein Christ die Göttliche Sachen für sich nimt vnd betrachtet: so brauchet er hierzu/ die Sinne vnd die vernünfftige Seele oder Gemüth: als daß Agens, oder daß principium activum. Dann er muß sehen/hören/dencken/nachsinnen/vnterscheiden/verstehen vnd alles fassen/ was jhm von GOtt/ von Christo/ vom Glauben in der Bibel vorgehalten ist. id quod exemplo declarat ibid. pag. 362. Also wird geschlossen: Ein wahrer vnd natürlicher Leib kann nicht im vnd vnter dem Brodt seyn: Christi Leib ist ein wahrer natürlicher Leib. Ergo. Der Minor stehet in der Schrifft. Der Major wird auß dem Liecht der Natur gezogen/ welche lehret: Omne corpus naturale habere actualem extensionem & situm partium inter se, ita, ut ubi una sit, altera esse non possit: spricht Videlius, Vnd zwar recht. Dann GOtt der HErr hat der Menschen Leiber vnd dergleichen/ also geschaffen vnd formiret: daß sie gewisse vnd voneinander vnterschiedene Gliedmassen: daß sie jhre gewöhnliche rechte/ grösse/länge/dicke/Figur vnd so fort/haben. Dieses lernen wir auß dem Buch theils der Schrifft/ theils der Natur. & pag. 365. Wann wir auff solche weiß schliessen: wer Hände vnd Füsse/recht Menschliches Fleisch vnd Gebeine hat/ der ist ein rechter Mensch. Christus hat Hände vnd Füsse/ recht Menschliches Fleisch vnd Beine. Ergo. Hier stehet der minor in der Schrifft Johann. 20. Luc. 24. der major ist vom Gemüth auß Betrachtung

der

der Natur deß Menschen gezogen: vnd ist wahr/ vnd mit der Schrifft einstimmig & pag. 356. welche Eygenschafften der Göttlichen Natur zuständig seynd/ die kõnen nicht intrinsecè der Menschheit Christi mitgetheilet werden. Nun sind die Allenthalbenheit/ die Allmächtigkeit vnd dergleichen / der Göttlichen Natur zuständige Eigenschafften. Ergo. Hier ist der minor auß der Schrifft genommen: nemblich allenthalben vnd Allmächtig seyn/ sind wesentliche Eygenschafften GOttes. Derohalben wird der Major oder der erste Satz in Zweiffel von den jenigen gezogen/ welche daß Widerspiel halten. Dannenher brauchen wir dieses axioma rationes & naturæ: Proprium unius speciei sive naturæ non posse cõmunicari alteri. Diese Regel kan Weller nicht tadlen: weil sie in Jacobi Martini (den er seinen Præceptorem nennet) vnd in anderer Logiken stehet. Ja diese Regul ist nicht eben ein Fund der Vernunfft: sondern kompt ersprünglich von Gott dem HErren her. Dann er hat die Creaturen also erschaffen/ daß er jhnen gewisse vnd sonderbahre Eygenschafften eingepflantzet hat: die da von den Wesen (darumb sie auch die Griechen ἰδιότητας nennen) herfliessen / vnd dardurch eins von dem andern vnterschieden wird. Kein wahrer Mensch kann überal gegenwertig seyn: Christus ist ein wahrer Mensch Ergo. hier ist der minor auß der Schrifft entlehnet: als die da lehren/ Christus sey ein wahrer Mensch / derowegen ist der Major

(daran

(daran von etlichen gezeiffelt wird) zu beweisen/ vnd zwar auß dem Liecht der Natur / die vns lehret: Finitum non est capax infiniti: Item, proprietates contrarias non posse esse in uno eodemque subiecto, seu, in unâ eademque naturâ. Wer einen wahren vnd natürlichen Leib hat/ der kan nach demselben nicht vberal seyn: Christus hat einen wahren vnd natürlichen Leib. Ergo. der Minor ist widerumb auß der Schrifft gezogen: als welche lehret/ Christus habe einen rechten wahren Leib. Der Major wird auß dem Liecht der Natur erleütert/ als welche lehret: Omne corpus naturale esse in uno aliquo loco: Ité nullũ corpus naturale posse simul ac semel esse in pluribus. Diese vnd dergleichen Reguln nennet Vedelius. l. 1. cap. 10. instrumenta cognitionis conclusionis Theologicæ: vnd wie er sich alda weiter erklãret. Ja solche Reguln fliessen von GOtt selbsten her: wie Vedelius abermahl wol erinnert. l. 3. cap. 6. vnd l. 1. cap. 8. *Intelligimus hîc principia ea, quæ naturæ ipsi à Deo indita sunt, κοιναὶ ἔννοιαι, legem naturæ, veritatem illam Dei, imò Deum ipsum loquentem per naturam.* GOtt hat die Creaturen also erschaffen: daß sie endlich / vnd also auff einmahl nur an einem Orte seyn. Wan nun der Mensch saget: Creatura est finita: die Creatur ist endlich: so saget Er / was Gottes Will / vnd Werck mit sich bringt. Denique causa fidei. Objectus à nostratibus frequenter est locus celebris è l. 1. Systema. theol. c. 4. *Keckermanni.* pag. 158. *Deus lucem Sp.per duas illas plane divinas disciplinas Logicam*

*& Metaphysicam in mentibus hominum vult accendere.* Qui locus quia post tot censuras & correctiones in spongiam nondum incubuit, sed magna cõtentione defenditur & vanissimis distinctionibus excusatur à Nic. *Vedel.* l. 1. ration. theol. cap. 15. pag. 158. & seqq. Ideò denuò hîc castigandus fuit. Summa defensionis est Philosophiam accendere lucem Sp.S. communem & generalem h. e. Cognitionem Dei per naturam: juvare & acuere lumen supernaturale, circa controversias theologicas. similia habet *Crocius* in defens. secundæ part. Convers. pruten. cap. 2. pag. 40. Hoc verò est è calcaria in carbonariam descendere. Ubi enim in scripturis lumen naturæ Lux Sp.S. vocatur? An lumen naturæ lux est Sp.S. an igitur & Satan cognitione naturæ præditus, lucem habet Sp.S. an mundus est capax S. Sancti? contra effatum Christi. Joh. 14, 17. Item illud adjumentum Philosophiæ aut organicum ac heterogeneum est, aut principale & homogeneum: si illud, jam malè dixit per Philosophiam accendi, nihil enim accendit lucem, nisi lux homogenea, ac ut Keckermannus loquitur ( DIVINA ) Si hoc non calumniati sunt, qui Keckermanno id erroris tribuerunt.

## *ELENCHVS.*

§ 6. (F) *Ratio Carnalis. Rationi humanæ* alias suum lumen, sortem, gradum dignitatis ac sphæ-

sphæram agendi admetimur, sed sphæram inferiorem superiori subordinatam, ubi illi dominari licet tanquam facultati ἡγεμονικῇ,) juxta Chalcidii) comm. in Timæum Platonis tanquã Dominæ & reginæ omnium actionum, Tullii elogio l. 2. Tusc. qq. similia elogia Rationis magno numero collegit *Barthius ad Claudian.* paneg. pag. 105. & seq. At cum sphæram suam transcendit, nimis quam hebes est: omnes illi veri principii characteres desunt. Est enim carnalis: at caro & sanguis non sunt principia revelationum divinarum Matth. 16. 17. Caro hîc nihil prodest. ita enim hunc locum accipiendum ostensum est in μυστηρίῳ. pag. 733. Beza quidem non vult videri carnalia sapuisse in colloq. Montisbel. pag. 321. Es würdt vns fürgeworffen die Einfalt deß Glaubens / so wir doch darfür halten / daß wir derselben auch folgen / vnd vnsern Verstand in Gehorsam Christi gefangen nemmen. Dann Fleisch vnd Blut lehren vns nicht / daß wir den Leib Christi / so im Himmel bleibt / in vnserm Gemüth haben. Darumb nemmen wir vnser Gemüth gefangen vnter daß Wort deß HErren / welches vns vereyniget mit dem abwesenden Leib Christi / vnd diese Empfahung / so mit dem Gemüth geschicht / ist wunderbarlich / daß nemblich / Christus mit seinem Leib im Himmel bleibt / gleichwol vns in heyligen Sacramenten angebotten / gegeben vnd empfangen wird / ob wir wol auff Erden seynd vnd bleiben.

Sed è vestigio illi respondet D. Jacob Andreæ. ibid. pag. 322. Wan jhr kein andere Gegenwart deß Leibs vnd Bluts Christi im heiligen Abendmahl glauben/dann (Scheticam & Relativam) daß Brodt vnd Wein so auff Erden seynd/auff den Leib vnd Blut Christi in Himmel hinauff deüten vnd weisen / wie jhr dan deßhalben ewer Meynung vielfaltig in diesem Gespräch/deßgleichen in ewer geschriebenen Antwort auff vnser Artickel erklärt haben: So ist gewiß/daß ewer Lehr vom heyligen Abendmahl Fleisch vnd Blut lehret/vnd auch wol verstehen kan.

*Consequenter* (G) *cæca & fatua*, nam si cæcutit in iis, quæ sunt in naturâ φανερώτατα πάντων, ut ipse ὄνος fatetur. l. a. minor. metaph. c. 1. qualis erit in iis, quæ sunt Spiritus Dei? 1. Cor. 2. 14. Eph. 4. 8. Audiatur ipse Calv. in ad 1. Cor. 1. pag. 155. *Apostolus Mundi sapientiam Spiritus sapientiæ opponit. proinde quicquid intelligentiæ in hominem cadit absque Sp. Sancti illustratione, id sub mundi sapientiâ continetur, eam totam dicit infamatam esse à Deo, hoc est, damnatam stultitiæ, & mox, nihilo plus valet ad comprehensionem spiritualis doctrinæ, quam cæci oculus ad colores discernendos. Item homo cum toto suo acumine perinde est stupidus ad intelligenda per se mysteria fidei, atque asinus ineptus est ad symphoniam.* [apud. Bart. ad Claudian. p. 110. Græcus Theologus, libello de Trinitate absterret acumen humanū à scrutatione mysteriorum exemplo Pulicis, cujus naturam, nullo modo comprehendere

hẽdere aut perdiſcere homo, utcunq; ſatagens queat. Εἰπὲ μοι, inquit, σὺ ὁ τὸν ἀκατάληπτον ποιητὴν καὶ θεὸν δοκιμάζων μαθεῖν, καὶ πολυπραγμονεῖν, λέγε μοι πρῶτον, τί ἐστιν τὸ ψύλλος, καὶ ὁποῖά ἐστιν ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁποία ἡ ψυχὴ αὐτοῦ καὶ πῶς ἄυλη ἄνευ σποράς αὐτομάτως συνίστατο; καὶ πῶς λογισμὸν ἢ σοφίαν μὴ ἐπισάμενον, ὁρᾷ τὸν ἄνθρωπον, καὶ φεύγει φοβέμενον τὸν θάνατον. πόθεν δὲ οἶδεν ὅτι θανάτῳ ὑποκεῖται; ποιοῖς δὲ λογισμοῖς βελεύεται; πόθεν ἔμαθεν ὅτι ἐχθρὸς αὐτοῦ ὁ ἄνθρωπος καθέστηκεν; πῶς δὲ ἡ μνημονευτικὴ αὐτοῦ ὑποκεῖται διάνοια; τίς δὲ ὁ διδάξας αὐτὸν ἐν ταῖς ῥαφαῖς καὶ διπλώσεσί τῶν ἱματίων κρύπτεσθαι: τί δὲ ἄρα καὶ ὀνομάζειν τὸν ψύλλον ὀφείλομεν ὅσοι ἐξερεύνηται τῆς θεότητος. ἄρα τετράποδον αὐτὸν εἴπομεν, ἀλλ' οὐκ ἔστιν, ἄρα ἕρπετον, ἀλλ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ζῶον. &c. ] *Supercilioſa ac* ἀλλοιοεπισκοπικὴ, ut quæ fidei articulos inter ſe comiſſos non conciliat ſed contradictionis damnat, quam ſola ratio videt, revelatio nullo verbo innuit. nam ex quo lumine noſti finitum & omni præſens ſe mutuo perimere? nuſpiam hoc dictitat revelatio; ſed Ratio carnalis. Nec Analogia, quę eſt ſolius proportionis ſubjectæ materiæ, aut locorum ſimilium, neceſſariam urget interpretationé, ſed probabilem tantùm,

imò falsam parit glossam, cum in subjectâ materiâ est specifica diversitas. Perpetuò illud Lutheri obvertimus: Ein anders ist / es kann so heissen/ein anders es muß also heissen. Edatur enim Revelatio scripta, quæ contradictoria esse dicat, præsentiam corporis Christi, & ascensionem &c: minimeque componenda. Quomodo de Deo affirmârit D. Apostolus, quod possit ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν νοοῦμεν. Eph. 3. 20. si ejus potentia à nostrâ cogitatione limites accipere debet? Sunt, ipsius revelationis scriptæ Luc. 24. 39. judicio, hæc duo contradictoria, Deum esse Spiritum, & Deum esse corporeum, vel corporeis membris affectum: Item ejusdem revelationis censurâ Rom 11. 6. Justificatio gratuita & operaria. at ubi inter se committuntur præsentia corporis Christi in Sacramento, & ascensio ad cœlos? nuspiam; quâ igitur audaciâ loquitur ratio ancilla, cum tacet Domina? non est ovum ovo similius, quam hæc præsens temeritas illi Photinianæ colligenti, Una essentia & tres Personæ sunt contradictoria: E. admissâ Essentiæ unitate, Trias Personarum deserenda est. Hîc vero, *inquies*, non sunt iidem Termini: Una Essentia & Tres Personæ sibi invicem non committuntur, committuntur autem Una Essentia, & non Una Essentia. At Photinianæ rationi perinde est, sive tres Personas dicas, sive trinam (consequenter non Unam) Essentiam, illa enim Essentiam cum Persona multi

multiplicat: perinde ut rationi Calvinianæ hæc videntur ἀσύματα, corpus in Sacramento, & corpus in cœlum sublimatum: sunt hîc quoque diversi termini formaliter, sed virtualiter se invicem perimunt. Pertegit audaciam audaciâ, ne perpluat Dan. *Chamier.* l. 10. de Eucharist. cap. 11. cum *scribit Deum unum & trinum etsi non exactè intelligant, tamen confitentur omnes Catholici: at horum verborum sensum proprium, quia prorsus intelligunt, negant constanter.* Unde enim intelligunt sensum proprium in ascensionis articulo magis, quam in verbis Institutionis? Cur non magis vice versâ in ascensione tropum intelligunt, quàm in institutione Testamentariâ, & Sacramentariâ, & proprii sensus argumentis munitâ?

§ 8. (H) *Fallax*, falli & fallere apta Jer 17.9. cum parhermeniis ac paralogismis lucem veritatis ut nebulis obscurat, quorum specimina, ea quæ sequitur, hodomoria edet quam plurima præludii istar esto sophisticatio: Christus colligit affirmativè, *videor, palpor. E. habeo verum corpus præsens.* illi negativè, sublestâ contrapositione usi. *Christi corpus in S. Cœnâ non videtur, non palpatur.* E. non habet corpus præsens. vel ut formalius dicamus, non valet ista consequentia. Omne visum, tactum est verum corpus. E. omne non visum, non tactum, non est verum corpus, sed omne non verum corpus est non visum, non tactum. *Fatuifica*, Rom. 1. 21. *rudis*,

*ac inepta* ad fidem supernaturalem conciliandam. Luc. 18. 32. De usu organico rationis in argumentis Theologicis egimus in Polemosoph. art. 3. pag. 24. & seqq. de normâ secundariâ in mysterio Syncretismi. pag. 157. unde Massonianæ instantiæ retundendæ. *Regerunt* hîc rationem regenitam intelligi. non (ait Calvin. l. 4. institut. cap. 17. n. 26. pag. 496) *Aristoteles, sed Spiritus Sanctus tradit, Corpus Christi finitum esse, ac cœlo comprehendi usque ad ultimum diem. Anne rationi humanæ, aut Philosophiæ principiis, in iis quæ asseruntur de corpore Christi, est planè derogandum? Quatenus ratio humana, post regenerationem spiritualis facta, verum testimonium creaturis perhibet, & vera principia de humani corporis propriis asserit.* Ita Bucan. Loc. 48. q. 68. *non*, inquit Ursin. in explic. catech. p. 160. *Philosophiâ, aut ratione humanâ sequimur, sed I. Regulam fidei. non enim sola ratio*, ait. p. 166. *sed etiam fides Christiana judicat, & verbum Dei docet, corpus Christi, verè humanum ac finitum corpus esse, nec simul in omnibus vel pluribus locis existere: & nunc postquam ad cœlos adscendit, ad finem mundi usque, non in terrâ, sed in cœlo esse. 2. naturam materiæ subjectæ, videndum enim, quomodo Scriptura de Sacramentis alibi loquatur. 3. Testimonia Scripturæ idem docentia.* Cavendum monet *Grynæus* in disput. theol. de hominum ortu, pag. 515. *Studiosis Accidentis paralogismum. Sicut enim μυωπίας, in oculis non est ipsa lux oculi: sed accidens, cui tribuitur visus imbecillitas: ita errores in judicando, non rectæ rationi, sed caligini humanæ mentis tribuendi sunt. Rationi enim rectæ, hoc est, luci in mente hominis*

*hominis divinitus accensæ, & congruenti cum sapientiâ Dei, nihil absurdum est, quod non & fidei absurdum videatur. Illa nihil habet in Decalogo (ex iis, quæ assequitur) quod non probet. Quod interioris obedientiæ perfectionem non assequitur, id vitiosæ caligini humanæ mentis, non τῷ ὀρθῷ λόγῳ imputandum. & 152. Retineamus autem distinctiones duas, quarum magnus est usus. 1. Etsi inter rectæ rationis & fidei lumen plurimum interest (illud enim Moralia, Physica, & ut κεφαλαιωδῶς dicam, τὰ ἐπίγεια: hoc autem τὰ πνευματικὰ, καὶ τὰ ἄνω, complectitur) tamen fatendum est, ea quæ fidei, etiam rectæ rationi absurda esse, si hæc illius fulgore illustretur. neque enim in renatis recta ratio fidei contraria est, (nisi per accidens) sed se huic subjicit: & haud secus, quam à Sole Luna, lumen ab ea mutuatur, eiq; subscribit. 2. Plurimum etiam interest inter rationem rectam, quæ Dei opus est, & eximium donum, & inter tenebras & caliginem, quæ per peccatum accesit. Illa enim est radius divinæ lucis, à Sole justiciæ, accensus, salutaris homini, suaque propria objecta dijudicans. hæc autem fons est errorum, quos mendacii Pater suggerit & amplificat. Tantum abest, inquit Bisterfeld. contra. Crell. l. 1. sect. 3. cap. 16. pag. 503. ut recta ratio fidei mysteriis adversetur, ut à fide tanquam novo quodam Sole illustrata, iis rectè explicatis suâ naturâ libẽtissimè, ac non sine singulari gaudio assentiatur. Nam ut quidam Veteres haud inscitè disserunt, recta ratio est instar aquæ limpidæ, fides verò instar saluberrimi olei aquæ innatantis. Quò itaque majora incrementa aqua illa sumit, eò altius fides elevatur: ita ut rectissimè ratio rationis appelletur.*

Suffragatur Masson. part. 1. pag. 366. Wir reden aber allhier von den Widergebornē/vnd durch den Geist erleüchteten Verstand: der nach vnd auß der Schrifft geistliche sachen begreiffet. confer ibid. pag. 564. ubi tuetur Grynæi sententiam. *Ratio ut est radius divinæ sapientiæ, ita cum sit post lapsum obscurata, postea tamen gratiæ regenerantis, efficacitate fit spiritualis: quo nomine ingrati hominis foret, eximium Dei donum vili pendere, & tragicè exagitare.* Obtineret aliquid hæc regestio, si ratio in homine reperiretur pura sine fontis peccaminosi adhuc residui affluxu. at turbata est aqua, similis aquæ dulci, pluviæ, vulgari, ignavæ, quę affluit fonti alicui salutari, nobili, spirituoso, acidulario; saltem suspecta veneni, cum omne figmentum cordis humani malum sit omni tempore, sueque impuritatis nimis, quam multa argumenta designarit in toto, qui sequitur paralogismorum Calvinianorum, adde Photinianorum, *συναθροισμῷ*. Et annon Sara regenita? & tamen promissum Domini ridet? irridet, ut paradoxum? *Spanhem.* in dub. Evang. 98. in distinctione effugium quærit, cum enim Stapletonus objecisset. *Ridiculos esse hæreticos, qui fide destituti similibus rationibus argutentur: Quomodo totus Christus in tam parvo pane delitescat? Quomodo descendat de cœlo? Quomodo unus & idem tot loca occupare possit? Quomodo fracto pane non frangatur Christus?* Respondet inter alia pag. 512. *Distinguenda objecta finita ab infinitis, illa quæ sunt in sphæra sensus & rationis*

*tionis ab illis, quæ sunt extra & supra eam. Sic v. g. quæ Scriptura tradit circa mysterium Trinitatis, circa generationem æternam Filii Dei, circa processionem Spiritus Sancti non vexanda, sed credenda, quia de objecto infinito, & de actibus infinitis sermo, qui transcendunt limites omnes tum sensus, tum rationis. At quando sermo est de objecto finito, quale vel panis, vel corpus Domini, ibi & sensibus & rationi suus permittitur actus, judicium suum, suo loco, & ordine, quod non obstat, quominus circa idem objectum fides suum habeat judicium, & suos actus.* At verò, nec illi ab nobjecto finito limitãdo (e. g. omnipotentiâ Dei) abhorrent; nec distinctionem rectè adhibent. causa enim intermittendi judicii rationis porrigitur ad omnia objecta non revelata, sive finita illa sint, sive infinita, nec quæstiones à Stapletono propositæ, de rebus finitæ potentiæ sunt conceptæ; nec denique quæstionis status observatur: non enim est quæstio de carne Christi finitâ præcisè, sed de carnis Christi majestate infinitâ communicatâ, de carnis Christi omnipræsentiâ. &c.

§ 9. (1) Ratio denique in Euthusiasmum terminata, à quo primum quasi spiritum hausit. Equidem, si primordia spectes *Enthusiasmo fanatico Carolstadiano & Zvvigliano* non parum debet Calviniſmus, quamvis postea videatur defecisse; sicut Anabaptistico furore repudiato, Menno Simonis paulò puriorem Anabaptismum docuit, judice *Ioh. Lat.* pag. 657.

tamen

tamen absoluti decreti machina cum organicam verbi & Sacramentorum virtutem infringit, enthusiasticam Theologiam extruit,& tandem ultimâ λύσει in Enthusiasmum terminatur,hic horizon est. Excidit Spanhemio hærenti in quæsitis solatiis propriæ cõscientiæ,ex reprobationis absoluto decreto,externatæ illa confessio, in exercit. de grat. Univers. p. 1536. *non est existimandum ministrum verbi ulli mortalium formidinem omnem, scrupulos & dubitationes omnes eximere posse: id enim operatoris interni duntaxat est, externi non item.* Ubi ergò manet scripturæ S. perfectio & sufficientia? sed hæc infra uberius. *Enthusiasmo*, inquam, *Carolstadiano*, de quo Sleidan. l. 3. pag. 61. *Gliscebat ad hoc tempus occultè secta quorundam,qui cum Deo sibi colloquium esse, & mandatum habere se dicebant,ut impiis omnibus interfectis, novum constituerent mundum, in quo pii solum & innocentes viverent,ac rerum potirentur. Hi suas opiniones clanculùm disseminabant, in illâ potissimum Saxoniæ parte,quæ est ad Salam flumen, eorumque sententiam laudabat etiam Carolstadius,ut quidem Lutherus refert: cumque victus authoritate Lutheri non potuit,quod vellet, Wittembergæ perficere, desertâ demum statione transiit ad illos. Ex hoc hominum genere atque officinâ prodiit Thomas Muncerus,quo quidem authore per Thuringiam & Franconiam pòst nata est popularis in Magistratum seditio,ut suo loco recitabitur. & lib. 5. pag. 117. Is de quo supra dictum est, Carolstadius, à Luthero dissentiens,Wittembergâ relictâ, clandestinis illis Doctoribus, qui*

bus, qui visiones & colloquia cum Deo simulabant, ut antè diximus, multò erat familiaris. confer Luther. tom. 3. Jen. fol. 59. wider die Himmlischen Propheten. D. Walther. in exerc. de nominibus Reform. §. 15. pag. 178. Hic spiritus semetipsum satis prodidit propriis suis ψεύδεσι mendacio & latrocinio. totam Tragœdiam compendio memorat Ioh. Latus. pag. 556. Anabaptisticus furor ad Salam fluvium, authore Nicolao Storck, qui visiones jactabat, cœpit. adjunxit se ei Thomas Muncerus concionator Alstedi. per hos bellum Rusticanum excitatum, quod post à Saxone, Hesso, Brunsuicensi cœsis L M. rusticorum oppressum; sed non doctrina Entusiastica suppressa, quin imò sparsa. Sangali Propheta fascinatus à Sathanâ fratrem jugulavit, voluntatem Patris cœlestis se fecisse clamitans, item diem Domini adesse, diem Domini venire! Embdâ Melchior Hofmannus, qui stupenda de novo quodam regno somniabat, ejectus, Argentorati, cum prædictam habuisset incarcerationem, incarceratus fuit. interea in Holandia eius collega Iohannes Matthias Harlemi & Amstelrodami Enochum se jactabat. Apostolos (ita emissarios nominabat) in regiones varias dimittebat. In Vestphaliam Geritium Bibliopegum & Ioannem Leidensem Sartorem, Hic sane Monasterii horrendam Tragœdiam movit. miserat quoque Leidam, qui urbis capiendæ consilium, etsi frustra, iniverant. alios item Amstelrodamum, ubi VII. Viri, & V. fœminæ penitus nudi interdiu per vicum Salinariũ currere ausi sunt, vociferantes, væ, væ, væ, divina vindicta, divina vindicta! capti vestes rejiciebant, dicentes veritatem nudam esse oportere: securi

percussi.

*percussi. missi Leovardiam re patefactâ in discrimine vitæ fuêre. in agro Groningano in viâ Sande Hermannus quidam umbilicotenus nudus, Prophetam Messiam, ac tandem Deum Patrem se venditabat, affirmans se adesse, ut sibi credentes omnes servaret, occidite ingeminabat, occidite Sacerdotes & Monachos omnes, occidite & Magistratus totius mundi, en adest liberatio vestra! quæ dum evomebat, accedebat alius, qui se filium Dei & Mediatorem gessit, ô Pater, inquiebat, miserere populi. miserere, ignosce, veniam da. Tum is ei cantharum cerevisiæ propinans, Bibe, dixit, & hauri Spiritum Sanctum. matrem, nolentem agnoscere se peperisse Filium Dei, nimis adegit. alium ob id ipsum in stercora conjecit, inquiens, Ecce jaces in abysso inferorum. sed blasphemia impunita non mansit, capti capite mulctati.* confer. Sleidan. l. 10. non abluſit ab hoc Enthusiasmi genere illa quam jactavit Peucerus cœlestis apocalypsis, examinata apud D. Hutter. in Concord. concord. c. 12. p. 248. & *Zvvingliana*, cujus somnii historia (uti eam ex ejusdem libello subsidium Eucharistiæ vocato) repetunt & agnoscunt *Andreas Rivet.* exerc. 123. in Genes. p. 604. & *Masson.* part. 1. cap. 18. pag. 754. Narrat igitur Zvvinglius (verba sunt Riveti pag. 604.) *se cum Tiguri ageret duodecimo Aprilis, ut Missa prorsus aboleretur, fuisse à quodam scriba objectum, omnia exempla, quæ attulerat antea, ut probaret est pro significat accipi, fuisse parabolica, nullum autem fuisse adductum, in quo simplex tantum inesset tropus, qualem in verbis Cœnæ Dominicæ singebat; respondisse quidem quod res erat, in expli-*

*catione parabolæ, cum Christus dixit, Semen, est verbum Dei, inesse simplicem tropum, in quo est, manifestè pro significat, acciperetur, & huic responso ita omnes acquievisse, ut secutum fuerit decretum de abrogandâ missâ: addit nihilominus; restabat adhuc haud minimus conatus, quo scilicet exempla produceremus, quæ nullâ cum parabolâ conjuncta forent: cœpimus ergo cogitare omnia, omnia revolvere, attamen nihil aliud exemplorum occurrebat, quam quod in Commentario proditum 6, aut quod occurrebat, erat eorum simile. Cum vero tredecima dies adpeteret; vera narro, adeoque vera ut celare volentem, conscientia cogat effundere, quod Dominus impertiit, non ignorans quantis me contumeliis risibusque exponam. Cum, inquam, tredecima Aprilis lux adpeteret, visus sum mihi in somno, multo cum tædio denuò contendere cum adversario scriba, sicque obmutuisse, ut quod verum scirem, negante lingua beneficium suum, proloqui non possem, qui me angor, ut solent nonnunquam somnia fallaci ludere nocte, (nihil enim aliud, quam somnium narramus, quod ad nos attinet: tametsi leve non sit, quod per somnium didicimus, gratia Deo, in cujus solius gloriam ista prodimus) vehementer turbare videbatur. Ibi* ἀπὸ μηχανῆς *visus est monitor adesse (ater fuit, an albus, nihil memini, somnium enim narro,) qui diceret, quin ignave respondes ei, quod Exod. 12. scribitur, Est enim Phase, hoc est, transitus Domini? Protinus ut hoc phasma visum est, simul expergefio, & è lecto exilio, locum apud LXX. primum undique circumspicio, ac de eo coram totâ concione pro virili differo, &c.*

Hoc totum, si qui Zvvinglio studeant, tanquam puden-

pudendam sui Noachi tegerent, non denudarent, excusarent, ac nostrates calumniæ poscerent, (Ita enim *Rivet.* exerc. 123. in Genes. p. 604.) omninò hîc prætermitti potuisset. Condonemus licet Phrasin, *ater an albus?* ac credamus Zvvinglium eleganter de vehementer ignoto dixisse, ater an albus? juxta exempla, quæ in Chiliad. p. 227. *Erasmus* annotavit, quanquam ibidem ex Porphyrione, Proverbium ater an albus? de malo an bono? interpretetur. Illud tamen colorari nequit, quod in somnio se rem non levem dedicisse fatetur: quod *monitore illo* usus in novâ glossâ (defecerit potius quam) profecerit, ac de eâ postea disseruerit: quod falsam *interpretationem* è falsâ allegatione loci Exod. 12. (uti suo loco ostendemus liquidò) secutus sit. Scripturam depravare non est profectò albi sed atri Spiritus. Si *ex somnio ludere* voluisset, ac pro communi somnio habere, nullum aut risum aut contumeliam metuere debuisset. Dicam cum *Frid. Spanhemio* è part. 2. dub. Evang. dub. 1. pag. 33. (examinante somnium Pauli Forosempronienſis, quo à Paulo Apostolo de omnium Chronologorum errore circa æram Christianam, se edoctum memorat) Si *Zvvinglius illud suum somnium falsum credidit, & ex alterâ somni portâ profectum, quâ*

—— *falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.*

*Cur illius allegatione sibi & lectori ludos facit, & firmamentum inde causæ suæ quærit?* hæc ille. Si censuit

fuit somnium hoc verum fuisse, & quo informaretur immissum: Ergo calumnia non est cum δαιμονοδιδακτῳ appellatur, nec immerito vapulat. Nam quod ille verum censuit, fallax fuit, & à malo spiritu. Si quod de Carolstadio, etiam de Zvvinglio censuisset Massonius part. 1. cap. 18. pag. 752. Was Carlstad auß Zanck vnd Vngeschick gehandelt/ wird von den vnserigen nicht gut geheissen/ nec divinitatem huic somnio tribuisset, Zvvinglius, ait pag. 764. hat wol gewust/ ja auch bekennet: GOtt habs jhm geoffenbahret/ was er im Traum gelernet/ vnd sein Gewissen dringe jhn darzu/ daß er es jhm zu Lob vnd Danck erzehlen müsse. Darumb hat er an dem Grund vnd Beschaffenheit dieses Anmahners nicht gezweiffelt. confer pag. 767. Si porrò permitterent esse somnium commune, ein Theologischer/ oder Pfarrher Traum/ nihilque sublimius animo conciperent, non repugnaremus. Sicut enim Ennio visus Homerus adesse Poëta: Unde Tullius, fit ferè, *ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius: de quo videlicet sapissimè vigilans solebat cogitare, & loqui.* Ita fieri potest, ut Collega somnianti succurrat, qui aliquid in medium consulat. Divinum certè non fuit illud somnium, cui defuêre characteres divinitatis alibi propositi, *Quia sub revelationis specie* (ita censet *Calvinus* ad act. 27. pag. 249.) *sæpe hominibus illudit mendacii pater, nunquam servis suis apparuit Deus vel per se vel per Angelos, quin illu-*

*stribus notis omnem dubitationis scrupulum eximeret: deinde spiritus discretionis eos, institueret, ne quis fallaciis esset locus.* At Zvvingliano somnio *defuit.* 1. *illuminationis extraordinariæ necessitas*, cum consummato Canone scripturarum sacrarum, in quo sensus verborum institutionis λόγοις λευκοῖς est expositus, hoc præsidio assumto Ecclesiâ carere potuerit, præsertim, quia, ut ait *Massonius* tom. 1. cap. 18. pag. 750. jam antea suam glossam ex scripturis probârit. 2. *rei revelatæ sanctitas*, *& symphonia scripturæ*, quia interpretatio suggesta est, sensui verborum institutionis contraria ut infra ostendetur. 3. *Somniantis* ἀσφάλεια, ut qui fluctuat, ac incertus fuit de monitore, unde illam glossam hausisset, vel si certus fuit (perinde ut de scribâ, de quo similiter dixerit ater an albus certus fuit, qualis fuerit animo moribusque) cur non ausus est eum profiteri? Massonius scribit. pag. 764. Zvvinglius braucht eben dise Art zu reden auch von gemeldtem Schreiber/vnd spricht. Ob er schwartz oder weiß gewesen seye/ist dieses Orts zusagen vnvonnöthen: da ein jeder ehrlicher Mann wohl sihet/daß er anders nichts hat sagen wollen/als daß er nicht melden wollen/wer derselbige Schreiber gewesen seye: dessen er allerley Vrsachen kann gehabt haben. Ebener massen hat er nicht melden wollen/wer der gewesen seye/der jhme im Traum erschienen. non sic Prophetæ! qui verbum Domini identidem repetierunt, nec eos puduit Evangelii cœlitus accepti Gal. 1. 1. 4. *Sensus somniati*

*mniati veritas*, uti infra demonstrabitur. anathema illi, qui aliud Evangelium prædicat à Paulo diversum, & *bonitas salutaris*, nam glossa illa corpus Christi & sanguinem σωτήριον, τὰ κρείττονα N. T. beneficia, umbræ V. T. opposita è Sacramento rapit, ac symbola organicâ virtute & efficaciæ sacramentalis ἀσφαλείᾳ privat, ς. θεόπνευστον *testimonium externum*. Unde conjectura de atro spiritu nimis quam est verisimilis, etsi veteratoriâ quâdam arte se talem non sit professus, qualem Cassio se apertè prodidit. de quo Valer. Max. lib. 1. c. 7. pag. 24. Massonius hæc pro Zvvinglio affert. pag. 760. l. *orationem Zwinglii*, hat ohn Zweiffel mehr als einmahl geseüfftzet vnd gesagt/ O mein HErr JEsu (ob schon dieses Gebett von keinem Historienschreiber erzehlet: ist: wie Weller pag. 308. vergeblich einwendet: doch ist ja gewiß/ daß bekümmerte Christen beten) stehe mir jetzunder bey / damit die wahre Außlegung deines Abendmahls / so ich bißher geführet/ vnd weiß/ daß sie in deinem Wort gegründet vnd recht ist/ vnd zu welcher sich die grosse Statt Zürch mit Abschaffung der Bäpstischen Meß bekennen will/ nicht noth leide vnd in Zweiffel gezogen werde. Als nun Zvvinglius wegen eines solchen Spruchs/ vnd auß Bekümmernus schlaffen gangen/ da dünckt jhn im Traum/ wie er abermahl mit seinem Widersacher disputirte, vnd müsse für jhm verstummen: weil er nemblich zur Bekräfftigung seiner bißher geführten wahren Außlegung deß heyligen Abendmahls keinen solchen Spruch

könte beybringen / wie der Widersacher einen haben wolte. In diser grossen Sorg vnd Angst nun dunckt jhn / wie plötzlich ein Monitor ein Ermahner für jhm stehe / der jhne. 1. als einen faulen Mann straffe. 2. jhn weise auff auff den Spruch Exod. 12. Es ist deß HErren Passah. welchen er seinem Widersacher fürhalten solle. Darüber er bald erwacht / mit Frewden vber seine Bibel geloffen / den gezeigten Spruch mit Fleiß betrachtet / vnd am Morgen für der gantzen Gemein nach seinem besten Vermögen vnd Verstand erkläret / vnd deütlich erwiesen dz kein parabel oder Gleichnuß darinnen sey / vnd das Wörtlein (ist) für daß Wort bedeutet / gebraucht werde. At quo Dei verbo, aut promisso extraordinarium fidei probandæ subsidium imploravit? χάεισμα somnii prophetici pendet ex liberrimâ dispensatione, quam orando provocare tam est numen tentare quam in sacrilegio. vid. Amesi. l. 4. cas. consc. cap. 23. 2. *mentionem Domini* In aller (ita Masson. pag. 767.) Ehrerbietigkeit gedencket er etlich mahl deß HErren Gottes / in dem er spricht: Dominus impertiit. Der HErr hat mirs verliehen: Gratia Deo, Gott sey Lob vnd Danck gesagt / in cujus gloriam illa prodimus: Welchem allein zu ehren ich diese Ding offenbahre. Darnach so handelt er in Christlicher Auffrichtigkeit vnd Demuth / in dem er spricht / er erzehle was Wahrhafftig geschehen / dessen sein Hertz vnd Gewissen jhm zeügnus gebe / er rühme sich der Göttlichen Offenbahrung nichts vbers ziel / sondern beschreibe sie /

wie

wie sie jhm in einem Traum erzeiget worden. Ferner so bedencket er den eventum/ oder Vrtheil bey der Welt/ in dem er spricht: Er wisse gar wol/ daß er solches Traums halben von vielen werde verlästert vnd verlacht werden. Hierauß schliesse ich also: wer in wahrer Demuth auffrichtig handelt/ Gott für augen hat/ vñ denselben in seinem Thun einig vnd allein ehret/ ob er schon der Welt Lästerung vnd Spott mercket/ oder erfähret/ von demselben kan nicht gesagt werden/ daß er einen Teüffel habe/ oder auß deß Teüffels angeben rede vnd handle. Dann also spricht Christus selber zu den Juden: Ich bin kein Samariter/ hab auch keinen Teüffel/ wie jhr mich zeiget/ sondern ich ehre meinen Vatter/ jhr aber vnehret mich: Ich suche zwar meine eygene Ehre nicht / es ist aber einer der sie suchet vnd richtet. Joh. 8. Nun hat Zvvinglius in Beschreibung seines Traums also verfahren/ wie ein frommer Christ (den der Geist GOttes treibt) reden vnd thun soll: derohalben kann vnd mag er keines Teüffels bezüchtiget werden. at hoc κριτήριον fallere potest, nam & Sathan Dei gloriam in tentatione paradisiacâ, dependentiam suam à summo Dei allegat in tentatione Eremicâ. fuisse qui ἐν ταπεινοφροσύνῃ decepere suâ ac aliorum etiam opinione pios, Apostolus testatur Gal. 2. 3. *Scripturæ sacræ allegationem.* Zvvinglius ist (vid. Mason. p. 770.) in seinem Traum nicht von/ sondern zu der Schrifft/ ja mitten in die Schrifft gewiesen worden. & pag. 782. es hat sich auch der Himmlische Segen bey fleissiger Erklä-

rung deß im Traum gezeugten Spruchs also bald funden / das daß heylige Abendmahl drey Tag nach einander mit so grosser Menge vnd Zulauff der Bürger gehalten worden/ dergleichen Zvvinglius sein Lebtag nicht gesehen. Es kann fürwar diese grosse Frewd vnd Gehorsam der Löblichen Statt Zürch in Abschaffung der Abgöttischen Meß vnd Anordnung deß heyligen Abendmahls Jesus Christi, welche nun vber die hundert Jahr in gemelter Statt wehret/ohne Gotteslästerung vnd handgreiffliche Verletzung der Christlichen Liebe/dem Teüffel nicht zugeschrieben werden/wie doch von vielen per consequentiam, vel per latus Zvvinglii geschicht. At scripturam allegare Sathanam nihil novi est. Ita revocatus est à suo monitore ad scripturam, ut eam perverteret. §. *Conformitas cum somnio Eliphaæo* ibid. pag. 775. Weil Zvvinglii Traum andern Göttlichen Träumen vnd Gesichten gleichförmig ist. Dann Jobi am 4. beschreibet Eliphas einen solchen Traum. Zu mir (spricht er) ist kommen ein heimlich Wort/vnd mein Ohr hat ein Wörtlein auß demselben empfangen: da ich Gesicht betrachtete in der Nacht/wann der Schlaff auff die Leüth fällt/da kam mich Forcht vnd Zittern an / vnd all mein Gebein erschracken. Vnd da der Geist für mir vber gieng/stunden mir die Haar zu berg am Leibe. Da stund ein Bild für meinen Augen/vnd ich kante seine Gestalt nicht. Diese letzte Wort komen ja deütlich vber ein mit den worten Zvvinlii; ibi τὸ μηχανῆς: Monitor aderat, da stund ein Bild

Bild für mir: Albus an ater fuerit, non memini. Ich weiß nicht mehr wie es gewesen: ich kante seine Gestalt nicht. Also beschreibet Elihu am. 33. cap. v. 15. 16. 17. 23. Wie GOtt bißweilen die Leuth im Traum schrecke / vnd zur Besserung deß Lebens ermahne: Im Traum deß Gesichts in der Nacht / spricht er / wann der Schlaff auff die Leüth fällt / da öffnet Gott daß Ohr den Leuthen / vnd schrecket sie / vnd züchtiget sie / daß er den Menschen von seinem Fürnemen wende / vnd beschirme jhn für Hoffart / ꝛc. Wan dann ein Engel einer auß Tausend mit jhm redet / zu verkündigen den Menschen / wie er soll recht thun / so wird er jhm gnädig seyn. Also da Paulus zu Damasco blind saß vnd bettet / schicket jhm Gott ein Gesicht / nemblich daß er sihet einen Mann mit namen Ananias zu jhm kommen / der jhn mit Aufflegung seiner Hände wider sehend machte. Vnd diß war eben der Ananias / welchem der HErr solches nachmahlen offenbahrte / vnd jhn zu Paulo schickte. Er aber Ananias wüste nichts darumb / hatte es auch nicht gefühlet / daß er dem Paulo in einem Gesicht war gezeiget worden von dem HErren JEsu. *Et cum somnio Pauli* vid. ibid. pag. 777. In specie vergleichen wir Zvvinglii Traum vnd Gesicht / mit den Worten beym Jobo vnd mit dem Gesicht Pauli. Wir sagen: Es sey Zvvinglio kein böser Geist erschienen: sondern (wie er selbst erzehlet) ein Phasma oder ein Anmahner: vnd Gott habe jhme die geschehene Erinnerung zugeschickt. Et ibid. pag. 778. Weil Paulus einen Lehrer

rer im Traum gesehen/ so wird hiemit Zvvinglij Traum bestätiget. Dann ein Lehrer vnd eine Lehre gehören zusammen. Wie Paulus einen Mann im Traum gesehen hat/ der jhn lehren solte: Also hat auch Zvvinglius im Traum einen Anmahner gesehen/ der jhn gelehret/ vnd in die Schrifft gewiesen hat. *Cum somnio Iacobi* pag. 781. Siehe da Zvvinglius in solcher Gefahr vnd Nöthen steckt/ wie dort der fromme Jacob/ da er für dem Zorn seines Bruders Esaus muste in frembde Land ziehen/ vnd auff dem freyen Feld auff einem Stein schlaffen: Da kommt Gott/ vnd zeigt jhm einen herrlichen Traum/ der mit der sachen selber/ cum re præsente vberein kommt: vnd seine schöne analogi, vnd fundament hatte auff die Person/ Stand vnd Ampt deß Zvvinglii, eben wie Jacobs Traum sein fundament vnd analogi hatte auff die Person/ Ampt vnd Stand Jacobs. Resp. Eliphasæum spectrum, seu, confictum, seu à Diabolo inspiratum fuisse conjecturâ non levi colligit Caspar. Sanct. in Job. 4. p. 86. *Qui suis inquit verbis conciliare volunt fidem, & pondus, eo solent artificio uti, ut aliis persuadeant orationi suæ aliquid ineſſe divinum. Exemplorum abunde est. Numa Pompilius ut suas leges, & sacra populo Romano commendaret magis, illa omnia dicebat ab Aegeria Nympha se per nocturnum congressum accepisse, ita Valerius Maximus, & Livius, & Ovidius, l. 20. 3. Fastorū. Sertorius, ut author est in ejus vita Plutarchus, à cerva alba, quā ferebat secū, doceri se dicebat, ea quæcunque facere statuisset. Minos Cretensis, ut tradit in Minoë Plato, in specus aliquas secedere*

dere solebat, ubi dicebat, se à Iove accepisse leges, quas ferre desiderabat. Leges item suas à Minerva se didicisse affirmabat Pisistratus. Eundem suarum Legum authorem dicebat Zaleucus, sicut suas ab Apolline asserebat Lycurgus, ut asserit Valerius libr. 1. & Herod. lib. 1. Hoc porro artificium usitatum esse dicit Suidas in voce δοκητὲς, ut qui simulachris religionem conciliare vellent, de cœlo lapsa simularent. Hoc consilio fortasse finxit Eliphaz, se ab spiritu, id est, ab altiori quâdam substantiâ illa didicisse, quæ Iobo tradidit, ut illum ad majorem traduceret mentem, & Deum magis, quam antea veneretur, & colat. Quod autem tam Eliphaz, quam duo alii amici mentiti fuerint aliquando, ipse docet Iobus c. 13. v. 4. ubi illos fabricatores mendacii, & cultores perversorum dogmatum appellat, & mox, pro diabolicâ inspiratione non desunt conjecturæ. Prima, quia c. 42. ideo reprehenditur Eliphaz à Deo, quod non fuerit, sicut Iobus rectè locutus: neque videbatur à Deo docendus illa, quibus ad Dæmonis votum, & Iobi vexationem iniustam abuteretur. Secunda, quia non novum fuit Prophetas falsos ad conciliandam sermonibus suis authoritatem, oracula quædam finxisse, & divina responsa, quos constat aut egregiè fuisse mentitos, aut delusos à Diabolo, ut probant Sedecias & Colias. Ierem. 29. qui revelationem sibi factam commenti sunt, & alii Pseudo-Prophetæ l. 3. Reg. cap. 22. quos Spiritus afflavit mendax. Et quidem Sathanas in Angelum se lucis transfigurat, ita ut non nisi ab illis, quibus divina lux affulsit, cognoscatur. Adde, quod non minus acutè, & ad institutum accommodatè locuti sunt duo alii socii Baldad Suites, & Sophar Naamethites, quàm Eliphaz: & tamen hi nullam à Deo se

dicunt illustrationem accepisse. Quod, opinor, illi non tacuissent. Deinde, quia modus ille, quem Eliphaz adducit revelationis illius, aliquid olet pythonicum in obscuro murmure: ut statim latius explicabimus ad vers. 16. ad illud, vocem aurae tenuis. Et sanè boni Spiritus non adeò loquuntur obscurè, maximè cum de rebus, quae ad mores & institutionem pertinent, erudiuntur ignari. Deinde, quia cùm horrore consternantur, ut aliquando contingit, à bono spiritu jubentur timorem abjicere, & ab illo eriguntur, & recreantur. Sic ab angelo Zachariæ dictum Luc. 1. Ne timeas Zacharia, & cum corruisset Daniel ab Angelorum aspectu, ab illis recreatus est, Daniel. cap. 8. v. 18. cap. 10. 10. at hic nihil hujusmodi, audimus in horrore Eliphaz. neque ratio, quæ sententiam communem confirmabat, ejusmodi est, ut nobis illam persuadere debeat: quis nescit doctrinam sæpe sanam à Dæmone doceri: cui nulla possit erroris labes aspergi: sed ille aut tradit tempore non suo, ita ut non tam prosit ut vera, quam ut importuna noceat: aut facit, ut inde deceptus homo id deducat, quod illi nullo modo Salutare est. Est quidem optimum nosse Deum esse severum judicem, & nihil ab illo habiturum impune. Quo si audaci homini & in omnium vitiorum genus projecto, proponas, salutaris est medicina, & illo tempore nulla fortasse opportuna magis. At si hæc homini timido, & de sua salute desperanti, ante oculos ponas, perdes hominem, & ab animi imbecillitate pronum in desperationis barathrum conjicies. Hoc Dæmon facit, dum vera producit dogmata: quæ tàm longe sunt, ut hominem in eo juvent statu, ut potius officiant vehementer. Instruebat hoc loco Dæmon Eliphaz, docebatque quod esset Iobo in ærumnos à illa conditione dictu-

rus

*rus, cum doleret animo, & corpore, & indigeret consolatione magis, quàm reprehensione, ut haberet, quo recrearet jacentem, & mœrentem animum, non quo illum desponderet, & abjiceret. Quare cum importunam tradiderit medicinam; alioquin in alio rerum articulo non malam, non credendum videtur illam à Deo fuisse, sed potius à malo spiritu porrectam. Quod effectus ipse demonstravit, cum antè illud tempus dicatur Iobus, cum maxime arderet vexationis æstus, non peccasse labiis suis, post verò locutus aliquid fuerit, propter quod à Deo reprehensus.* Idem Sanct. ad cap. 23. hæc monet. pag. 404. *si quid in somniis accepit Elihu, id à malo spiritu potius, quam à bono oblatum esse constat: neque enim eos ad disputationem istam spiritus attulisset, omni ex parte vanissimos, si loquentem in somniis, ut pareret, Deum audisset. Deus enim neque inutilia loquitur neque vana; timentem hominem reddit, & obsequentem, non præfracti atque audacis ingenii, hæc ille!* Esto autem fuerit divinum somnium, tamen duo cum faciunt, aut patiuntur idem, non est idem. Unde nonnisi affirmativè in secundâ figurâ concluditur. Bene *Cocceius* ad l. cit. ista notat. pag. 70. *Nobis vulgo verbum Dei, quod ab initio locutus est, quantum ejus sufficit nostræ conditioni (nam restrictiorem revelationem sufficere Deus voluit patribus pro ipsorum statu) in scripturis omnibus linguis unà expositum est, & sine consternatione ac pavore consulere ac quovis tempore adire possumus, accedente majore spiritus gratia: quod melius est, quam ὁράσεις ὄπτεσθαι & ἐνύπνια ἐνυπνιάζεσθαι visiones videre, & somniis uti.* Idem Cocceius ad cap. 33. Angelum illum מליץ unum ex millibus

libus de Christo Mediatore exponit. Pauli & Jacobi somnium fuisse θεόπνευστον Scriptor θεόπνευστος testatur, cujusmodi testimonium pro se Zvvinglius non habet. *6. Efficacia somnii.* Ita enim Masson, pag. 782. hat sich auch der Himmlische Segen bey fleissiger Erklärung deß im Traũ gezeigten Spruchs alsobald funden / das daß heylig Abendmahl drey Tag nach einander mit so grosser Menge vnd Zulauff der Burger gehalten worden/dergleichen Zvvinglius sein Lebtag nicht gesehen. Es kan fürwar die grosse Frewd vnd Gehorsam der Löblichen Statt Zürch in Abschaffung der Abgöttischen Messe vnd Anordnung deß heyligen Abendmahls Jesu Christi, welche nun vber hundert Jahr in gemelter Statt wehret/ohne Gotteslästerung vnd handgreiffliche Verletzung der Christlichen Liebe dem Teüffel nicht zugeschrieben werden/wie doch von vilen per consequentiã vel per latus Zvvinglii geschicht. Resp. non minorem sæpe efficaciam apparere in pseudomiraculis papæis: num ideò illa divina? vide nostrum meletema de miraculis veris & falsis.

CORONIDIS LOCO JUVAT APPONERE.

Rationes quas contra Rationis in theologiâ judicium ac normam produxit in colleg. sexto miscell. quæst. pag. 544. JOH. MACCOVIUS.

Primò facit contra Socinianos (Calvinianos æque) quod Esaias cap. 9. 5. inter epitheta Messiæ ponit τὸ pælæh, quod hujusmodi stupendum prodigium sit futurus, cujus certa & sufficiens ratio à nostrâ in his rebus cœcutiente ratio-

ratione dari nequit. Quodq; deinceps c. 53. ubi doctrinam de cruce Christi ex professo tractat, concionem illam hac exclamatione orditur, *Ecquis credit narrationi nostræ & brachium Domini super quo revelatur?* Deinde quod Christus de Petri confessione qua eum Messiam & Dei filium agnoscebat affirmat, *Carnem & sanguinem* (φρόνημα σαρκὸς, ut Paulus loqui consuevit) *hoc ei non revelasse, sed Patrem suum cœlestem.* Paulus præterea de fato sui Evangelii, hoc est, de doctrina crucis Christi scriptum reliquit, *Se prædicare Christum crucifixum, Iudæis scandalum, Græcis vero ludibrium.* Et quod Athenis Philosophis propter hanc ipsam doctrinam Spermologus audire coactus fuit. Ubi aliquis quærere posset, quæ & qualis fuerit illa superstitio, quæ hos perspicaces rationis Magistros, ad eum modum effascinaverit, ut rationis suę sanitate in tam rationabili materia uti nequiverit. Quarto: Deus nusquam & nunquam humanæ rationi judicium in rebus fidei concessit. Multoties nos Deus omnia probare jussit, 1. Thess. 5. vers. 21. 1. Joh. cap. 4. vers. 1. Matth. 7. vers. 15. Cui negotio ipse media sufficientia ordinasse credendus est, & vero ad verbum & scripturam sacram sæpissimè nos remisit, Joh. 5. vers. 39. Luc. 16. vers. 29. Esa. 8. vers. 20. Quinto. Quia humana ratio principio κριτικῷ, juxta quod de rebus Theologicis judicandum, destituitur. Nulli arti ut opera ejus rectè judicentur, ejus κοιναὶ ἔννοιαι sufficiunt, sed principio speciali

ſpeciali & arti cuivis adæquato, ex quo cenſura inſtituatur opus eſt. Inde non judicat de Architectonica ſartor, nec de Equeſtri Architectus, de bellica coquus, de Metaphyſica auriga. Non ob defectum ſanæ rationis, qua bonum diſcerni poteſt à malo, verum à falſo, ſed ob ſpecialis & cujuſvis arti proprii principii, ex quo de ſpecialibus artium operibus judicandum eſt, carentiam: Et hæc cauſa quod quæ arti alteri ſunt facillima, & ceu puerilia, alius iſtius rudis clamet eſſe impoſſibilia, cujus rei exemplo hodie luculento ars Chymica eſſe poteſt. Atqui humana ratio, qualis eſt per ſuam naturam principio illo κριτικῷ, juxta quod Theologia & res in ea contentæ judicantur, in univerſum deſtituitur. Ergo humana ratio de fidei myſteriis nil quidquam judicare poteſt. Sexto. Quia humana ratio quando de rebus fidei agitur compeſcenda eſt & captivanda, facultatum agentium captivitas eſt operationis cohibitio: captus dicitur oculis, cujus viſus ἐνέργεια & actus ſecundus intercipitur. Ita ratio humana captivatur, quando judicium, quod ipſa in fidei negotio ſibi arrogat improbatur, utque ab eo deſiſtat, magis vero ut ſe judicio ſuperiori ſubmittat, eique pareat, & ad modum captivi & ligati ad illius nutum & voluntatem ſe patiatur duci, hoc eſt ſua dicta ſic limitet, ut Theologiæ nullo modo ſe opponat, jubetur. Talis captivitas præcipitur generaliter quidem, Proverb. 3. verſ. 5. & c. 14. verſ. 12.

Specia-

Specialiter verò 2. Cor.10.vers.4.5. Idem liquet exemplo Abrahæ & Saræ, quorũ rationi reclamabant promissa Dei de sobole è corporibus effætis procurando; verum Abrahã *contra spem in spem credidit.* Item exemplo Servi Naamanis Syri Dominum rationem captivare juventis 2. Reg. 5. 13. Thomæ, qui ἀυτοψίᾳ & confessione edita vicit rationem, Joh.20.28. Septimo. Quia neque Christus neq; Apostoli fidei mysteria ratione ut noma & fundamento dijudicarunt. Octavo: Quia quotquot rationem ut fidei magistram sunt sicuti turpiter errarunt, exemplo Naamanis Syri 2. Reg 5. 12. Nicodemi Joh. 3. 4. Thomæ. Joh. 20. 25, Idem Maccovius ad Rom. 12, 1. ubi Deus vult cultum nostrum esse λογικὸν, respondet l.cit. Aliter autem cultus rationabilis sensu Paulino, juxta quod λογικὸν dicitur, quod sincerum est & non corruptum, quo sensu & Petrus hac voce (in sacris literis non extante) utitur 1. Epist.2.vers. 1. Concupiscite lac λογικὸν, hoc est, purum, sanum non infectum, quod ex λόγῳ seu verbo Dei, desumitur sive expresse id subministrent τὰ λογία τῦ θεῦ, Rom.3. vers. 2. sive per λογισμοὺς ex illis hauriatur. Vid. idem Maccov. Aliud est enim doctrinam ex natura haurire, aliud jam cognitam doctrinã, per exempla aut similia in natura conspicua, quodammodo illustrare. Quicquid Christus de regno cœlorum docuit, nõ ex vinea, agro tritico, reti, &c. desumpsit, sed cœlestẽ doctrinã è sinu Patris prolatã per parabolas ab ejusmodi rebus terre-

terrenis, ac omnibus notis petitas nobis ab oculos clarius ſtatuit. Atque ſic etiam cum hodiernis Eccleſiarum miniſtris minimè fas ſit è natura ſuas doctrinas haurire, attamen è verbo Dei petitas per naturæ ſimilia declarare, nunquam quiſquam prohibuit. Aliud igitur eſt docendi occaſionem arripere, & aliud doctrinæ fundamentum ſtatuere. Prius in parabolis Domini agnoſcimus, id quod unicum probat Adverſarius: Poſterius non probat.

*Ioh. Trithemius Abbas Spanheimenſ. in Reſp. ad primam quæſtionem à Maximiliano Cæſare propoſitam.*

*Quare omnipotens Deus credi à mortalibus voluit potius, quam ſciri & intelligi, eo videlicet modo cognitionis & intelligentiæ, quæ à ſanctis angelis cognoſcitur & & intelligitur?* inter alia reſpondet: Neque enim decuit, neque fieri ullatenus potuit, ut Deus ab intellectu humano comprehenderetur, quoniam ſi mortalis homo naturæ ductu Deum comprehenderet immortalem: Certè jam non homo neque mortalis, ſed angelus videretur eſſe dicendus, fieretque vel homo DEO, vel DEUS homini comparandus.

(?)

# PHANTASMA

φαντασμάτων.

Omnium reliquorum Caput, fons, origo, Luci Calviniani palladium, proles Rationis Planeticæ & Labyrinthificæ primigenia.

## IDOLVM ABSOLVTI DECRETI.

§. 1. NOvum, Deo invisum, scandalosum, triste solatii defectu, horribile, arcanum.

PHANTASMA, inquam PHANTASMATΩN reliquorum, quæ sequuntur, Caput, fons, & origo, unde tanquam communi influentiâ per siphunculos consequentiarum justarum, reliqua omnia dispensata deducemus. Meritò igitur primo loco tractandum, ac radici apponenda securis, ne postea sæpe idem dicendum nobis, ac repetendũ sit: à quo haut obscurè Catechesis Palatina exorsa est in primâ statim quæstione, de quâ paulo post. *Luci*, inquam, *Calviniani Palladium*. hoc enim absolutę gratię nomé est, consecratũ ab ipsis Synodicis Dordracenis Genevensibus in act. Synod. sess. 42. p. 212. Si *Re-*

*monstrantes consentiant, cum Ecclesia in Electione, facillimum erit solvere nodos absurdarum consequentiarum: & Synodus procul dubio,* PALLADIO *gratiæ Dei absolutæ discrimini erepto, facilis & æquissima erit in horridiorum & crudiorum sententiarum explanatione, & quicquid ex fide licebit, charitati dabitur.* Aluerunt olim pago dediti arcana ac opertanea sacra, intima sacraria, ac anathemata, pignora regnorum fatalia. Tale Ephesiorum ἄγαλμα διοπετὲς Act. 19. 35. quod ex vite factum Plinius tradidit, fortassis ad æmulationem vitis Solymitanæ de quâ mox. Suidas in voce διοπετὲς *Ptolomæus, ait, ut Dianæ simulachrum à Iove missum Alexandrinis persuaderet, artifices, qui illud elegantissimè effinxerant, invitatos ad convivium, & humanitatis specie deceptos per fraudem in occultam foveam impulsos extinxit, ne Dianæ simulachrum humano artificio elaboratum crederetur.* Refert autem ibidem Suidas hujus Ephesiæ Dianæ effigiem existimari de cœlo missam. *Ravanellus* in bibliothec. Sacra pag. 740. hæc ad Ephesiorum simulachrum notat, ad τὸ διοπετὲς, simulacri *vel imaginis, vel statuæ vox hîc necessariò supplenda (alioqui sensus imperfectus remaneret) sicut etiam suppleverunt, aut supplendam esse docuerunt non solum Syrus Interpres, Chrysostomus & Oecumenius, verum etiam ex Pontificiis ipsis Vatablus, Pagninus, Arias, Cajetanus, Cragnæus, Clarius, Salme[illegible] ut meritò exsibilandus & explodendus sit Cotonus, qui tot aut[illegible]um, quos ipse quoque citat authoritate spretâ, modo asserit, nihil quicquam supplendũ,*

*sed*

sed Διοπετὲς referendum esse ad Dianam, quod facit Vulgata, quæ habet Iovis prolis, cum tamen articulus τῆ evidenter ostendat, Διοπετὲς nequaquam referri posse ad vocem Ἀρτέμιδ&, idest, Dianæ, quæ est generis fœminini: modò contendit, si quidquam libeat hîc suppleri, supplendam esse in versione Gallica vocem, idole, non autem image. Cæterum, Ethnicos talia multa habuisse simulachra: quæ scilicet credebant esse Διοπετῆ, hoc est, cœlitus ad ipsos delapsa: constat etiam ex Palladio Trojano, & ex simulachro matris Deum apud Romanos, quod Herodianus vocat ἄγαλμα Διοπετὲς, nec non ex eo, quod narrat Sozomenus Eccl. hist. lib. 1. cap. 4. Sacerdotes iussu Constantini ex adytis & occultis fanorum receßibus produxisse simulachra, quæ Διοπετῆ vocabantur, adde quoque ex Cicerone, qui lib. 5. in Verrem ait, fuisse Ennæ in Sicilia simulachrum Cereris, quod erat tale, ut homines cum viderent, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cereris, non humanâ manu factam, sed cœlo delapsam arbitrarentur: Nimirum, non defuerunt apud Ethnices impostores quamplurimi, qui ad stabiliendam superstitionem persuadebant populo aliquid è cœlo decidisse, & ad ipsos delatum, quod studiosè & religiosè esset asservandum, ut patet ex Ancili Numæ, & ex astro illo ἀεροπετῆ, quod apud Tyrios asservabatur, quemadmodum refert Philo Byblius: sed & hîc notandum Euripidem, Iphig. in Tauris, meminisse etiam simulachri Dianæ à Iove, seu, è cœlo delapsi, quod vocat Διοπετὲς ἄγαλμα. hæc ille: Tale Tantalidarum Aries, de quo Seneca in Thyeste.

*Est Pelopis altis nobile in stabulis pecus,*
*Arcanus aries, ductor opulenti gregis,*
*Hujus per omne corpus in fuso coma,*
*Dependet auro; cujus è tergo novi*
*Aurata Reges sceptra Tandalidæ gerunt*
*Possessor hujus regnat: hunc tantæ domus*
*Fortuna sequitur.*

Tale *Ignis Vestalis* Romanorum custos imperii flamma. Tale putabatur in templo Solymitano *vitis aurea*, de quâ Florus, l. 3. cap. 5. *Hierosolyma Pompeius intravit, & vidit illud grande impiæ gentis arcanum patens sub aureo vitem cœlo: anathema* ab Alexandro Judæorum Ethnarcha donatum templo cui (ab Aristobulo ablato & Pompeio dato, qui illud Romæ in Capitolio posuit) suffecta est ab Herode magno altera Vitis aurea, θαῦμα (Josepho laudante) καὶ τῦ μεγέθυς καὶ τῆς τέχνης τοῖς ἰδέσιν an ut designaret populum hebræum vitem illam ex Ægypto transplantatam, quam canit Hieropsaltes Ps. 80?

Tale *Palladium Trojanorum*, quo salvo & incolumi Trojam fore ἀνάλωτον in fatis erat.

Omnis spes Danaûm (ita Simon Maronianus l. 2. Aen. vers. 162.)

—— *& cepti fiducia belli*
*Palladis auxiliis semper stetit. impius ex quo*
*Tydides sed enim, scelerumque inventor Ulysses,*
*Fatale aggressi sacrato avellere templo*
*Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,*
*Corripuêre sacram effigiem: manibusque cruentis*

Virgi-

*Virgineas ausi divæ contingere vittas:*
*Ex illo fluere ac retrò sublapsa referri*
*Spes Danaûm: fractæ vires, aversa Deæ mens.*

§ 2. Quod igitur in Templo Ephesino ἄγαλμα διοπετὲς, in Tantalico aries, in Vestali ignis, in Solymitano vitis, in Trojano fuit palladium, hoc est *absolutum decretum* in Luco Calviniano, in Dordracena synodo auctoratum, in synodo Alezianâ Gallicâ (teste Episcopio tom. 2. oper. pag. 388.) juris jurandi religione firmatum & conjuratum, cum quo res Calviniana statque caditque adi me hoc palladium ruet tota reliqua Phantasmatum strues; pone, stabit. neque mirum videri debet (verba sunt Calvini ad act. 28. pag. 253.) *si seculis omnibus novi subinde errores pullularint, cum quisque nostrûm ab utero matris, mirus sit fingendis idolis artifex.* Absolutum decretum est instar *sceptri* (ita noster D. *Menzer.* in anti-Croc. disp. 4. pag. 93.) *juxta cujus nutum & tenorem totam Scripturam oportet explicari*, citatis in eam sententiam Genevensium verbis ex Actis Synodalibus. p. 212. *Cor Ecclesiæ, inquiût est doctrina de gratia Dei absolutissima. Et disertè ibidẽ testantur, dum Palladium istud gratiæ Dei absolutæ salvum & incolumne conservetur, facilem & æquissimam fore horridiorum & crudiorum sententiarum explanationem. Quæ brevis & perspicua Confessio est, quidvis libenter se admissuros, quod absoluto illi decreto, sive absolutissimæ Dei gratiæ non adversetur: contra autem serio improbaturos & rejecturos, quicquid illi con-*

*trarium videatur, atque inimicum. Ex qua hypothesi necesse est, Calvinianorum dicta omnia & singula sic explanari, ne impingant in Absolutum decretum, sed potius, ut illud stabiliant & confirment. Secus si fiat, pugnat explanatio cum mente, & sententia authoris. Quod ut quam diligentissimè observetur, res ipsa postulat.*


§ 3. *Rationis* inquam planeticæ, imò Phreneticæ, addo *Labyrinthificæ* (ita enim ipse *Calvinus* ad Rom. 11. pag. 109. *Discamus ergo nihil de Domino inquirere, nisi quantum per Scripturas revelavit: quia alioqui in labyrinthum ingredimur, unde non facilis erit receptus.* & pag. 84. *Est prædestinatio Dei verè labyrinthus, unde hominis ingenium nullo modo se explicare queat.*) proles quasi primigenia, quamvis tacere rationem jubeat, nuspiam tamen ingeniosior illa fuit & confidentior, mirum rationi principatum deferri in rebus fidei, & tamen in hoc fidei capite negari. unde Spiritus hîc certè vulpinam indolē agnoscas, qui ne furta sua deprehendantur, stupore sibi brutifico cavet, haut sane stulte sapiens: Ita Simson à Philistæis excæcatus est, ut ludibrio haberi posset felicius: ita Fecialis tympanista in castrum inducitur occlusis oculis, ne emissititiis arcana exploraret: ita

*Carminibus Circe socios mutavit Vlyssis.*

Est autem illa Imago arrificiosè primum picta, colorata, exasciata à variis pictoribus, donec in illam formam coaluit, quam mox sumus repræsentaturi. non hîc revocabo Veterum

pig-

pigmenta, qui ſtudio anti-Pelagiano laceſſiti in alterum extremum inclinarunt, plusque juſto rationi indulſere. Ea enim opera nunc non eſt hujus loci, defungemur illâ Comite vita, in Chriſteidos contextu. Hîc ante omnia pictorum, ſeu myſtagogorum ſectæ ac ſectarum opiniones proſcribendæ primum ſunt, poſt conciliandę. non parum valebit ad turris babelicæ deſtructionem γλωσσοσυγχύσις hâc tabulâ expreſſâ.




*I. Symphonicos dico*, qui magis conſequenter docent creduntve, ne ſemetipſos turpiter committant, atque dogma prædeſtinationis ſic tractant, ut concinat reliquis, quę ſequuntur, dogmatibus.

*Aſymphonicos*, qui hîc quidem receptui canunt, alibi mõſtra ebuccinant ex hoc dogmate enata,

enata, eique concatenata, tanquam Phidiæ clypeo, ut si partem resolveris, universam religionis speciem sustuleris, quippe qui admittit cõclusiones consequenter fluentes, principium unde fluunt negare nequit. Sequitur quidem etiam ex falso quandoque verum, ἀλλ' ἐ διότι inquit Philosophus. Signifer hîc est *Ludovicus Crocius* cujus hæc est sententia, quâ Castellum defendit, alibi autem arcem prodit, in Syntagm. S. Theol. l. 4. cap. 1. p. 979. *Reprobatio ex adverso non est ejusmodi consilium aut propositum Dei, secundum quod vel unicum hominem, nedum majorem mundi partem, sine culpa & causa, ex absoluto liberrimèque præconcepto odio ab omni salutari gratia præcisè & absolutè excluserit & æterno exitio devoverit.* Reprobatio vero ibid. pag. 980. *est justa sententia judicii Dei in omnes impœnitentes & infideles spretores lucis & mediorum gratia, quæ in salutem eorum ordinavit & dedit, quod vid. propter hunc eorum contemptum, impœnitentiam & incredulitatem, tandem gratiam suam ex justo judicio ab iis avertere, eosque, tanquam vasa iræ, in cordium suorum reprobum sensum & potestatem Sathanæ ad indurationem tradere, & ad extremum quoque secundum merita ipsorum ad æternum exitium reprobare velit.* Pater ibid. p. 981. *Iure quidem secundum rigorem justitiæ suæ, Filium suum mittere potuisset, ad judicandũ & condemnandũ mundũ ob peccata in Legem, quia totus in malo jacet: at ex merâ gratiâ ipsum primo misit non ad judicium, sed ad ejus salutem. Qui igitur insontem judicaret, cum ne sontes quidem subito judicet, sed prius eorum*

rum salutem quærat? Et qui per ipsum staret, quin servarentur, qui ne filio quidem suo unigenito pepercit, sed eum pro nobis omnibus tradidit? Neque est, quod opinemur Patrem eum ad quorundam duntaxat Salutem, ad majoris verò Partis Iudæorum judicium misisse. Nam Dominus testatur Ioh. 3. se in primo adventu suo proprie haud missum esse, ut quenquam judicet, sed ut mundum servet, primo Iudæos, ad quos præ cæteris, tanquam populum peculii sui, filios regni, oves perditas domus Israëlis missus fuit. Matth. 8. 11. & 15. ut non judicet, reprobet, condemnet, sed ut ad pœnitentiam & regnum Dei vocet, dein reliquos. Dicit quidem Christus Ioh. 9. 39. se venisse in mundum ad judicium, ut videntes excæcentur, ut & à Simeone dicatur positus in lapsum multorum in Israële. Luc. 2. 3. 4. Esa. 8. 14. non tamen hoc sensu, quod per se & proprie ad hoc missus, positusque sit, aut quod culpâ cæcitatis, offendiculi & lapsus eorum ipsius sit: sed quia multis propriâ ipsorum culpa, qui per ipsum visum accipere & surgere debebant, justo Dei judicio cedit in majorem excœcationem & graviorem lapsum. Lux in mundum venit, lux verbi, virtute spiritus, jam olim Apostolorum ætate in totum orbem diffusa est, Rom. 10. 18. Col. 1. 23. Act. 17. 30. qui finis fuit Apostolatus eorum Rom. 15. Act. 13. 46. 2. Cor. 4. 3. 4. Tit. 2. 11. Cujus igitur culpa est? Hominum. Qui enim non credit, jam condemnatus est: quia non credit in nomen unigeniti Filii Dei. Hæc est autem condemnatio, quod lux venit in mundum, sed dilexerunt homines potius tenebras, quam lucem, quia sunt eorum opera mala. Ioh. 3. 18. 19. Ecce causam judicii divini in homines non nisi in homi-

*nibus. Quid verò est, quod Deus incredulitatem tam severè judicet? An ea tantum crimen est, ut ob eam Deus omnem gratiam expectoret, & meram iram spiret? Omnes naturâ infideles fuimus. Ex quo colligi possit, nos omnes judicatos esse, aut eum nos omnes judicare debuisse. Resp. Dominus non loquitur simpliciter de incredulitate habituali, & innata, sed de actuali, affectata, contumaci, & cum impœnitentia perpetuâ conjuncta. Hæc verò est caput omnium peccatorum, quod Deus per iustitiam & veritatem suam non potest non damnare. Ratio est. quia non credunt in nomen Vnigeniti Filij Dei: extra quod nomen nulla salus hominibus. Act. 4. 12. Neque alius Deo Filius superest, quem pro hoc peccato daret in victimam. Hebr. 10. 26. 27. Sed quænam est, causa huius incredulitatis? Forsitan multi credere vellent, si modo possent. Non est in ipsis, ut credant. Cur Deus eis non donat fidem? Christus respondet. Ioh. 3. 19. Lux venit in mundum, sed dilexerunt homines potius tenebras, quam lucem. Quo ipso docet, non modo iustam caussam iudicii Dei in incredulitatem, sed & propriam, quamvis nimis iniustam caussam incredulitatis: quod videlicet defectus non sit gratiæ Dei, quasi fidem eis dare absolutè noluisset, cum lucem eo fine in mundum miserit, ut eos ad fidem illuminaret: quod & incredulitas non simpliciter ex naturali infirmitate, & ignorantia hominum fluat, per quam credere nequeant, quippe quæ luce illa tolli potuisset: sed ex affectatâ cœcitate, & malitiâ, qua credere nolunt, quia tenebras magis amant, quam lucem, imò & lucem oderunt, eamque videre ac ferre recusant.* Hanc sententiam ore sequuntur hodie, quibus

quibus de suggestu domestico de absoluto decreto nihil innotuit, calumniam vociferantur, cum è suggestu portentum absoluti decreti tangi audiunt. Quam verò consequenter id faciant, apparebit ex totâ hâc hodomoriâ. Facile enim Regressu quodam demonstrativo absoluti decreti inficiatores ad hoc ipsum agnoscendum consequenter cōpelli possent, in quascunque illarum partium sectarios incidas: utut absolutum decretum viderentur despuere, tamen in hoc conspirant, *indignos non manducare corpus Christi, nec bibere ejus sanguinem.* Quæ ratio? quia pro illis corpus illud non est traditum, nec sanguis effusus. Unde argumentum. Is est capax manducandi corpus Christi, & bibendi sanguinem, pro quo corpus illud est traditum, & sanguis effusus. At hoc non factum pro indignis. Qui sic? quia pro illis solum datum est corpus Christi, & sanguis effusus, qui electi sunt ab æterno? Unde Bucanus. l. 36. q. 52. inter Ubiquitariorum repugnantia ponit. *Reprobos etiam posse converti & servari & pro ijs Christum esse mortuum*, contra loca Jerem. 6. 30. & cap. 13. 23. Luc. 22. 20. Hic est sanguis meus, qui pro vobis &c. & Matth. 26. 28. pro multis (non pro omnibus) effundatur in remissionem peccatorum. Ephes. 5. 25. Christus obtulit seipsum pro Ecclesia. Hebr. 10. 26. 1. Petr. 2. 7. Regressum hunc in modum adornat Pascator disp. de prædest. *b.* 3. *Quoscunque*

*Deus*

*Deus vult salvos fieri, pro ijs Christus mortuus est, non autem pro singulis Christus mortuus est, sed tantum pro aliquibus. Nec igitur singulos salvos fieri vult Deus, sed tantum aliquos. θ. 4. Et vicißim pro quibuscunque Christus mortuus, eos Deus vult salvos fieri. Atqui non singulos, sed tantum aliquos salvos fieri Deus vult. Non igitur pro singulis, sed tantum, pro aliquibus Christus mortuus est.*

§ 5. II. *Supralapsarij altißimi*, qui substernunt decreto, seu electivo, seu reprobativo *Hominem creabilem nudè*, qualis fuit ante lapsum citra respectum lapsus aut peccati consideratum, atq; contendunt Deum decreviße ad vitam æternam alios eligere, alios ab eodem reprobare, ordine prius, quam eosdem creare decreverit. Choragus hic ipse est *Calvinus*. *Non* inquit ille l. 3. Instit. cap. 21. §. 5. p. 327. *pari conditione Creantur omnes: sed alijs, vita æterna, alijs damnatio æterna præordinatur. Itaque prout in alterutrum finem quisque conditus est, ita vel ad vitam, vel ad mortem prædestinatum dicimus.* & ibid. cap. 24. §. 12. *Quos in vitæ contumeliam, & mortis exitium creavit, ut iræ suæ, organa forent & severitatis exempla; eos, ut in finem suum perveniant, nunc audiendi verbi sui facultate privat: nunc prædicatione eius magis excæcat & obstupescit*, Item in epistolam ad Roman. cap. 9. v. 18. *Corruit ergo frivolum illud effugium, quod de præscientia Scholastici habent. neque enim prævideri ruinam impiorum à Domino Paulus tradit, sed eius consilio & voluntate ordinari. Quemadmodum & Salomo docet,*

*non*

*non modò præcognitum fuisse impiorum interitum, sed impios ipsos fuisse destinato creatos, ut perirent.* In responsione ad calumnias Nebulonis ad artic. 21. ita loquitur: *Paulus quoque hanc agens causam, non temere Deum figulo comparat, cui liberum fuit ex eâdem massa, quam voluit vasorum diversitatem fingere. Poterat certe incipere à peccato; non facit, sed in opificio ipso liberum Dei ius & imperium defendit. Vbi verò subjicit, omnes sub incredulitatem fuisse inclusos, an Deo invito id contigisse docet, ac non potius eo auctore? Si excipias damnatos omnes fuisse incredulitatis ut digni erant; neque id contextus patitur, quia differit Paulus de arcanis Dei consilijs & exclamatio illa repugnat. O altitudo.* & ibid. pag. 95. *Sed instat adhuc Pighius, dignos fieri interitu, non inveniri, siquidem verum est, quod doceo, æterno Dei placito, cuius ratio non apparet, destinatos ad mortem esse, qui pereunt. Respondeo. Tria hic esse consideranda; primo æternam Dei prædestinationem, qua de toto genere humano, & de singulis hominibus, quid futurum esset statuit, antequam cecidisset Adam, fixam & decretam fuisse. ubi addit* Curcellæus in vindic. de jure Dei in creat. pag. 96. In exemplari Gallico haberi, Mesmes avant la cheute d'Adam. Quæ verba non solum tempus, sed etiam ordinem respiciunt, quem Deum in decreto suo observasse Calvinus putat. Alioquin æternæ prædestinationis mentione factâ, ridiculum foret subjicere, etiam antequam cecidisset Adam, si nihil aliud præter antecessionem temporis significare voluisset. Quis enim ignorat,

ignorat, id quod æternum est Adami lapsum præcessisse? *Amyraldus* tamen, ut Calvinum infra lapsum substitisse probet, in constituendo reprobationis objecto, profert quædam loca in quibus ille corruptæ massæ meminit, & hujus decreti æquitatem ab originali peccato arcessit. Sed facilis est responsio. Nam Calvinus ipse, quâ ratione ista cum iis, quæ attuli, sint concilianda nos docet: nimirum adhibitâ distinctione inter propinquam reprobationis causam, quam residentem in nobis corruptionem esse vult, & remotam, quæ sit unicum Dei beneplacitum. Et quanquam variis, in locis causam propinquam, veluti ad sententiæ suæ duritiem emolliendam aptiorem, magis videatur urgere: ita tamen id facit, ut non rarò consilii arcani, voluntatis occultæ, judicii inscrutabilis, & similium, quibus primam rejectionis causam solet designare, ibidem simul meminerit. Rem ita se habere apparet ex Institut. lib. 3. cap. 23. §. 8. *In corrupta*, inquit, *potius humani generis natura evidentem damnationis caussam, quæ nobis propinquior est, contemplemur, quam absconditam, & penitus incomprehensibilem inquiramus in Dei prædestinatione. Neque immensæ Dei sapientiæ submittere huc usque ingenium pigeat, ut multis eius arcanis succumbat.* Et ex libro de Prædestinat. in quo hæc leguntur: *Pighius objicit. Quod si DEVM respexisse dicimus, quid cuique futurum sit, simul necesse erit fateri distinctionem inter Electos & reprobos priorem fuisse hominis*

*minis lapsu in mente divina. Vnde sequetur non damnari reprobos, quia perditi fuerint in Adam, sed quia ante lapsum Adæ jam exitio devoti erant. Respondere. Nihil mirum esse si tam indiscriminatim omnia miscet Pighius in Dei judiciis, quando inter causas propinquas & remotas non discernit. & Paulò post: si nihil obstat, quo minus & prima interitus origo ab Adam cœperit, & proximam in se causam singuli inveniant; quid etiam impediet, quin arcanum Dei consilium, quo præordinatus fuerat hominis lapsus, qua decet sobrietate procul adoret fides nostra, & tamen quod propius apparet conspiciat, totum humanum genus in Adæ persona æternæ mortis reatu constrictum esse, & propterea morti esse obnoxium? Non ergo discussit Pighius, sicuti putabat optimam, & aptissimam Symmetriam, qua inter se causa propinqua & remota congruunt.* Hæc contra Amyrald. Curcellæ. in vindic. de jure Dei, cap. 10. pag. 99. idem Calvinus ad Rom. 11. pag. 102. *æternæ reprobationis ita abscondita est causa, ut nihil aliud nobis superfit, quam admirari incomprehensibile Dei consilium, sicuti tandem ex clausulâ patebit. Stulte autem faciunt, qui simulac verbum factum est de propinquis causis, earum prætextu hanc primam, quæ sensum nostrum latet, obtegere tentant: ac si Deus non libere ante Adæ lapsum statuisset de toto humano genere, quod visum est.* quâ igitur fronte hîc Calvinum absolvit à duriori sententiâ Amyrald. in defensione doctrinæ Calvini. cap. 1. pag. 4. Præceptori discipuli ogganniunt, ac nominatim Beza Prælect. in cap. 9. ad Rom. *Aeternum illud decretum de gloriâ*

*suâ*

*suâ in nonnullis, quos ipsi visum est, per misericordiam servandis, & in nonnullis justo judicio perdendis, patefaciendâ, non modò corruptionis, sed etiam integritatis, atque adeo ipsius creationis propositum, ordine causarum antegreditur.* Et in annot. suis in idem Caput. ad vers. 21. *Qui massæ nomine humanum genus corruptum intelligunt, mihi non satisfaciunt in huius loci explicatione. Primum enim mihi videtur nomen illud informis materiæ, ne condito quidem humano generi, nedum jam corrupto, satis convenire. Deinde genus humanum, ut corruptum si considerasset Apostolus, non dixisset quædam vasa ad decus, quædam ad dedecus facta: sed potius cum omnia vasa ad dedecus essent comparata, alia in isto dedecore relicta, alia verò ab hoc dedecore ad decus translata. Postremò, nisi Paulus ad summam usque voluntatis divinæ, omnes secundas ad eius executionem ordinatas causas ordine antegredientis, gradum conscendat non satisfecerit objectæ quæstioni. Semper enim quæretur, ista corruptio temere evenerit, an verò secundum Dei propositum, ac proinde difficultas eadem recurret. Dico igitur Paulum elegantissimâ istâ similitudine adhibita, ad ipsius Adami creationem alludere, & ad æternum usque propositum Dei conscendere, qui nulli neque ut creato, neque ut creando debitor, antequam humanum genus conderet, jam tum & in quibusdam per misericordiam servandis, & in quibusdam justo judicio perdendis, gloriam suam illustrare pro suo jure & merâ voluntate decrevit. Et certe nisi ita esse statuamus, maximâ injuriâ Deus afficietur, qui nec satis sapiens fuerit, qui prius homines condiderit, & corruptos sit intuitus,*

tuitus, quam quorum eos conderet constituerit: nec satis potens, si cum aliud de ijs creandis consilium cepisset, ab alio impediatur, quominus quod ab æterno decrevit, assequatur: nec satis constans, si volens & ultro post corruptum opificium suum novū consilium cepit. Et in notis minoribus: Quam igitur dedecoris nomine æterna mortis ignominia notetur, cum Paulo loquuntur, quiquosdā dicunt ad justum exitium à Deo conditos esse; Et qui hāc formula offenduntur, insciti suam produnt. Ecquid, ait Amyrald. opus erat præfatione illa (Tu quis es ô homo) ad rei invidiam emolliendam, si hoc tantū Apostolus dicere voluit, ex massâ generis humani corruptâ licuisse Deo homines nonnullos fingere ad dedecus & ignominiā æternam? id enim sane facere potuit, ex ordine justitiæ, ad eò ut nihil necesse fuerit summum illud jus & illimitatum, quod est in maiestate fundatum, obtendere. Zanchius in loco de providentia Dei & prædestinatione scribit: aliquos esse creatos à Deo, ut perirent, videtur prima fronte absurdum. Scriptura tamen id dicit, figulum facere alia vasa in honorem, alia in contumeliam: & Deum Pharaonem constituisse, ut sua potentia in eo declaretur. Dicitur etiam tulisse multa patientia vasa ira aptata ad interitum, ut suam iram ostenderet. Facit etiam impium ad diem malum. Et in miscellan. tractatu de Prædest. Sanctorum. cap. 4. θ. 8. dicit: Etsi Deus ab æterno certos quosdam in communionem salutis in Christo elegit, alios verò ab ea excluſit, pro suo beneplacito; ac proinde quosdam creat in hunc finem ut serventur, & ita in eis suam declaret misericordiam; alios verò ut perdantur, & ita in eis suam patefaciat ju-

*stitiam; non propterea tamen DEVM esse injustum, crudelemve Tyrannum, aut acceptatorem personarum, doceo, atque defendo.* Chamier. ibid. pag. 101. in Panstratiæ suæ Catholicæ Epitom. tom. 3. l. 8. cap. 1. sic loquitur: *Quod ad prædestinationem, Deum condidisse primum hominem? nam illa conditura, creatio est, nec est æterna. Prædestinatio autem æterna, non potest ergo sequi creationem: quæ est potius prædestinationis executio.* Quid multa? Cum Guilhelmus Twysse eandem sententiam aliquot tractatibus tueatur præcipuè in digress. 3. de Prædestinat. c. 5. addit ἐπίκειται notabile mapud *Curcillæ.* in vindic. contra Amyrald. pag. 104. *Magni autem ponderis debet esse huius Auctoris testimonium duabus de causis. 1. Quia post Synodum Dordracenam scripsit, in qua contrariam opinionem stabilitam fuisse putat Amyraldus; & nihilominus liber eius gemina editione Amstelodami prodiit, atque ab omnibus ubique locorum Reformatis cum applausu exceptus est, hodieque etiamnum cum subtilitatis admiratione ab ijsdem legitur. 2. Quia in illo totius Ecclesiæ Anglicanæ, quæ à partibus Calvini stat, consensum habemus: siquidem Synodi, quæ Londini ab aliquot jam annis habetur est Præses; ad quod munus electus non esset, nisi valde purus in fide fuisset judicatus: imò laborum in controversia prædestinationis adversus Arminium exantlatorum merito videtur eo pervenisse.* Piscator in appendice ad tractatum de gratiâ Dei universali cótra Hemmingium, hanc quæstionem ex professo tractans scribit. *Objectum prædestinationis esse hominem consi-*

*consideratum, & ut nondum conditum & ut conditum, sed adhuc integrum, & ut lapsum peccatoque corruptum.* Et se ad illud probandum accingens hanc prædestinationis descriptionem præmittit: *Prædestinatio est æternum Dei decretum quo constituit condere homines ad diversos fines speciales: nempe alios ad fruendum salute æternâ, alios verò ad sentiendum cruciatus æternos, seu, ad æternum exitium: itemque constituit permittens, ut isti omnes integri conditi in peccatum laberentur; idque propterea, ut quos conditurus erat ad salutem, servaret ex misericordia: quos verò ad exitium, puniret ex justitia: & denique constituit ex lapsis illos quos ad salutem æternam conditurus erat, eligere ad hoc, ex misericordia servaret, quos verò ad exitiũ reprobare ad hoc ut eos ex justitiâ puniret: atq; ita omnibus istis modis gloriã tum misericordiæ suæ pacentis, tum justitiæ punientis, tum verò inprimis potestatis suæ summæ patefaceret.* & bibl. german. his notis infecit Piscator ad Rom. 9. 10. Hie hetten die Juden mögen sagen / Esau sey billich verstossen worden / weil er gottlos gewesen. Dargegen sey Jacob billich angenommen / weil er Gottseelig gewesen. Darauff antwortet der Apostel / Gott habe sein Meynung von jhnen beyden erkläret / da sie noch weder gutes noch böses gethan hatten. ad vers. 11. nicht daß Esau mit bösen wercken verdienet hette / daß er von Gott verstossen würde. ad vers. 19. Gott hat macht gehabt / da er auß dem Staub der Erden Geschirr deß Zorns mächt / daß ist etliche Menschen zum Verderben erschäfft. Confer lehr. 4. ad Matth. 13. gloss. ad Luc. 27. 30. lehr. vers.

23. 25. ad Act. 13. ad Joh. 3. 16. Hæc illi Heroes. Igitur de decreti executione accipiendum illud effatum (alioquin mendacio affine futurum) *Amyraldi* de jure Dei. pag. 58. *ad occasionem quod attinet, nemo unquam in doctrinâ de Prædestinatione fuit usque adeò præfractus, aut asper, ut voluerit homines ad æternos inferorum cruciatus, ex merâ Dei voluntate sepositâ peccati consideratione, fuisse damnatos.* Eidem Amyraldo hoc dilemma proponit Curcellæ. pag. 58. *Quæro ex Amyraldo, utrum argumenta, quæ affert, ad probandum Paulum. IX. Epist. ad Roman. cap. non agere de homine condito & in peccatum jam lapso, sed adhuc condendo, alicuius roboris esse existimet, necne? Si affirmat; cur sententiam illam non amplectitur. Cur-ve tantopere laborat in Defensione doctrinæ Calvini, ut ostendat Calvinum in eâ non fuisse? Nam veræ sententiæ adhærere laudem meretur, repudiare verò res est vituperio digna. Si neget, cur fucum vult facere Lectori, rationibus, quæ præter inanem veri speciem nihil habent? Crediditne illa argumenta ad convincendos Remonstrantes fore idonea, quibus ipse motus non est?* Mirum *sanè id foret.* conf. syllabum exhibitum à Remonstrantibus in scriptis Remonstr. dogmat. pag m. 25.

§ 7. III. *Supralapsarij δυνατικοὶ*, sive, *potentiarij*, qui statuunt Deum potuisse absoluto dominio Creaturam, ad æternum exitium reprobare, non tamen id fecisse. Antelignanus hic fuit olim in veteri Scholâ Petrus de *Alliaco*, cujus dictum Wittackerus proponit & probat, teste

Lau-

*Laurent.* in Paulo *Συσνοπτ.* pag. 288. *Si Deus creaturam aliquam puniret æternaliter sine eius peccato, vel purè ambularet, nullam injustitiam, vel crudelitatem ei faceret. Quod ipsum tamen, ut verè dictum non solum profert ac probat vir Doctissimus Wittackerus noster in suâ Cygneâ Cantione, h. e. concione ultimâ ad Clerum, habita Cantabrigiæ paulo ante mortem. ann. 1595. sed & ipse quoque ibidem paulo ante sic apertè: Quid si tum multos ante peccatum, ante nativitatem, ante orbem conditum reprobârit? imò plus dicam, quid si innocentes, & immerentes damnaret?* ibid. Respondet ad quendam Augustini locum è libro de prædestinat. & grat. c. 16. *Si humanum genus, quod creatum primitus constat ex nihilo, non cum debita mortis & peccati origine nasceretur, & tamen ex iis Creator Omnipotens in æternum damnare vellet quis diceret Creatori, quare fecisti sic? Verum addit æternus illi interitus intelligendus & explicandus est per æternam annihilationem.* Eandem opinionem ex Scholasticis hausit & defendit Paul. *Ferrius* in specim. scholast. orthod. cap. 28. pag. 404. ubi inter alia confert dictum de Papa ex dist. 40. c. si Papa. Moses *Amyrald.* in tract. de prædestinat. cap. 4. *Si Deus, inquit, statim postquam hominem condidit, eum in profundam inferorum abyssum demersisset, nullâ habitâ ratione actionum ipsius seu bonarum, seu malarum, tantum ut summum suum in creaturas imperium ostenderet, debuisse hominem in eâ severitate non invitum acquiescere, quia creatura creatoris est, ex absoluto jure atque indefinito, & ibid. Neque enim, ut jam sæpe, dixi, Deus quidquam tale designat, quale de-*

*gnare posse pro summo suo jure contendimus: neque idcirco necesse habet obtendere dignitatem infinitam, ut suam sibi ἀνευθυνίαν asserat. Quod enim eo iure aliquatenus usus esse videtur erga Iobum, id factum est ad breve tempus & οἰκονομικῶς, ne quis de illius infinitâ dignitate, majestate, atque eminentia dubitaret.* & pag. 81. *POSSE illud ex antedictis distinguendum est. Etenim si significat negationem futuritionis eventus, verum quidem est, quod dicunt, Deum id non posse: hoc est, nunquam continget, ut id faciat. Cur autem futurum sit, ut id nunquam contingat, in causa est eius bonitas, & si ita libet, justitia, à quibus nunquam impetrabit id ut velit. At si denotet tantummodo negationem facultatis quæ ex eminentia nascitur, & posita est in ἀνευθυνίᾳ, falsum est. Etsi enim nunquam à se impetrabit bonus Pater, ut bonos liberos male habeat, nunquam bonus Rex ut bonos subditos male vexet, non inde tamen sequitur, id si facerent, debere propterea, vel liberos in patrem insurgere vel subditos rebellare in Regem.* Amyraldo comes ivit Szydlovius in vindic. cap. 12. Dicimus inquit, *potestatem Dei in creaturas, niti solâ ὑπεροχῇ excellentia & eminentia divinæ naturæ & dignitatis; Ex qua fluit, ut Deus hominem reprobare, destinare ad mortem, gratiam efficacem denegare, alienum peccatum imputare, & propter illud punire, denique ad impossibile obligare, & affligere sine demerito possit.* Masslonius ad hujus classis tabulas refert etiam illud Bezæ in Colloq. Montisb. pronunciatum part. 1. cap. 42 pag. 1517, *Si, posito quod Deus omnes homines ad æternum exitium nulla ipsorum culpa*

*culpa perdendos, non aliter condidisset, quam tot animantia ad lanienam & mactationem condidit, hominum nutriendorum causa (hoc enim ego dictum volui, non autem hoc duntaxat, si nullius ex peccatoribus misereatur) non posset tamen Deus injustitiæ argui: multo minus reprehendi potest, eo quod aliquos ad decus per misericordiam servandos, alios ad dedecus justo judicio damnandos ab æterno decreverit.* Chamier. tom. 3. l. 7. cap. 1. pag. *109. Si liberet, posset Deus absque ulla justitiæ notâ, omnes homines, nullo penitus excepto in æternum ignem præcipitare. Quo jure egisse manifestum in omnes Angelos malos Ex jure absoluto* (verba sunt Parei in Gen. cap. 28. p. *255.*) *Si Deus* (ut habet articulus) *maiorem partem generis humani ad interitum creasset & ordinasset, absque peccati respectu, saltem propter gloriam suam: multò minus injurius cuiquam esset, quam figulus luto & vasis suis: nec magis accusari posset, quam si maiorem partem generis humani prorsus non creasset, vel si quos creavit homines, creasset boves vel asinos. Quid quæso ratio humana hic invenit, quod respondeat?*

IV. Supralapsarii actuales, quorum de sententiâ Deus actu creaturæ humanæ maximam partem ad æternum exitium damnavit, usus dominio suo absoluto. horum agmen iterum ducit ipse *Calvinus*, primum inquit l. 3. instit. cap. 24. §. 2. pag. *335. quo iure suis creaturis irascatur Dominus, à quibus nulla ante offensa provocatus fuerit: nam exitio devovere quos placuerit, tyranni magis libidini, quam legitimæ iudicis sententiæ conve-*

*nire. Esse igitur cur cum Deo expostulent homines, si nudo eius arbitrio, citra proprium meritum in aternam mortem prædestinantur. Eiusmodi cogitationes si quando piis hominibus in mentem veniant, ad frangendos earum impulsus, vel hoc uno satis armabuntur si reputent, quanta sit improbitatis causas divinæ voluntatis duntaxat percontari, cum omnium, quæ sunt, ipsa sit causa, & merito esse debeat.* Keckermann in syſten. theol. l. 3. cap. 1. pag. 309. *Deum, inquit, habere absolutum jus in creaturas suas, ita ut posse eas tum creare, tum annihilare, tum iuvare, tum non iuvare, quod & confirmavimus cum Apostolo Paulo ad Romanos dicente cap. 9. miseretur, quorum vult, & quem vult indurat. v. 18. est enim voluntas Dei causa causarum, ubi oportet nos subsistere, & extra eam nullam rationem quærere. Quod si enim nos homines in quotidiana bestiarum mactatione utimur nostro arbitrio; neque iniusti aut dicimur, aut revera sumus, si hodie hunc bovem mactemus; quanto magis hic Deo suum relinquendum arbitrium, & absolutum decretum in homines, qui Dei respectu non sunt tanti, quanti hominibus est culex aut pulex.*

§ 8. V. Sublapsarii sunt, qui hominem lapsum substernunt, seu præteritionis, seu reprobationis decreto: *Credimus Deum* (ita Confessio Gallica pag. 96.) *posteaquam sola Adami soboles sic in perditionem & exitium primi hominis culpa, præcipitata fuit, seipsum talem demonstrasse, ac præstitisse, qualis est revera, nimirum, & misericordem & iustum: Misericordem quidem, eos damnatione & interitu liberando & servando, quos in æterno suo consilio, pro gratuita*

*gratuita suâ bonitate per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum elegit, absque ullo operum ipsorum respectu.* Hanc sententiam ut certiorem & verbo Dei convenientiorem à synodo Dordracenâ probatam scribit Walæ. pag. loc. de elect. p. 373. Suntque illi vel *Rigidiores*, qui peccati respectum excludunt à causis præteritionis & discriminis comparativè expositi, non item à causis reprobationis, seu decretæ, seu executioni datæ. Nam hic quoq; variatur. Signum sustollere visi sunt synodales Dordraceni in judicio de primo articulo. pag. 32. *Reprobatio peremptoria est decretum Dei, quo, pro voluntate suâ liberrima, ad declarationem justitiæ suæ vindicantis, certos ex humano universo genere homines, nec gratiâ, nec gloria donare, sed in peccatum libere prolabi permittere, & in peccatis relinquere, justeque tandem propter peccata condemnare constituit.* pag. 33. *Causa impulsiva antecedens reprobationis à gratia ac gloria ad justam damnationem, est solum liberum Dei placitum, etsi executionis ipsius, seu, justæ damnationis causa sit quodvis peccatum ab homine factum, à Deo permissum ac toleratum.* Conferi Syllabum Menzeri in linguâ Lutheranâ. θ. 5. & seqq. D. Menzer. anti-Croc. pag. 86. *Infidelitatem reprobationis causam meritoriam, salvâ veritate Scripturæ, dici non posse*, sunt verba Palatinorum. pag. 514. & pag. 515. *Causa Reprobationis*, inquiunt, *cur quibusdam gratiosè electis cæteros præterierit, est beneplacitum Dei, sive liberrima ac justissima eius voluntas. Causa autem damnationis est peccatum, tum ori-*

*ginale, tum actualia adversus legem & Evangelium admissa.* Britanni pag. *505. Prævisam*, inquiunt, *infidelitatem esse causam non electionis, falsum est.* Item. *Apostolus præteritionem seu nonelectionem arcessit à mera Dei voluntate.* Hallaci pag. *535. Causam, cur Deus, quibusdam gratiosè electis, reliquos præterierit, non esse eorum impœnitentiam & incredulitatem, sed solam Dei εὐδοκίαν, docent Ecclesiæ reformatæ.* Emdani pag. *97. Reprobationis causa* inquiunt, *qua DEVS decrevit quosdam in exitio, in quod sese præcipitaturi erant relinquere, est merum ipsius beneplacitum.* Matth. 11. *Na pater, quia sic beneplacitum fuit coram Te; Non itaque propriè propter peccatum reprobavit* Deus. Ibidem. *Falsum est Deum propter intuitum infidelitatis & perseverantiæ in ea, sive propter peccata actualia, quæ homo omittere potuisset, hominem reprobasse.* pag. *598. Deus neminem reprobavit propter peccatum.* Theologi provinciales in suo judicio de articulo primo Remonstrantium part. *2.* Actor. Synod. pag. *13. 16. 24. 33. 43. 44. 80. 87.* scribunt *Noordholandi, Apostolum disertè non tantum electionem & prædestinationem ad salutem, sed etiam Reprobationem & destinationem ad justum odium, itemque indurationem soli voluntati divinæ* adscribere. Sequuntur sturnatim plurimi. *Scharpius* in cursu. theol. loc. de prædest. part. *2.* controv. *1. Nos dicimus veram causam damnationis esse peccatum, & Deum decrevisse damnare propter peccatum; at causam decreti reprobationis, nec fuisse prævisum peccatum, nec prævisam infidelitatem, nec odium Dei adversus reprobandos,*

*bandos, sed solam Dei εὐδοκίαν,* Secundus *actus Reprobationis* (ita Perkins. l. de prædestin. & gratia, *est ordinatio ad pœnam sive justum exitium. Ordinatio ista pro vario cogitandi modo distingui potest in simplicem & comparativam. Ordinatio simplex est, qua iste, puta Petrus vel Ioannes ordinatur ad pœnam. Estque ordinatio ista à justissimâ Dei voluntate, non tamen excluso respectu originalis vel actualium peccatorum. Ut enim actu damnantur homines ob peccatum, ita decrevit Deus eosdem damnare ob idem peccatum. Non est tamen peccatum decreti damnationis causa, sed in præscientia divina ordinis ratione antecedit, non quidem priorem illum, sed hunc posteriorem actum. Ordinatio comparata est, qua unus non alius, & in pari conditione iste magis, quam ille ad pœnam ordinatur.* Et paulò post. *Istius reprobationis comparatæ causa est mera Dei voluntas, etiam absque respectu ullius peccati.* Polanus in syntagm. l. 4. cap. 10. hæc habet. *Cuius causa efficiens, extra Deum nulla est, eius proinde causa efficiens non est peccatum. At decreti reprobationis causa efficiens (impellens nempe ut ex præcedentibus patet) extra Deum nulla est. Ergo, &c: Assumptionem probamus: Nam consilii æternæ voluntatis Dei causa movens extra Deum nulla est: At decretum reprobationis est consilium æternæ voluntatis Dei. Ergo decreti reprobationis causa movens extra Deum nulla est.* Unde Confessionem Gallicanam de solâ executione decreti non ipso decreto agere contendit Curcell. l. cit. pag. 107. Ita enim sonat confessio artic. 12. *Credimus Deum ex istâ corruptione & maledictione*

dictione generali in quam omnes homines demersi sunt, liberare eos, quos in æterno suo consilio & immutabili elegit, ex merâ suâ bonitate & misericordia in Domino nostro Iesu Christo absque consideratione operum: cæteros relinquens in eadem corruptione & damnatione; ad demonstrandam in his suam justitiam, in illis verò divitias suæ misericordiæ. addit ibid. Curcell. pag. 108. Imò plerique docti, qui Confessioni illi adhæserunt viri (ab initio præsertim, cum de mente auctorum melius constaret) eâ Supralapsariorum sententiam doceri crediderunt. Quâ de causâ Petrus Molinæus, in Agri Parisiensis & adjecentium provinciarum Synodo, me præsente à Ioanne Lievino maximo natu illius provinciæ pastorum (erat enim tunc, si bene memini, octogenarius) vivâ primum voce, deinde prolixo satis scripto, fuit accusatus, quod in suâ recenter editâ Arminianismi Anatome in quâ sublapsariorum opinionem tuetur, à Confessione recepta discederet. De cuius sensu sibi certius quam Molinæo constare dicebat, quod primæ reformatarũ Gallicarum Ecclesiarum Synodo, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono habitæ, in qua Confessio illa fuerit composita, interfuisset. Buccanus. loc. 36. q. 2. pag. 388 Per reprobationem vero significatur præteritio, sive reiectio aliorum, qui sibi & suo vitio relicti à Deo abdicantur. & ibid. q. 36. pag. 402. Annon præviſa peccata, ut incredulitas &c. sunt causæ decreti cur quis reprobetur? Non: si enim peccata essent causa Reprobationis, nullus electus esset, cum Deus omnes homines peccatores esse prævideret. Sed solum Dei propositum & voluntas, quæ in ipsius opere & justa est, ut unica omnis

justitiæ

*justitiæ regula. Itaque illa neque reprehendi, neque accusari à nobis meritò potest. nam in dictis Ioh. 3. 18. Qui non credit, iam iudicatus est. & 16. 9. Sp. Sanctus arguet mundum de peccato, quia non credunt, in me. & Marc. 16. 16. Qui non crediderit, condemnabitur, Christus non statuit incredulitatem esse causam Reprobationis eius, sed damnationis & iudicii.* Keckermann. in system. Theol. l. 3. cap. 1. pag. 309. hæc habet. *Reprobatio duplicem in se actum includit. 2. Prior Actus est, propositum Dei deserendi quosdam homines, & sibi relinquendi. 3. Hic actus est absolutus, pendens à solo & absoluto Dei arbitrio & pag. 309. Alter actus propositi reprobationis est decretum damnandi, propter peccata. Hic actus non est absolutus, sed continet respectum ad conditionem peccati. Habet Deus absolutum arbitrium & ius creaturam annihilandi & non iuvandi tanquam absolutus Dominus & Monarcha; damnandi verò ius habet ex suâ iustitiâ; iustitia autem neminem damnat innocentem. Est autem aliud annihilatio creaturæ, aliud verò damnatio: itaque non sequitur, Deus habet absolutum ius annihilandi, quod creavit; ergo etiam habet absolutum ius damnandi: quia creare & annihilare sunt effecta potentiæ; damnare autem est effectum iustitiæ. Potentia Dei absoluta virtus est; sed iustitia est virtus respectiva, quæ creaturæ vel innocentiam vel peccatum necessario includit. Cum ergo damnatio sit summa, & extrema pœna creaturæ, non potest fieri damnandi decretum sine respectu ac conditione peccati; quod solum est causa proxima damnationis. Nemo ergo perit nisi sua culpa. Et recte quidem dicitur, propter electionem*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0123
DFG

*ctionem æternam nos salvari; sed non æquè commodè dici potest, propter reprobationem quosdam damnari; quia electio est principium salutis; reprobatio verò, propriè loquendo, non est principium, sed remotio principij. Nec propriè etiam dici potest homines ad damnationem ab æterno ordinatos esse, nisi hoc addamus propter peccatum* Molinæus in Confessione ad Synodum in actis Synodalibus pag. 401. *Etsi peccatum sit causa meritoria destinationis ad pœnam, non est tamen causa voluntatis, per quam Deus posuit discrimen inter electos & reprobos.* Croc. in defens. sec. part. conversi. pruten. cap. 9. pag. 269, *In causa vero impulsiva non omninò eadem est ratio. Decreti enim electionis causa est merum Dei beneplacitum, fundamentum in Christi merito. Decreti reprobationis cum causa quæritur, ad voluntatem Dei quidem tandem redeundum est. Omninò enim Deus aliquos reprobavit, quia ita ipsi libuit. Sed tamen diversa hic est ratio. Nam quod Deus aliquos reprobare decrevit, causa est Dei voluntas, & peccatum: quod hos, videlicet Cainum, Iudam &c. reprobare decrevit, causa est Dei placitum & peccatum. Quod autem aliquos & non omnes, deinde, quod hos potius, quam illos reprobare decreverit, præter Dei voluntatem causam non invenio. In scriptura enim non est exposita. Extra scripturam autem Dei consilia rimari mihi est religio.* & pag. 284. scribit. *Quæritur cur hunc potius, quam illum præterierit? respondeo, quia sic voluit. Quæritur, cum omnes essent damnatione digni, cur hunc potius, quam illum decreverit propter peccatum damnare. respondeo. Quis cognovit sensum Domini? Quis*

*consi-*

consiliarius eius fuit? Præter liberrimum placitum causam nullum assequor: Occultæ esse possunt: iniustæ esse non possunt. 2. Interim, si simpliciter quæras, cur hunc præterijt, cur hunc vel illum ad interitum mortis secundæ ordinavit, ut Fulgentis loquitur, constans est responsio; causam ex parte hominis esse peccatum originale, & actuale, cumprimis finalem impœnitentiam & incredulitatem. 3. Eleganti simili hoc declarari solet, quod doctissimi P. Molinæi verbis huc afferam. Etsi, inquit, peccatum sit causa destinationis ad pœnam, non est tamen causa discriminis inter electos & reprobos. Exempli causa: sint duo sontes, eiusdem criminis: Placeat autem regi hunc damnare, illum absolvere, peccatum quidem eius, qui damnatur, est causa pœnæ: at non est causa, cur rex aliter affectus sit erga hunc quam erga illum: cum par ubique sit culpa. Causa discriminis est, quod aliquid interceßit, quod ab uno horum pœnam avertit. Quod quidem in prædestinationis negotio nihil est aliud, quam mera Dei εὐδοκία per quam certos homines ex mero suo beneplacito donavit Christo cæteris in insita corruptione & debitâ maledictione relictis. Super quo discrimine nefas est Deo litem intendere, cum non sit ὑπεύθυνος, nec obstrictus ulli creaturæ, & neminem iniustè punit. Ibi quidem dans gratiam indebitam, illic verò irrogans pœnam debitam, in anatome. Armin. cap. 76. n. 7. ibid. pag. 288. Duobus modis de reprobatione loquimur: simpliciter & comparatè. v. g. cur Esavum, cur Saulum, cur Simonem Magnum reprobaverit, respondeo, ex hominis parte causam esse peccatum, ex Dei parte liberam voluntatem. Et quidem peccatum

causam

causam esse, ex Apostolo constat; qui odium & iram nominat. Odium autem pœnale & ira locum non habet, nisi ubi præcesserit peccatum. Idem vocat reprobos vasa iræ. Rivetus hîc quoque copiosius in cathol. orthodox. tract. 4. q. 4. pag. 402. Circa reprobationem, consideramus primo in Deo propositum æternum de certis & quibusdam hominibus, sibi relinquendis, ijsque gratiâ illa non donandis, qua ad vitam æternam certo perducantur, quem actum negativum vocant, cuius decreti multi ex adversarijs cum Scoto concedunt, nullam esse causam, præter Dei voluntatem, inter quos sunt etiam Iesuitæ Bellarminus, Suarez & alij. Hunc actum negativum vocant non electionem. Secundus actus est destinatio ad pœnam, & justam damnationem. Hæc ordinatio distingui debet, vel ut in se consideratur simpliciter, vel comparativè, ut loquuntur ad alios. Si in se simpliciter, & sine comparatione ad hunc vel illum, Deus dicatur aliquem destinare ad justum pœnam & damnationem; exempli gratiâ, si dicamus Deum ab æterno destinasse Iudam ad æternam damnationem, nos in tali destinatione, ita consideramus Dei voluntatem tanquam causam, ut tamen agnoscamus, non potuisse Deum ad pœnam & justam damnationem eum destinare, sine prævisione illius peccati, propter quod illum erat damnaturus, quod necessario debuit præcedere destinationem sive decretum, velut objecti damnandi condition em. Hoc volunt, quietiam inter nos dicunt, Reprobationis causam esse peccatum prævisum, sive originale, sive actuale, ubi reprobationem accipiunt, non quidem negative, sed positive, pro destinatione ad pœnam. ubi tamen

considerandum est, peccatum illud prævisum, non esse causam decreti, sed causam rei decretæ. nam si peccatum esset causa decreti reprobationis, omnes peccatores fuissent ab æterno reprobati. quod cum factum non fuerit, quia statuit Deus multos liberare; sequitur causam Decreti cur Deus voluerit aliquem damnare, non fuisse peccatum, quia prævisо peccato, potuisset eum destinare ad salutem, quod de multis fecit; sed solam Dei voluntatem esse causam, quæ tamen in eo operata est, circa objectum damnatione dignum, nec aliter fieri potuit. Itaque si propriè loqui velimus, sola voluntas Dei est causa, cur decreverit hunc vel illum hominem ad damnationem destinare; sed prævisâ tamen, ipsius damnationis infligendæ justa causa, sine cuius consideratione decretum tale non fecit, etsi ea posita, potuisset non reprobare. Ergo si quæratur causa, cur Deus voluerit hunc vel illum hominem destinare ad perditionem, nulla alia dari potest causa præter Dei voluntatem; si enim voluisset Deus, aliter de eo statuisset; sed si quæratur, cur actu eum damnet, causa est, non sola Dei voluntas, sed etiam hominis demeritum, quod etiam, actum illum voluntatis divinæ, etsi non præcesserit, ut causa; tamen præsupponi debet, ut antecedens aliquod in præscientia divina, ut objectum sit damnatione dignum. Quod spectat actum reprobationis, quem comparativum appellamus, cur nempe ex duobus peccatoribus, & in massâ corrupta consideratis, hunc potius eligat, quam alterum, unum potius reprobet, quam alium, quamvis æqualiter sint peccatores, nulla causa dari potest ex parte hominum, nec considerari aliqua objecti conditio, propter quã id potius fecerit Deus, quam aliud.

*Id enim pendet à solâ voluntate Dei: ut apparet in exemplo* Jacobi & Esau, *& in similitudine figuli apud Apostolum.* D. Joh. Bergius in tractat. Daß die Wort Christi noch fest stehen. cap. 19. pag. 213. von den Sünden aber / sonderlich von dem Vnglauben vnd Vnbußfertigkeit der Menschen/nach dem er sie durch die Predig deß Evangelii zur Buß vnd Glauben an Christum gantz ernstlich vnd gnädiglich beruffen / oder ja sonst so grosse Gnade/daß sie keine Entschuldigung haben/ erzeiget hat/werden sie gerne bekennen/daß sie eine Vrsach vnd nicht ein Effect der Verwerffung sey/als die er nicht zum Mittel verordnet/sondern in dem freyen willen deß Menschen zuvor ersehen / vnd darauff er auß gerechtem Gericht die Straffe verordnet. Allein wan man redet Comparatè, von den Erwöhleten vnd Verworffenen gegen einander/ vnd zwar nicht von der eigentlichen Vrsachen der vngleichen Gnaden/die jhnen zur Seeligkeit gegeben ist: Warumb GOtt/ da sie anfänglich von Natur gleich vnwürdig waren / dannoch jene diesen ( zum Exempel / den Jacob dem Esau ) fürgezogen / dergestalt / daß er jenen in der That glaubig vnd seelig machet: Diesen aber ob er jhnen zwar so viel Gnaden erzeigt / daß sie gantz keine Entschuldigung haben jhres Vnglaubens/ dannoch die Gnade nicht thut / daß er sie in der that glaubig machet / welches er doch nach seiner Göttlichen Allmacht wol hätte thun können: da wollen sie von keiner andern vrsachen wissen/ als

allein

allein absolutum Dei beneplacitum, daß freywillige bloße Wolgefallen vnd Willen GOttes. Sin altius assurgatur, inquit *Spanhem.* Dub. Evang. 140. p. 807. *cur in hoc sit resipiscentia & fides, in alio non item; Deum voluisse huic dare resipiscentiam & fidem, alii non item.* Item Spanhem. de gratiâ Universali. pag. 173. *Plenius itaque & distinctius dici debet, causam reprobationis spectari posse, vel quoad actum negativum præteritionis, qui est Dei ut αὐτοκεάτορος, & Domini absoluti: vel quoad actum positivum prædamnationis, vel destinationis ad pœnam, qui est Dei judicis. Prioris causa dari nequit præter meram Dei εὐδοκίαν, non præparantis regnum, nec manifestantis mysteria regni multis pro arbitrio, & plenâ potestate suâ vel manifestantis quidem, sed lumen duntaxat externum præferendo objectivè, haudquaquam verò lucem internam inferendo & infundendo subjectivè, adhibitâ vocatione duntaxat suasivâ non persuasiva. Nec hic præscientia incredulitatis pro causâ adduci potest: quæstio enim redit, annon & eadem incredulitas in omnibus prævisa fuerit, tum quoad rem, tum quoad gradum rei, ob æqualem omnium in massâ peccati corruptionem, nisi interceßisset diversa gratiæ divinæ dispensatio. Communia verò, ut notum, discrimen haudquaquam faciunt inter ea, quibus sunt communia. In Posteriori verò actu prædamnationis, vel destinationis ad pœnam, fatemur libenter, peccati considerationem intercessisse, sed non incredulitatis tantum, cuius solius meminit Vir Doctus. Reprobatio itaq; considerata quoad voluntatem puniendi respicit peccatorem; nec enim pœnæ inflictio justa sine*

culpâ. Rom. 6. 21. Epes. v. 6. Voluit ergo Deus. 1. permittere peccatum permissione, ut ita loquar, physicâ, non efficâ, non relaxando legem, sed non impediendo peccatum per potentiam suam, & operationem indebitam suspendendo: unde secuta necessaria quidem κατάτι, liberrima tamen & spontanea simul hominis in lapsum præcipitatio. 2. Peccatum in reprobis non tollere, pro libertate sua, nec vel corruptionem inhærentem purgare, vel reatũ adhærentem auferre. 3. Tales relinquere sub irâ & effectu iræ h. e. pœnâ, quæ sequitur τὸ ἀκειβοδίκαιον τῆ νόμῳ, in ijs, qui non sunt inserti Adamo secundo, nec beneficiorum eius redduntur participes. Amyrald. in defensione doctr. Calvinianæ: pag. 8. Iam autem, quæ futura est causa damnationis ultimo die, eadem procul dubio causa fuit, cur Deus damnare ab æterno decreverit. Rei eventum cum Dei consilio consentire necesse est. Nec fieri potest, ut causa, quæ Deum impulit ante jacta mundi fundamenta, ut vellet magnam hominum partem olim damnare, toto genere diversa sit ab eâ, quæ eum impellet in mundi fine, ut velit actu damnare magnam hominum partem. Quamobrem ista duo ex adverso sibi respondent, ut quemadmodum, si quis interroget, quare Paulus Apostolus servandus sit? nemo, qui rem apud se rectâ viâ reputaverit ad absolutam Dei voluntatem confugiendum esse censebit: hærebit in Apostoli fide, quam adhibuit Evangelio. Sic ubi quæret aliquis, cur Christi proditor Iudas sit damnandus? ad absolutam Dei voluntatem nemo sanus transvolaverit: in Iudæ peccato & impœnitentia consistet atque sit Reprobatio Anonymo est decretum de damnandis quibusdam hominibus,

falsum

*falsum est, quod asserit Decreti absoluti defensores statuere motivam illius causam sitam esse in unâ voluntate divinâ. Nam voluntas quidem Dei hîc intercedit, siquidem Deus non damnat, nisi volens; At cur sic voluerit, causam habuit peccatum & obstinationem in peccato invictam. & pag. 12. Reprobi hic duobus modis spectari debent, vel absolutè in se, vel instituta comparatione cum electis. Et absolutè in se quidem si considerentur, dignos fuisse asserit, qui à Deo prætermitterentur. Illi enim quo malo digni non judicabuntur, & qui ab utero sunt depravati, & qui sponte suâ in peccatum ivêre præcipites, & qui denique ita sunt comparati, ut Deum acerrimo odio habeant, atque adeo non possint non habere? Itaque nihil eatenus passi sunt, nisi justissimè, nec si tales nõ fuissent, omninò Deus prætermisisset. Si cum electis comparentur, æquè omnes indigni fuêre, quibus Deus tantam largiretur gratiam; æque digni quos in peccato in æternum jacere pateretur. Quando igitur sunt omnes inter se æquales, discriminis ratio aliunde petenda est, quàm ab eorum vel dignitate, vel indignitate. Nullam verò aliam occurrere Calvinus ubique docet, præterquam quod sic Deo libuit pro liberrimo beneplacito: juxta illud, miserebor cuius miserebor. Nemo unquam* ait Chamier l. 7. cap. 1. pag. 99. *aut damnatus est, aut damnandus non peccator, ac proinde qui in seipso imò & à seipso non habuerit justissimæ damnationis causas.* confer. Hildebrand. in orthodox. declar. præfat. p. 3. p. 47. & p. 50. *hoc sensu,* ait, *reprobationis decretum Dei absolutum, quod Deus in reprobatis causam reprobationis & condemnationis peccatum scilicet inve-*

*nerit. ibid. in Syllabo Testimoniorum è scriptis Doctorum* pag. 239. & seqq. Ravanellum bibliothec. S. part. 2. pag. 465. Sibelium 4. conc. in epist. Jud. pag. 84. hæc illi!

§. 9. VI. Mitiores, non tam confessione quam consequentia: qui peccatum etiam decreto præteritionis velint, nolint, substernere coguntur, Bezæ hæc est ratiocinatio. Quæst. & Resp. pag. 685. Omnino poscit eadem contrariorum ratio, ut quo gradu constituitur fides in decreto electionis, eodem prorsus statuatur incredulitas in decreto *reprobationis*. Unde idem Beza concludit, Itaque si fidem substernas *illi decreto* (electionis) ut omnino faciendum est, siquidem electi *sumus ad credendum*, non idcircò electi, quia credituri: *in oppositio membro incredulitatem oportet decreto reprobationis subordines*. Prolixè hanc opinionem exponit Polanus. l. 4. cap. 10. pag. m. 1612. Scholastici primam partem hujus decreti, quod ad reprobos attinet, faciunt decretum non dandi vitam, & vocant reprobationem negativam, passivam, privativam: sed hæc negatio affirmationem includit. Si enim Deus decrevit non dare vitam æternam tam multis; aut contrarium decrevit, aut nihil de illis certò & affirmatè definiisse putandus est; quod nisi absurdissime cogitari non potest. Imò affirmativa, activa, positiva reprobatio, id est, deputatio ad mortem æternam prior est ordine, posterior verò est negativa reproba-

probatio. propositum ib. pag. 613. non salvandi, non miserendi, non vocandi efficaciter, non donandi fidem &c. ordine naturæ sequitur, & conjunctum habet decretum condemnandi propter peccatum. Ut enim justificatio est unum ex mediis exsecutioni decreti electionis præordinatis: ita condemnatio, quæ justificationi opponitur, est medium executioni decreti reprobationis præordinatum. Maresius in Anti-Christo revel. l. 2. cap. 1. pag. 19. *Reprobationis negativæ conditio antecedens est peccatum & illius servitus, quæ hominem reprobabilem facit; positivæ vero, quæ est adiudicatio ad pœnam, causæ sunt peccata reproborum.*

§ 10. Hypothetici. in hanc classem ascribit Moys. Amyraldus. Calvinū in defens. doctr. Calvin. cap. 1. pag. 6. *Vir maximus constanter scripsit, Deum erga genus humanum eatenus ita fuisse affectū, ut voluerit Filium suum unigenitum in mundum mittere, qui morte suâ satisfactionem Patris inexorabili justitiæ præstaret, eâ lege, ut nemine excepto, quicunque credet, compos sit fructus propitiationis, Sic ex eius sententia nullus est, cui non liceat ad salutem aspirare, modo Christum, unicum Redemtorem, verâ fide amplectatur. Verba sunt illius in dictum Servatoris Ioh. 3. 16. Sic Deus dilexit mundum &c. sicuti non alibi, quā in Christo tota salutis nostræ materia quærenda est, ita videndum, unde nobis Christus fluxerit, cur nobis oblatus sit servator. Vtrumque hic distincte nobis traditur: quod scilicet fides in Christum sit omnibus vivifica, & quod ideò vitam attulerit*

*tulerit Christus, quia cœlestis Pater genus humanum, quod amat, perire nolit.* Et in Præfat. ad Biblia Gallica. *Omnes sumus ad eam hæreditatem vocati, citra acceptionem personarum, mares, fœminæ, parvuli magni, servi, heri; discipuli magistrique; clerici, Laici; Hebræi, Græci; Galli non secus, atque Latini; nemo ab ea repellitur, quicunque certa fiducia recipiet, quod ad eum mittitur, amplectetur, quod oblatum est, uno verbo, qui IESVM CHRISTVM talem agnoscet, qualis à Patre donatus est.* Et in tractatu de prædestinatione. *Constat omnes promiscuè ad fidem* & pœnitentiam vocari; *unum eundemque Mediatorem omnibus proponi, ut ab eo Deo Patri reconcilientur.* Item; In Evangelio *Deus manū porrigit indifferenter omnibus.* Hypothetici inquam (non meum hoc nomen est, sed Riveti in ep. apolog ad Guilhelm. Fratrem. pag. 14. & 33.) divinæ misericordiæ peripheriam ampliantes, sed conditioni fidei restrictam: *Deum velle omnes salvari si credant.* Primipilarius dicitur fuisse *Cameroni* Theologorum Ramus judicio Guilh. Riveti. in epist. ad Thom. *Rosell.* pag. 112. alter ab illo *Moses Amyrald.* quibus absolvi hanc seriem Theologorum scribit *Spanhem.* in occasione exercitationum. *Hildebrand.* in præfat. orthod. declar. pag. 41. censet nullius gravis erroris, *multò minus hæreseos insimulari posse vel debere, qui sano sensu non tantum communem aliquem erga genus humanum & totum mundum in peccatum & misericordiam prolapsum φιλανθρωπίαν & amorem*

amorem statuunt, quo permotus Deus omnes homines serio salvos fieri velit & ibid. in præfat. pag. 50. non tantum olim in superiori Hassia in Academia Marpurgensi, cum ibidem literis operam darem, Doct. Raphael Eglinus Iconius in publica de fœdere Dei anno 1613. habita, & Principi Illustri Ottoni Landgravio Hassiæ inscripta, & à Clar. M. Rodolpho Goclenio Seniore carmine commendata & approbata disputatione, hanc de universali divinâ φιλανθρωπία, meriti Christi omni sufficientia, & communi vocatione hominum ad salutem diserte & clarissimè, nullo Theologiæ Professore ibidem, quod sciam contradicente, multò minus heterodoxias accusante, proposuit; uti hîc pag. 75. in testimoniis videre est: verùm etiam hodierno tempore in totâ inferiore Hassia (testibus Principum Hassiacorum amœbœis scriptis anno. 1632. editis pag. 311. & 382.) hactenus ita docuerunt, & adhuc docent & profitentur, quod videlicet Deus omnium Hominum salutem communiter velit: & licet actualis & efficax applicatio evangelicarum promissionum non omnibus, verùm solis electis obtingat, nihilominus Christus TOTI MVNDO, atq; ita OMNIBVS ET SINGVLIS HOMINIBVS à DEO cœlesti Patre in servatorem missus sit, ipse quoque OMNIBVS ET SINGVLIS salutem & æternam beatitudinem ACQVISIVERIT ET PROMERITVS SIT, & eiusmodi acquisitam gratiam, & bona per sanctum Evangelium INDISCRIMINATIM OMNIBVS ET SINGVLIS HOMINIBVS, quibus prædicatur, offerri curet, una cum certâ hâc promissione ipsos, si pœnitentiam agant & Evangelio credant, sui meriti actu participes futuros, atque ita electio-

nem non esse factam ante decretum creationis & permissionis lapsus, nec ante decretum mittendi mediatorem, eundemque tradendi in mortem: nec denique ante decretum annunciandi Evangelium omni Creaturæ, sed immediate hoc decretum consequi. & ibidem ad hujus sententiæ societatem trahit alios vid. p. 49. Inter quos etiam non prætermittendus *Stephanus Szegedinus* Pannonius qui in loc. comment. anno. 1585 editis loco de dilectione Dei pag. 25. accurate divinæ dilectionis species erga creaturas suas distinxit, unam *vocans* φιλόκτοσιν, *sive*, φιλοκτισίαν, *dilectionem illam, qua Deus, ut creator, creaturas suas omnes diligit, quatenus eas initio valde bonas creavit: Alteram* φιλανθρωπίαν, *quâ in genere universum genus humanum præ aliis creaturis singulariter diligit, cuius rei hæc argumenta esse docet, quod. 1. hominem ad imaginem suam condidit, & ad similitudinem Dei usque coboneſtavit, omnibusque creaturis præfecit. 2. post lapsum quoque cum merito deseri, ac perdi possemus, non deseruit nos, sed sic rebus nostris prospicere dignatur in omnibus, ut sit non modo unde vivamus, sed & unde benè & rectè vivamus. 3. Deus homo factus est, ut homo in consortium divinæ naturæ exaltaretur. 4. Filius Dei traditus est pro redemtione generis humani. 5. per Evangelium regni sui cunctas totius orbis nationes ad cœlestem gratiam vocavit, omnibus in Filium suum credentibus vitam æternam promisit. Tertiam dilectionem, quâ singulariter diligit eos, quos sibi in peculium, & in adoptionem Filiorum ante mundi constitutionem elegit. Atque huc pertinent Prædestinatio, Vocatio donum*

*num fidei ac spiritus, Iustificatio, Regeneratio: Quartam φιλανθρωπίαν, quâ Bonos diligit. Nequit enim fieri, ut qui bonus est, non sit amans bonitatis & bonis impensè delectetur non quod non nisi Tales, sed quod tales adhuc amplius diligat. 4. Quia in primis Veteres Palatini in Aureolo suo, & Scalæ aureæ & ab Ambergensibus cõfarcinatæ refutatione ante 50. annos similiter communem illam φιλανθρωπίαν & amorem Dei erga omnes & singulos homines, universalem etiam meriti Christi pro omnibus & singulis hominibus impensi Sufficientiam & Perfectionem, ut & communem vocationem & invitationem ad fidelem acceptationem passim tradunt. Imò publicè coram toto Christiano Orbe protestantur se extra hunc controversiæ statum & principalem Quæstionem (an videlicet Christus sua morte omnes impios, maledictos & æternum jam condemnatos Diaboli filios, aquè ac omnes Electos, fideles, & beatos Dei filios in signum Gratiæ Dei restituerit, purgaverit, sanctificaverit & beaverit) adversarijs nullam litem moturos esse. Certe ante Cameronem & Amyraldum hanc conciliaturam* conatus est Irenopœus *Pareus* in cap. 28. Iren. artic. 7. *Vult.* inquit. pag. 259. *Deus & non vult omnes homines servari diversa ratione. Vult omnes homines servari, si omnes credant in Filium. Non vult omnes servari, si non omnes credant in Filium.*

§ 11. VIII. Categorici sunt reliqui omnes Anti-Amyraldini, qui Universalitatè voluntatis divinæ sine hypothesi ac præcisè negant. *Sententia Facult. Theol.* in Acad. Lugdono Batavica à Spanhemio edita inter alia sic habet. *Excruciat*

*cruciat nos quod tale quid moliri, imò apertè profiteri audimus quosdam è Fratribus nostris in Ecclesiis Gallicis. Posset divisioni hactenus* expositæ addi aliud quoddam prædestinationorum scilic. *abstractivorum* genus, qui decreto prædestinationis substernunt hominem præscitum indefinitè sive, ut alii explicatius loquuntur, hominem communiter, seu absolutè consideratum, id est, secundum universam rationem ejus, & omnium temporum, extra ullam qualitatum considerationem; adeoque consideratum à Deo, ut scribunt, quocunque modo, creabilem, creandum, creatum, labilem, lapsum, restauratum &c. hoc videntur voluisse Deputati Synodi Zutpholand. in judic. provinc. pag. 79. qui an Deus in eligendo homines consideraverit ut lapsos, an etiam ut nôdum lapsos? existimant non esse necessarium in definiant. Sed quia Laurentio in *Συσνοπτ.* Paulinis. pag. 287. hæc hujusmodi commenta videntur inconceptibilia, suo loco relinquimus.

§ 12. Sequitur *Conciliatio*, facta per fidiculas rationum, quibus velint nolint conciliantur, & per opinionis suæ cessionem in sociorum castra remigrare coguntur. I. *Symphonicorum cum Asymphonicis* ex totâ hujus hodomoriæ harmoniâ. unde patebit, qui conclusiones admittunt, principia inficiari non posse. II. *Supralapsariorum energeticorum cum Dyneticis*, quia omnis Energeticus est etiam Dyneticus, quam-

quamvis non contra. qui statuit actum is necessario etiam potentiam. III. *Supralapsariorum cum sublapsariis*, cum illis si convenire hi nolint, omnes suas machinas quas è Rom. 9. fabrefecerint pro absoluto decreto perdant necesse est. Bezæ argumenta contra supralapsarios hæc extant. *Qui massæ nomine humanum genus corruptum intelligunt, mihi non satisfaciunt in huius loci explicatione. Primum enim mihi videtur nomen illud informis materiæ, ne quidem condito homano generi, nedum jam corrupto, satis convenire, Deinde genus humanum ut corruptum si considerasset Apostolus, non dixisset quædam vasa ad dedecus, quædam ad decus facta, Sed potius cum omnia vasa ad dedecus essent comparata, alia in isto dedecore relicta, alia vero ab hoc dedecore ad decus translata. Postremò, nisi Paulus ad summum usque voluntatis divinæ, omnes secundas ad eius executionem ordinatas causas ordine antegredientis, gradum conscendat, non satisfecerit obiectæ quæstioni. Semper enim quæretur, ista corruptio temere evenerit, an vero secundum Dei propositum, ac proinde difficultas eadem recurret. Dico igitur Paulum elegantissima ista similitudine adhibita, ad ipsius Adami creationem alludere, & ad æternum usque propositum Dei conscendere, qui nulli neque ut creato, neque ut creando debitor, antequam humanum genus conderet iam tum & in quibusdam per misericordiam servandis, & in quibusdam justo judicio perdendis, gloriam suam illustrare pro suo jure & mera voluntate decrevit. Et certè nisi ita esse statuamus, maxima iniuria Deus afficietur, qui nec satis sapiens fuerit.*

*fuerit, qui prius homines condiderit, & corruptos sit intuitus, quam quorsum eos conderet, constituerit; nec satis potens, si cum aliud de iis creandis consilium cepisset, ab alio impediatur, quo minus quod ab æterno decrevit, assequatur: nec satis constans, si volens & ultrò, post corruptum opificium suum novum consilium cepit. Et in notis: cum igitur dedecoris nomine æterna mortis ignominia notetur, cum loquuntur, qui quosdam dicunt ad justum exitium à Deo conditos esse. Et qui hac formula offenduntur, insciitiam suam produnt.* adde *Wittakerum*, cujus hæc est in cygnæo carmine cantilena. Hinc apparet, *quod de luto & figulo Paulus introducit, non posse melius exponi quam de massâ incorruptâ. Si enim corruptio massæ esset causa cur Deus vasa ad ignominiam faceret, nullum fieret vas ad honorem. Tum, si per lutum aut massam Adamus corruptus intelligatur, quomodo conveniet, quod Apostolus ait, Annon habet figulus potestatem ex eadem massâ faciendi aliud vas ad decus, aliud ad dedecus? Ex horum expositione, Adamus non ex massa factus, sed ipsa massa est: & tamen Adamum ipsum ex massa ea factū esse constat, in quam figulus potestatem habet. Hunc enim primum DEVS ex illo luto finxit, & formavit. Quare Bucerus* (in cap. 9. ad Roman.) *per massam intelligit primam humani generis originem, ex qua homo conditus à Deo & fabricatus est. applaudit Perkins.* in libell. de prædest. & gratia Dei scribit: omnis homo (assertore Paulo) *est ad Deum, ut massa luti in manu figuli: & proinde Deus pro summo jure suo ad iram vasa facit, non invenit. Non autem faciet, sed à seipsis facta*

*inveniet*

*inveniet, si in æterno consilio suo dicamus eum homines præterire, justissimis, licet nobis ignotis, rationibus voluisse.* Corvinus Molinæum hoc urget epicheremate in censura anatome. cap. 13. *dicis Deum non potuisse recte cognosci, nisi eius misericordia & justitia cognoscerentur (punientem autem intelligis) & ut illæ proprietates cognoscerentur, peccatum in mundum ingressum esse. Nam ea declaratio necessariò exigit peccatum. at homo ita creatus poterat peccatum vitare; & per consequens fieri poterat, ut istis proprietatibus declarandis materia & occasio deesset. Quare si istarum proprietatum præcisam declarationem vis à Deo decretam; aut statuendum non liberum, sed talem à Deo hominem esse creatum, qui non posset non labi; aut saltem decreto creationis alterum subnectendum ex quo lapsus necessitas nihilominus tamen sequatur; tale scilicet, per quod libertatis exercitium homini in bono adimatur. Quale decretum statuis, parum refert, utrum hominem lapsum substernas decreto prædestinationis, necne? Nam eo ipso ponis revera decretum prædestinationis lapsu prius, & lapsum, imò & creationem, facis medium per quod præcedens prædestinatio executioni detur.* Item ibid. sequitur *tuo judicio suspendi decretum finis à liberis actionibus humanis, & sic reddi ipsum finem incertum. Nam quæ actiones hominis liberas requirunt præcedaneas, ea decreta ab ijs suspendi, & supra, & passim toto hoc libro nobis obiecisti. Quare etiam ipsa electio statuitur niti præviſione rei incertæ: (sic etiam loqueris) hoc est, libertate homini relicta: & sic suspenditur Dei voluntas eligentis & reprobantis ab humana voluntate,*

*& ni-*

& nititur actione liberi arbitrij, quod tamen non admittis. Porrò quando peremtorium electionis & reprobationis decretum facis lapsu posterius, confirmas distinctionem voluntatis in antecedentem & consequentem à Te reiectam. Nam si voluntas peremtoria hominem damnandi nititur lapsus prævisione, sequitur eam lapsu esse posteriorem ideoque DEVM prius voluisse creaturas servari, & ex eo affectu ipsis legem tulisse, quam eos voluerit damnari: ideoque necesse est, ut per lapsum rescissa sit ista salvandi voluntas, & Deus isto proposito homines salvandi exciderit, & fine, quem serio intendebat absistere compulsus sit e (agnosce verba tua cap. 5. §. ultim.) hoc est, sequitur, Deum cum prius ex affectu naturali vellet omnium salutem, lapso homine deinde constituisse, quos perdere vellet. Nam cum Deus ex affectu naturali non possit non velle bonum creaturæ. Sequitur, voluntatem, quâ malum eius voluit, esse voluntatem consequentem. Vide ergo annon hic ipse incidas in ea ipsa, quæ tanquam absurda nobis impegisti. Seu potius annon absurde supra oppugnaveris ea, in quæ hic ipse relaberis. Equidem non potes te hic extricare, nisi desertâ sententiâ, quâ lapsum hominis voluntate damnandi potiorem facis: illam damnandi voluntatem lapsu facis priorem, adeoq; peccatum dicas esse medium eidem voluntati exequendæ subordinatum, à quâ tamen sententiâ hic videris tantopere abhorrere. Abhâc conciliaturâ non abhorruisse videtur Synodus *Dordracena* sublapsaria, quæ quidem in suis Canonibus ab Adami lapsu reprobationem orditur, sed cum nullibi eos, qui altius ascendunt damnet, credibile

non

non est illorum sententiam serio ipsi displicuisse. Nam si quis eam in Conclusione rejici putet, is longè à Synodistarum mente aberrat. Verba enim, quibus videntur damnare eos, qui sentiunt, Deum nudo puroque voluntatis arbitrio, absque omni ullius peccati respectu vel intuitu, maximam mundi partem ad æternam damnationem creasse & prædestinasse, non continent veram doctrinæ illius improbationem, sed potius querelam de adversariorum calumnia, quasi falsò hæc reformatis affinxissent Ecclesiis, quæ nusquam in earum confessionibus, aut in hujus Synodi decretis leguntur. Sed dices, ibidem tamen asseritur, Ecclesias Reformatas hic non solum non agnoscere, sed etiam toto pectore detestari. Ita est: verum id de ista opinione in se considerata non intelligunt; sed quatenus his, quibus eam expresserunt, aut similibus verbis enunciatur. Non solent enim supralapsarii dicere Deum quosdam ad æternam damnationem creasse & prædestinasse; eo, quod damnatio actum judicialem designet, ac proinde peccati meritum præsupponat: sed malunt uti voce exitii, ad quod DEUS, tanquam absolutus Dominus jus habet creandi & destinandi quoscunque voluerit. Et quamvis doceant Deum hominis peccato non fuisse motum ad eum æterno interitui devovendum, fateantur tamen id eum sine omni peccati respectu vel intuitu non fe-

 cisse:

cisse: cum peccato tanquam medio ad sui decreti executionem uti statuerit. Hanc fuisse Dordracenæ Synodi mentem ex eo colligitur, quod aliquot ex præcipuis ejus membris Supralapsariorum sententiæ fuerunt addicti, & eam ibidem propugnârunt, nec tamen eo nomine sunt reprehensi. Talis fuit *Festus Hommius* Synodi Actuarius, qui in Thesauro suo Catechetico scribit: *Impellens, sive, movens causa reprobationis nulla etiam alia est, quam solum beneplacitum.* Et aliquantò post: *Fructus reiectionis aut ea, quæ ex reiectione consequuntur, sunt primo, Creatio reproborum. Rom. 9. 17. Secundo, desertio, sive, subductio gratiæ Dei & mediorum. Tertio, Excæcatio & induratio. Quartò perseverantia in peccatis. Item* Franciscus *Gomarus*, cujus hæc sunt verba in judicio suo Synodo exhibito. De reprobat. *θ. 2. Reprobatio peremptoria est decretum Dei, quo pro voluntate suâ liberrimâ, ad declarationem justitiæ suæ vindicantis, certos ex humano universo genere homines, nec gratia, nec gloria donare, sed in peccatum libere prolabi permittere, & in peccatis relinquere, justeque tandem propter peccata condemnare constituit.* Item *Causa impulsiva antecedens reprobationis à gratia ac gloria ad justam damnationem, est solum liberum Dei beneplacitum; etsi executionis ipsius, seu justæ damnationis causa sit quodvis peccatum ab homine factum, à Deo permissum, ac toleratum.* Idem Gomarus in analysi cap. 9. Rom. tom. 2. oper. pag. m. 61. scribit *rem hanc* (utra sententia verior supralapsariorum an sublapsariorum)

rum) *nondum esse decisam, in suâ sententiâ nullum DEI attributum lædi: se videre non potuisse, quomodo contraria sententia in sapientiam DEI non impingat, media fini suo præponendo.* In eadem etiam sententia fuerunt Deputati Hollandiæ Australis, *Balthasar Lydius, & Gisbertus Voëtius*, ut liquet ex ipsorum judicio Synodali in definitione reprobationis, ubi nullam lapsus, ut neque Gomarus, faciunt mentionem: contenti dicere, *Deum decrevisse ad gratiam & gloriam quasdam singulares personas non eligere, seu præterire, sibique ipsis relinquere, & juste propter peccata damnare, ad laudem justitiæ suæ.* Isti omnes Synodi Dordracenæ decretis subscripserunt: quod procul dubio non fecissent, si sententiam suam supra citatis conclusionis verbis damnari credidissent. Et cum multi post istam Synodum, tàm in Belgio, quam aliis in locis ubi recepta est, Supralapsariorum opinionem publicis scriptis & concionibus defenderint, nunquam tamen auditum fuit quenquam illorum eam ob causam vel minima censurâ fuisse notatum. Quod sanè non leve indicium est, eam judicatam non fuisse Dordracenis placitis adversâ. hæc *Curcellæ* p. 209. Corvinus in censur. anatom. c. 13. p. 203. ita cõstringit sublapsariorũ. effugium. *Sed ais sublata reprobatione sine intuitu peccati, quam totis viribus impetunt (Novatores quos vocas) aërem cædunt, nec habent, quod feriant. Esto. At ista reprobatio non tollitur continuò, quando homo ut lapsus in Adamo præcisè consideratus ponitur pro obiecto*

reprobationis Ratio est, quia cū peccatum COMMVNE electis & reprobis, reprobationi substituitur, negatur semper intuitus Dei reprobantis in peccatum, ut causam reprobationis meritoriam, quā motus sit Deus ad hunc vel illum reprobandum, sed sola Dei voluntas absoluta reprobationis causa, nihil vero in homine, quod eiusdem causa sit, statuitur videatur. Antidotum. pag. 38. Quod cum ita sit, apparet vanam esse istam tuam de causa aëre gloriationem: quippe cum scriptura talem doceat reprobationem, cuius causa NON COMMVNE PECCATVM sit, sed ipsis reprobis peculiare, uti videbimus. Videri quidem posset, ab ipsa Synodo talem reprobationem sublatam: quippe cum in conclusione canonum dicat, se detestari eos, qui docent, DEVM nudo puroque arbitrio, absque omni ullius peccati respectu vel intuitu, maximam mundi partem ad æternam damnationem prædestinasse & creasse. Sed quomodo per ista verba, si rectè examinenti talis reprobatio non tollatur ostensum Antidoto. pag. 36. 37. Fuco detegendo hîc sufficiat, quod cum per doctrinam supralapsariorum, quā homo nondum lapsus, statuitur esse obiectum prædestinationis, illud dogma introducatur, tollatur autem per vestram, quam à Synodo judicas approbatam, Synodus ita vestram sententiam non approbaverit, ut rejecerit alteram. Quod factum opportuit si ista doctrina minus modesta & tuta, aut obiectionibus novatorum opportuna est. Imprimis cum Synodus levissima quæque, quæ offenderent, non neglexerit rejicere, Accedit, quod in Synodo circa istam doctrinæ diversitatem inter Sibrandum & Maccovium, Academiæ Franeranæ professores, acris & diutina fuerit con-

*concertatio: Gomarus verò à collegis suis apertum circa illud caput dissensum, peculiaris judicii exhibitione declaraverit.* Noster D. *Menz.* in disp. de mente Calvin. in Synod. Dordrac. θ. 5. illum recidivatum ad supralapsarium monstra accuratè ostendit. *Lingua Dordracena hoc fuit* ait 1. p. 32. *Prædestinatio facta est ex genere humano, juxta divinam præscientiam in peccatum prolapso. Sed contra est (ut de Calvino & Beza, & eorum sectatoribus nihil dicam) quod ipsa Synodus cap. 1. artic. 10. huc adducit dictum Rom. 9. v. 11. 12. Nondum natis pueris, cum neque boni quippiam fecissent, neque mali &c. dictum est (nempe Rebecca) maior serviet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau odio habui. Nam electionem factam esse ex genere humano: & factam esse, antequam homines (subintellige de ordine, in præscientia divina) mali quicquam fecissent, dicuntur ἀντιφατικῶς.* vid. ibid. plura & mox ib. pag. 35. Juvat hic obiter examinare Achillem supralapsariorum, ajunt finem creationis tum electorum, *tùm reproborum prius esse intentum, quam creationem ipsam; Salutem verò & damnationem esse fines creationis electorum & reproborum, Ideoque prius hos fines esse intentos, quam ipsam creationem. Maiorem probant hoc axiomate. Finis in cuiusvis sapientis consilio primò intenditur, at in executione ultimus est.* Respondent Remonstrantes pag. 255. primò, *illud Axioma non habere locum in finibus subordinatis. Si enim condemnatio reproborum est primus finis in intentione, eo quod sit ultimus in exe-*

cutione, ergo progrediendo ad fines subordinatos, judicium extremum erit secundum in intentione, quia penultimum in executione, & resurrectio è mortuis tertia in intentione, quia ante penultima in executione, & ita deinceps, cuius ordinis in intentione divina absurditas per se liquet. Quamobrem decreto reprobandi ipsam creationem immediate subordinare solent supralapsarij. Secundò, si vero ad solum ultimum finem restringatur illud axioma, uti restringi debet: Respondemus illud verum esse semper, quando est necessaria & indissolubilis inter finem & media ipsa connexio: Tunc enim, quod primò intenditur, ultimo executionem sortitur. Sed quando finis talis intenditur, ad quem sapiens non tendit, neque tendere vult, nisi per media libera & contingentia, sæpissimè fit, ut, quod primò intentum erat, non sit ultimum in executione. Quare? Quia intenderat finem sub conditione ab humanâ libertate præstabili, & non præstabili, quâ non præstitâ non assequitur sapiens illum finem, quia non aliâ viâ, quam per conditionis istius præstationem finem illum obtinere decreverat, eâ verò non præstitâ, finem illum missum facere, aut aliam de novo agendi rationem inire. Itaque mirum non est, si prior ille finis non sit ultimus in executione. Exigit Magistratus à civibus certæ cuiusdam legis obedientiam, hunc finem intendens, ut si illi morem gerant, præmio aliquo illos afficiat. Qui certè finis interveniente civium inobedientiâ ultimus in executione nõ erit, sed pœna potius, aut aliter cum istis civibus agendi occasionem accipit magistratus. Sic etiam hoc loco, etsi cõdemnatio reproborum

justa

justa, sit ultimum in executione, tamen non fuit primum in intentione. Nam. 1. docet Scriptura perditionem hominis esse ex ipso homine, & hominis culpâ evenire. Tertiò. ibid. pag. 257. Respondemus, quod est ultimum in executione, illud esse primum in intentione, ni repugnet naturæ ipsius Decreti, ipsius decernentis, & naturæ ipsius medii ad finem illum ordinati. Sic non potest Pater Terrenus salvâ suâ pietate, justitiâ, & naturali σοφίᾳ primo intendere insontis indefinitè considerati vivicomburium; & secundò decernere eius generationem; quia decretum illud primò intentum repugnat naturæ Patris, & mediorum, quæ ex divinâ institutione ad illum finem comparata non sunt. Sic & hic, repugnat primum naiuræ ipsius decreti Reprobationis, decernere de hominum Reprobatione, priusquam decretum factum sit de hominum existentiâ & creatione: Non entis enim nulla esse potest realis affectio. Deinde repugnat naturæ decernentis declarare velle justitiam & iram in damnandis, aut reprobandis tot hominum millibus, priusquam in considerationem veniat meritum & culpa. Hoc enim justitia divina non patitur. Tertiò repugnat ipsi medio, nempe creationi, per se intentam esse à Deo ad executionem prævii decreti de Reprobatione. Nam creatio est hominis ad imaginem Dei conditi, ideoque boni, quale certè vas & instrumentum iræ esse non potest, nisi dicamus, DEVM creaturam suam bonam exitio destinasse. Deinde creatio est medium, quo Deus bonitatis suæ gloriam in essentiæ communicatione manifestare voluit. At reprobis bonum esse non potest creari ad interitum, imò melius fuisset illos non accepisse essentiam per creationem, quam ob hunc

finem accepisse, ut ea æternis flammis cruciaretur. Qui reprobos ad perfectionem & ornatum universi facere affirmant, præterquam, quod sine Scripturâ hoc asserant, humanitatis omnis sensum nobis exuere malle videntur, quam thesin suam deserere. Sextò, nec cum ipsa Dei omnipotentia, adeoque beatitudine convenit hæc sententia, quatenus statuit Deum eum finem sibi absolutè proposuisse, ad quem pervenire non potuit, nisi ea procuraret, quæ sibi ingratissima sunt, ac cum affectu bonitatis & justitiæ suæ maximè pugnant. Hinc dicitur à Domino Piscatore, Deum quidem non delectari peccatis, nec homine peccatore, qua talis est, omninò tamen eo opus habere, cum sine eo gloriam justitiæ suæ manifestare non posit, eoque DEVM cum ægroto comparat, qui poculo amaro non quidem delectetur, velit tamen illud bibere ad sanitatem suam recuperandam. Regerunt supralapsarii. Ergo Deus non fuit assecutus primum illum finem suum. Respondemus nos hoc concedere, & propterea justè primo homini succensuisse; quin & in dies ad huc succensere, quod quam seriâ & minimè simulata voluntate intendit multorum salutem, ipsi suâ culpâ negligant. Instabis homo potentior Deo. Respondeo non sequi. Nam non intenderat DEVS illum finem per absolutam suam & irresistibilem omnipotentiam obtinere, sed per præstationem conditionis; quæ ut præstaretur, vel non præstaretur, in hominis ante lapsum voluntate erat. Instabis. At cur Deus hominem creare voluit, & fœdus tale cum illo inire, cum provideret fœdus illud violatum iri, nec hac via hominem ad salutem æternam perducendum; Respond. 1. Nos, uti alibi, ita & hic imperve-

stigabilis

gabiles vias sapientiæ & consiliorum divinorum suscipere & revereri. 2. Iuste Deum potuisse & sapienter permittere lapsum, quia ex malo noverat facere bonum, & ex tenebris lucem. 3. dicimus DEVM sapientissimum etiam prævidisse, se præmissâ creatione & permisso lapsu posse illustriorem sortiri rationem assequendi fines longè nobiliores, & glorioſiores prioribus finibus, nempe declarationem misericordiæ. Sic architectus si præsciret se diruta illâ, quam extruere intendit domo, ex iisdem ruderibus posse facere multò præstantiorem domum, eius sanè extructionem non insipienter aggrederetur, etiamsi sciret subsecuturam statim domus istius destructionem hæc Remonstrantes. conf. Walæ. loc. de elect. p. 375.

§ 13. III. Sublapsariorum mitiorum cum rigioribus. illa paulo ante ex Polano indicata est. Schatp. loc. cit. *si scribit, reprobatus fuit Esau cum nihil mali adhuc feciſſet, tum peccatum non est causa reprobationis, quia reprobationis omnium eadem est causa.* At prius est. Rom. 9. 11. E. & mox ibid. *si decreti reprobationis causa esset peccatum, tum aut originale, aut actuale. At non originale, quia tum omnes homines naturaliter nascentes reprobati fuissent, cum omnes peccato originali sint infecti. nec actuale; quia sic nulli infantes vel Iudæorum & Turcarum vel in utero matris, vel paulo post nativitatem mortui, à Deo reprobati essent.* E. idem *argumentum* urget etiam Polan. l. 4. Syntagm. cap. 10.

Noviſſimè *Molinæus* in anatome Arminianiſmi. c. 13. § 16. p. 74 *non effugeret.* inquit, *Qui diceret reprobatione non destinari homines ad damnationem,*

*sed tantum præteriri & non eligi, nempè sic quæruntur verba molliora, quibus eadem res dicatur perinde est, sive destinet DEVS hominem ad damnationem seu id faciat ex quo damnatio necessario sequatur. Quemcunque DEVS non eligit, sive omissus, sive reprobatus dicatur, semper est exclusus à gratia DEI. hanc exclusionem certa damnatio sequitur, quia sine gratia Dei non est salus.* è qua assertione nectit hanc consequentiam *Corvin.* in censurâ anatom. cap. 26. p. 385. *Quandoquidem aiens inter gratiæ (per quam è lapsu homo posśit resurgere) negationem intercedit incredulitas, quæ istam negationem gratiæ ex reprobatione existentem necessario consequitur, inde fit reprobos eo ipso ad istam incredulitatem per reprobationis decretum à DEO esse destinatos, quod ad gratiæ istius negationem destinati sunt. Eodem ergo modo dico, perinde esse, sive dicas, hominem destinari ad negationem gratiæ ad vitandum incredulitatem necessariæ; sive dicas eum ad credulitatem ipsam destinari.* Sanè qui fatetur pœnam præteritionis fatetur prævium culpæ respectum. *Deus enim non deserit, nisi desertus.* Sicut divinæ cooperationis & conservationis subtractio est annihilatio ipsa, neque per positivum actum aliquando mundus peribit, sed negativâ subtractione conservationis: Uti Deus revera causa fuit absoluta solstitii Josuani, eò ipso quia influxum motivum subtraxit: Ita si DEUS est causa absoluta non communicatæ gratiæ, erit etiam causa absoluta reprobationis. Si Samaritanus, ut Levita, vulneratum frigido

gido pede præteriisset, nec juvisset, occidisset, juxta illud, *quem non pavisti, occidisti.* Parum sanè interest cæcum præcipitem è scalis dejicias, an non monitum ire sinas, ut necessariò cadat.

§ 14. *IV. Conciliatio Hypotheticorum cum Categoricis.* Illa fit per hypotheticorum ætematum dilutionem. Nam si apparebit paulo inferius, inanem esse jactantiam Catholicissimi objectivi sine subjecto, hoc est, gratiæ Universalis sine fidei-datione universali, δόσεως amplissimæ ad λῆψιν arctissimam restrictæ; cadet hypotheticum delirium & cum Categorico in pristinam gratiam redibit. Hoc Schema divisarum opinionum conciliabilium, tandem ad altissimum illud Calvini principium & supralapsariorum monstrum terminatur. Unde patet non calumniam esse cum è nostris suggestibus Supralapsariorum error Reformatorum cœtui imputatur, ad quem consequenter feruntur. *Omninò* (inquit noster D. Menzer. in anti-Croc. disp. 4. pag.) *sinceritas & candor in benigne interpretandis aliorum sententiis commendatur & calumniandi studium, Synagogæ Sathanicæ proprium, debet esse à Christianis alienissimum. Sed contra mentem & sententiam authoris verba durissima molliter interpretari velle, non permittit regula veritatis. Quare pro Calumnia haberi non debebat, quod Calvino, Bezæ, & assectis, nos tribuimus sententiam de absoluto & simplici predestinationis decreto: nec illorum verba aliter accipere convenit, quam totum systema doctrinæ*

*Etrinæ ipsorum postulat, & patitur* confer. D. Feurborn. in syntagm. part. 1. dissert. 6. p. 185. seqq. Ut autem minor quiritandi causa sit, eam *præcipuè* opinionem in examen adducemus, quam Synodus dordracena videtur amplexa, cui magno doctorum hodiernorum consensu subscribitur, quam defendit numerus junctæque umbone phalanges, *Præcipuè* inquam, nam & reliquas opiniones sicco hîc pede indiscussas simpliciter præterire saltem in Cathedrâ Academicâ non licet. Sequor D. Menzer. in Anti Croc. disp. 2. pag. 50.

Est igitur juxta Synodum Dordracenam, ejusque Interpretes *1. Decretum Totale prædestinationis* & ad vitam & ad mortem (nam res *ipsa postulat* ita Bucan. loc. 36. pag. 386. ut aliquibus ad vitam *prædestinatis, reliqui destinati morti intelligantur, & si vasa gloriæ dicuntur prædestinati ad gloriam, poscit omninò contradicentium oppositio, ut vasa iræ interpretemur Prædestinatos admortem.* Unde ibid. p. 382. 1. *appellatur Electio sive, prædestinatio ad vitam. 2. Reprobatio, seu, repudiatio, seu, reiectio, seu, decretum, seu, Prædestinatio ad mortem. Catholici* ait Chamier, tom. 3 l. 7, cap. 4. pag. 102. *docent, Deum ab æterno prædestinasse singulos homines ad suum finem: alios ad salutem: ad damnationem alios: & illorum prædestinationem appellant electionem: horum verò, reprobationis nomine significant.*) est ut definit Molinæus in Synod. Dordrac. sess. 141. pag. 395. *decretum Dei, per quod in salutis negotio, Deus constituit, quid de unoquoque*

*quoque homine facturus sit.* Ravanell. part. 2. biblioth. sacræ. pag. 337. *Decretum & propositum Dei immutabile, quo ante jacta mundi fundamenta secundum beneplacitum voluntatis suæ decrevit, & constituit ex universo hominum genere in peccatum prolapso certos quosdam eligere, & per Christum in æternum servare: alias verò reprobare, præterire, & in miseria, in quam sponte se præcipitaturi erant relinquere sibimetipsis: ac propter peccata damnare, & æternum punire, idque ad demonstrandam gloriam suam, nempe, gloriam misericordiæ suæ in electis, & gloriam justitiæ suæ in reprobis.* Bucanus loc. 36. q. 8. pag. 390. *Quid est Prædestinationis decretum? Quo Deus homines à se creandos, antequam eos conderet jam tum quorsum eos conderet constituens; sic ipsius gloriæ inservire pro suo jure & merâ voluntate decrevit, ut eorum alii essent vasa & exempla ipsius bonitatis & misericordiæ; alii autem vasa & ὑποκείμενα, ipsius iræ justæ in scelera ultionis, atque potentiæ.* 1. Petr. 2. Εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν, ἐξεγερθησαν. ut dicitur Rom. 9. 17. *Excitavi te, dicit Dominus ad Pharaonem, ut ostenderem in te potentiam meam, &* καταρτίσθησαν. *v.* 22. *Estque hoc decretum eiusmodi, quod ipsas executionis causas disponit, nedum ut ab iis pendeat.*

In Spe-

## In Specie DECRETUM ELECTIONIS AD VITAM.

§ 14. Juxta Synodicos Dordrac. pag. m. 311. *Electio est immutabile Dei propositum est, quo ante jacta mundi fundamenta ex universo genere humano, ex primæva integritate in peccatum & exitium sua culpa prolapso, secundum liberrimum voluntatis suæ beneplacitum, ex merâ gratiâ, certam quorundam hominum multitudinem, aliis nec meliorum, nec digniorum, sed in communi miseriâ cum aliis jacentium, ad salutem elegit in Christo, quem etiam ab æterno Mediatorem, & omnium Electorum caput, salutisque fundamentum constituit, atque ita eos ipsi salvandos dare, & ad eius communionem per verbum & spiritum suum efficaciter vocare ac trahere, seu, vera in ipsum fide donare, iustificare, sanctificare, & potenter in Filii sui communione custoditos tandem glorificare decrevit, ad demonstrationem suæ misericordiæ, & laudem divitiarum gloriosæ suæ gratiæ.* Juxta Gomarum. in Judic. pag. 28. *Prædestinatio hominis ad salutem est decretum Dei, de gloria & gratia ad salutem sufficiente, & efficaciter perficiente, certis, ex universo genere humano hominibus, pro liberrimo ac merè gratuito beneplacito, conferenda. 2. Thessal. 2. 13. Rom. 8. 28. 29. 30. Philip. 2. 13. Ad laudem gloriosæ suæ gratiæ. Ephes. 1. 16.* Juxta Bucan. l. cit. q. 15. *Electio est prædestinatio quorundam hominum in Christo ad vitam æternam, qua scilicet Deus volens manifestare gloriam gratiæ, quæ ex solâ εὐδοκίᾳ τῦ θελήματ@ αὐτ@ bonitate & misericordia constituit ex toto genere homines,*

*peccato*

*peccato & morti obnoxios, certos aliquos homines gratis in Christo adoptare, efficaciter vocare, & justificare, ut in ipso sint participes collestis hæreditatis & vitæ æternæ.*

Juvat hîc digerere, quod confusum jacet, atque hunc in modum repræsentare decretum Electionis, quod scilicet sit (α) decretum arcanum, ac irresistibile (β) voluntatis divinæ, tanquam causæ altissimæ (γ) particularis, absolutum (δ) paucis Electis ex genere humano lapso mortalibus, propitium (ε) fatali actuum catenâ choreave colligatum, (ζ) gratificum, glorificum, certificum (η) à gloriâ gratiæ divinæ commotum (θ) sacro rationis stupore & oris silentio venerabile.

## PHANTASMATIS DETECTIO.

§ 15. (α) *Decretum*, adeoque non sola delectatio in salute omium communi, non velleitas, sed decretum *irresistibiliter efficax*, *arcanum*, ita appellatur à Synodicis Dordrac. pag. 343. duo decreta facientibus unum in Evangelio patefactum de mediorum executione alterum arcanum de fine. proinde damnant illos p. 344. Qui docent, *Voluntatem DEI de servandis credituris, & in fide fideiq; obedientia perseveraturis, esse totum & integrum Electionis ad salutem Decretum, nec quicquam aliud de hoc decreto in verbo DEI esse revelatum. Hi enim simplicioribus imponunt, & Scripturæ Sacræ manifeste contradicunt, testanti, Deum non tantùm servare velle credituros, sed etiam certos quosdam homines*

ab

*ab æterno elegisse, quos præ aliis in tempore, fidè in Christum & perseverantia donaret.* Nos, inquit Chamier loc. cit. pag. 103. *loquentes cum Scriptura* εὐδοκίαν *&* εὐαρεσίαν *distinguimus. Vtram igitur voluntatem Paulus intellexit? Facilis nodus: intellegit enim eam voluntatem, cui non posit resisti. Non ergo* τὴν εὐαρεσίαν, *sive, signi: nam huic quotidiè reluctantur homines; non est igitur hæc illa voluntas, quam Paulus intelligebat, necesse est igitur ad voluntatem beneplaciti, sive,* εὐδοκίας *referre.* Unde juxta admonit Neostad. cap. 1. pag. 10. *Deus omnibus hominibus salutem offerendo nihil simulat; neq; cuicquam salutem invidet, sed omnium conversione & salute, nullius autem cæcitate & perditione delectatur; etsi id quod probat, & quo lætatur, & quod seriò & severissimè ab omnibus requirit, non in omnibus ipsi libet efficere.* cap. 3. pag. 139. *Deus non vult omnes; sed tantum quos elegit converti & servari, quod ad suam effectionem attinet conversionis & salutis ipsorum. vult;* ita Paræus in Irenico. c. 28. artic. 7. pag. 260. *omnes servari seriâ invitatione, non vult omnes efficaci gratiâ. Sic enim si vellet omnes servari, omnes efficaciter servaret, omnibus fidem & pœnitentiam daret. Sed hoc non facit. Non ergo sic vult. servari quidem omnes natura appetunt. Servari autem fide Christi nulli volunt, nulli appetunt, nisi quibus id velle & appetere datur cœlitus.*

§ 16. *Voluntatis* (β) *divinæ*, seu, ἐξουσίας, tanquam causæ *altissimæ primæ & summæ. Primam* ait Chamier tom. 3. l. 7. cap. 1. pag. 99. *summamq; humanæ salutis causam esse dicimus Dei voluntatem, quæ omnibus*

*reb us*

rebus causa est essendi, ut ita loquar quæ ipsa voluntas aliás gratia & amor vocatur ibid. Vnde improbũ (Calvino censore l. 3. instit. c. 23. n. 2. p. 335. f. 2.) causas percontari. nã si ullam causam habet, aliquid eã antecedat oportet, cui veluti alligetur: quod nefas est imaginari. Adeo enim summa est justitiæ regula Dei voluntas, ut quicquid vult, eo ipso, quod vult, justum habendum sit. Vbi ergo quæritur, cur ita fecerit Dominus, respondendum est, Quia voluit; quod si ultra pergas rogando cur voluerit, maius aliquid quæris, & sublimius Dei voluntate, quod inveniri non potest. Compescat igitur se humana temeritas, & quod non est, ne quærat: utne forte id, quod est, non inveniat. Quæ est, ita quærit Bucanus loco cit. pag. 391. Causa Efficiens, προηγουμένη, summi huius Decreti? ἡ ἐξουσία τοῦ θεοῦ, de suo, quoad visum est faciendi. Ait enim Paulus Rom. 9. Annon potestatem liberam. Causam hanc unam novimus, quod sic velit glorificari Dominus summè misericors, & summè justus: nam Scriptura supra hanc nullam aliam causam nobis proponit, & fides simul cum Scriptura in hac unicâ causâ nos acquiescere jubet, ita ut huius causæ causam quærere, Cur sic illi placuit? temeraria sit audaciæ & impiæ curiositatis. Est quidem præscientia generalis ordine prior. ordine naturæ & respectu nostri ait Bucan. loc. 36. q. 3. pag. 389. quâ ut homo, ibid. pag. 385. simplici intellectu præscit, præcognoscit res omnes creatas: à quibusdam notitia dicitur: sed notitia Dei latius patet, quam eius præscientia: nam notitia porrigitur non solum ad præsentia, præterita & futura: sed etiam ad ea, quæ nunquã futura sunt sive possibilia

*sibiliaea sint, sive impossibilia) hæc ille*, cui præscientia generalis est, quam Scholæ vocarunt simplicis intelligentiæ: non tamen causa prædestinationis, *alia enim* (scribit Chamier. cit. p. III.) *quæstio est: utrum idem, qui prædestinavit ad finem, etiam præsciverit media: alia vero, utrum ea præscientiæ mediorum causa sit prædestinationis ad finem? Illam Calvinus affirmat: hanc verò negat: & Catholici cum eo Catholici causam nullam agnoscunt.* (D. Zwinger. in defens. Calv. pag. 526. scribit *Præscientiarios* ita enim appellat pag. 531. *depravare Doctrinam de prædestinatione, qui causam prædestinationis faciunt præscientiam, falsum enim est illam huic esse subordinatam. ibid. pag. 109. præter Dei voluntatem, id est,* εὐδοκίαν: *etsi non sine mediis ad executionem prædestinationis deveniatur. Docent igitur ex humani generis massa, jam ab æterno, Deum alios quidem prædestinasse ad salutem æternam, id est, elegisse: alios autem prædestinasse etiam: sed ad interitum æternum, id est, reprobasse. Et utrosque, quia voluit. Itaq; causam dari nullam posse superiorem. Itaque eos ineptire, ac longe longeque discedere à ratione, qui quærunt causam, quare hunc prædestinari voluerit ad salutem, illum vero ad interitum. Sed ad executionem decreti, quod ita factum in æternâ Prædestinatione, in utramque partem concurrere media, quæ ipsa non possunt non subjici prædestinationi.* ibid. damnatur sententia, quæ docet. pag. 109. *prædestinandi alios ad salutem, alios ad damnationem, causam fuisse DEO, prævisionem futurorum, id est, quia providerit qualis quisque futurus esset. Qui præscientiam faciunt prædestinationis causam eam cavillis involuunt* ait Calvin.

Calvin. l. 3. instit. cap. 21. §. 5. & cap. 22. §. 1. p. 329. *Sic interpositio præscientiæ velo electionem non modò obscurant, sed originem aliunde habere fingunt.* & cap. 23. §. 7. pag. 337. *Inficiari tamen nemo poterit, quin præsciverit Deus, quem exitum esset habiturus homo antequam ipsum conderet, & ideò præsciverit, quia decreto suo sic ordinarat. In præscientiam Dei, si quis hic invehatur, temerè & inconsulte impingit.* Idem Calvinus in Rom. 10. pag. 100. *Præcognoscendi verbo non intelligi speculationem nescio quam, qua præsciverit Deus qualis quisque futurus esset, sed Beneplacitum, quo sibi delegit in Filios, qui nondum nati, in eius gratiam se insinuare non poterant.*

§ 16. (7) *Particularis.* Fatentur quidem Universalitatis possibilitatem. *nec ego,* inquit, Spanhem. in epist. ad Cottier. pag. 63. *is sum, vel ullus ex nostris, qui universalitatis gratiæ impossibilitatem statuat, vel contradictionis implicationem, aut repugnantiam, ut Scholarum verbis, coram Te, eorum perito, liberius mihi uti liceat, si Deo libuisset ad omnes & singulos gratiam suam extendere.* Fatentur universalitatem aliquò usque, ita idem *Spanhem.* loc. cit. pag. 79. *Controversia sane nulla est, Deum usque adeo bonum, ut omnibus bene voluerit aliquò usque: id duntaxat in quæstione est, an Deus omnibus salutem voluerit aliquò usque, quibus salutem non in totum voluerit? Tenetur Deus* ibid. pag. 83. *si verbo isto ἀκυρολόγως hic uti liceat, ex intrinseca naturæ suæ perfectione, id velle, quod summè amabile est, quale non est omnium hominum salus, non magis, quam salus omnium Angelorum.* & pag. 94. *Crediderit*

*diderit itaque Melanchton ille, ut scribit, Deum benè velle universis, non autem quibusdam solum modò, si id de bonâ voluntate, quâ DEVS fertur in omnes creaturas suas, quâ tales, intelligatur, non repugnamus. Sic sanè DEVS dicitur σωτὴρ hoc est, conservator, ut alibi à nobis ostensum, omnium. Sin hoc intelligatur de bonâ voluntate omnes & singulos servandi, nosti id esse idipsum quod in quæstione inter nos est. & pag. 95. nec à nostris absolutè negatur Deum benè velle universis, quatenus Solem suum demittit super universos, & pluvias ac tempora largitur frugifera, & alia id genus, haudquaquam verò quoad rationem gratiæ salutaris, quo rore unum dun taxat vellus conspersum voluit, sine quo non poterat non esse aridum, æquè ac gleba reliqua.* Fatentur aliquam Universalitatem, sed specialem. ita enim in hanc sententiam adducit verba Prosperi *Spanhem.* exerc. de grat. Univers. pag. *85. In electis etiam & præscitis, atque ab omnium generalitate discretis specialis quædam censetur universitas, ut de toto mundo, totus mundus liberatus, & de omnibus hominibus omnes homines videantur assumpti.* Fatentur aliquam communem φιλανθρωπίαν Palatini cum in suo judicio de articulo secundo ita scribunt. pag. 609. *Affectum quendam generalem dilectionis Dei, quo ipse omnes Creaturas suas, inprimis verò universum genus humanum complectatur, agnoscimus utrinque & uno ore profitemur.* Martinius in suo judicio de articulo. 2. pag. 639. *Est, inquit, communis quædam Dei φιλανθρωπία, quâ dilexit totum genus humanum lapsum, & seriò omnium salutem voluit. Huius φιλανθρωπίας*

alias executio apparet in promiscuâ externâ vocatione. Et num. 6. Communis, inquit, executio gratiæ à communi aliquâ dilectione divinâ dependet: Quod etiam agnoscunt præclarissimi & syncerissimi Theologi, & per totas scripturas est clarissimum. Et num. 8. pag. 640. Si hæc redemptio, inquit, tanquam commune beneficium omnibus hominibus impensum, non supponatur: indifferens & promiscua prædicatio Evangelij Apostolis commissa, apud omnes Gentes obeunda, nullum verum fundamentum habebit. Ludovicus Crocius in suo judicio de articulo. 2 pag. 656. non solum, inquit, Dei Patris Filium in mortem tradentis, verum etiam filij mortem obeuntis consilium, scopus, & intentio est, omnibus & singulis peccatoribus pretiosissimâ istâ morte & passione acquirere, impetrare, ac promereri, ut si resipiscant, quando doctrinæ capaces sunt, & in Christum credant, cum DEO reconciliari & remissionem peccatorum accipere possint. Sed Interprete Spanhem. p. 95. quia φιλανθρωπία ista communi DEVS ad instaurationem ex lapsu, vel ad salutem homini corrupto procurandam non fertur, sed alia beneficia communia, quæ Scriptura recenset. v. g. quod solem suum oriri facit super bonos ac improbos, quod pluvias cœlitus demittit super justos & iniustos. Matth. v. 45. quod etiam post lapsum illis continuat esse, vitam & motum. Act. 17. 25. quod multa lenitate tolerat peccatores. Rom. 11. 4. & quod alia id genus beneficia indulget hominibus corruptis, quos ultimo supplicio afficere poterat statim à peccato admisso. Destinationem verò, & procurationem salutis, etiam quoad missionem Christi & acquisitionem beneficiorum

eius, Scriptura non ducit ex φιλανθρωπίᾳ communi, sed ex φιλανθρωπίᾳ singulari, sive ex misericordiâ speciali, nec illa pro obiecto habet genus humanum universaliter sumtum ut prior, sed electos, sive illos quos Pater Christo dedit Sanctificandos & salvandos. Nec Scriptura acquisitionem salutis sub conditione fidei assignat τῇ φιλανθρωπίᾳ Dei, sine applicatione & conditionis ipsius effectione, sed utrumque beneficium coniungit. ibid. pag. 1801. scribit. Restringitur enim φιλανθρωπία ad Dei Filios, dum dicitur esse τῦ σωτῆρ& ἡμῶν θεῦ, & dum effectus plane speciales & solis Dei Filijs proprij ei tribuuntur, & pag. 102. tenetur nobis ostendere, qui Deus sit φιλάνθρωπον exhibuerit respectu infantium, quos in Adamo labi voluit, & ex Parentibus nasci, qui in fœdere tantum conditionato, ut sentit & loquitur, fuerunt, & quos Deus reputat neglexisse conditionem, quia Parentes eorum eam neglexêre, quos etiam per dispensationem sapientiæ suæ tollere voluit, antequam adolescerent. Dicat etiam nobis, quid ista φιλανθρωπία Dei ad salutem proficiat omnibus illis, quos DEVS voluit præterire in decreto de dandâ fide, sine quo & incredulitas illis erat inevitabilis, & damnatio ineluctabilis. & pag. 1806. Aliud etiam est omnem aditum ad misericordiam Dei salutarem intercluſum esse maximæ hominum parti, aliud, ad misericordiam aliquam. at talem Deus exerit circa innumeros, quoad τὰ βιωτικὰ & beneficia temporalia. & pag. 1839. aliud etiam, Deum esse misericordem respectu omnium misericordiâ quâdam generali quoad largitionem τῶν βιωτικῶν, aliud, eum esse misericordem misericordia speciali, quoad largitionem τῶν ἐπερανίων, vel salutis

latis in Christo, vel medij necessarij ad eam perveniendi. & pag. 1838 Tantum abest, ut Scriptura significet, DEVM esse universaliter misericordem hac misericordia notione erga omnes & singulos vel erga universos, ut oppositum plane testetur respectu positorum ad iram præscriptorum ad damnationem, & quos Deus ab æterno odit. & pag. 1822. Precaria est suppositio Viri Docti, φιλάνθρωπον ideò sic appellari, quia naturam humanam simpliciter amat. Imò amor iste non terminatur in naturam humanam, sed in personas humanas, nec tam personæ amari dicuntur propter naturam, quam natura propter personas. Si enim amor ferretur in naturam, in omnes ferretur ex æquo, in quibus natura ex æquo reperitur. Vnde satis est, aliquem plures homines amare, ut posset dici φιλάνθρωπος, plures sapientiæ partes, ut posit vocari φιλόσοφος, plures amicos, ut posit vocari φιλόφιλος. Sic Deus φιλάγγελος vocari potest, quia plurimos ex angelis amat, omnes nimirum, quibus ipsi placuit præter primam creationis, etiam secundam confirmationis gratiam conferre. Vnde à Patribus Synodi nationalis Alenconensis decretum est factum, eodem Spanhemio teste pag. 1827. abstinendum esse ab hac phrasi, Christum esse mortuum æqualiter pro omnibus, adeoque & Deum æqualiter amasse omnes. & ibid. p. 1828. præstat amoris Dei peripheriam, vel latitudinem objectivam contrahere, & dicere, Deum illos, quos amat, amare perfectè & ad finem. Fatentur voluntatem approbatricem communem. Ita enim Robert. Rolloc. Scotus ad Rom. 9. pag. 306. vult quidem Deus salutem omnium, utpote rem ex se bonam, quia est conservator

*servator omnium hominum, maximè verò fidelium.* 1. Tim. 4. 10. *sed vult salutem piorum decernendo eam, idq; simpliciter: vult autem salutem reproborum approbando eam duntaxat ut rem ex se bonam, non autem decernendo.* Fatentur inquam ista, sed, ut colligere est ex oppositio, nègant φιλανθρωπίαν ad salutem æternam singulis generum propitiam simpliciter Universalem. Os unum omnium pseudo prophetarum est illud Bezæ Genevensis Zidekiæ in hæc verba imprudenter effusum part. 2. resp. ad act. colloq. montisb. pag. 194. *hoc dico, nunquam tempus fuisse, vel esse vel futurum, quo DEVS voluerit, velit, aut voliturus sit singulorum misereri, sed ab æterno pro bona sua voluntate, & eâ quidem cui resisti non potest, constituisse & quorum in Christo misereretur, & quos in Christo induraret.*

§ 17. (δ) Absolutum & præcisum. *Deus ab æterno prædestinavit* (ita in harmonia confess. Confessione. *Helvetica* posterior. pag. 93.) *vel elegit liberè & merâ suâ gratiâ, nullo hominum respectu, Sanctos, quos vult salvos facere in Christo.*

D. Menzer. in resp ad defens. Crocii. c. 12. p. 107. ista notat. θ. 90. & seqq. per calumniam sibi tribui dogma de absoluto decreto vociferatur Beza. resp. 2. ad Colloq. Mompelgart. p. ubi & 200. Eadem etiam est aliorum quorundam querela. Quibus respondeo & de vocabulo, & de ipsa re. Piscator disp. de prædest. θ. 79. Si decretum ipsum spectes, inquit, illud simplex atque absolutum est: quippe non aliunde,

nisi

nisi ab ipso Dei beneplacito dependens. Kekerm. in syst. Theol. l. cap. 1. p. 299. dicit, Apostolum indicare decretum Dei absolutè & simpliciter spectatum & pag. 301. Orthodoxi (Calvinistas intelligit) statuunt, inquit, electionis decretum respectu Dei ita esse absolutum, ut nullam planè includat, aut fidei in Christum, aut bonorum operum ex fide profluentium conditionem. Sic Perkins. de prædest. p. 32. 33. reprobationem vocat absolutam & eam à se & sociis doceri & credi affirmat. De ipsa re ita concludo. In schola Calvinianorum ponitur & asseritur definitio absoluti decreti. E. ipsum etiam definitum, nempe ipsum decretum absolutum asseritur. Antecedens probatur: absolutum Dei decretum hîc dicitur, mera, sola, nuda, simplex, præcisa Dei voluntas, causa rerum omnium, causas omnes alias antegrediens, cujus alia assignari causa non potest, sine ullo, sive ad Christum, sive ad fidem in Christum respectu. Talis autem Dei voluntas & tale decretum à Calvinistis adstruitur. Quod vide apud Calv. l. 3. Instit. cap. 21. 22. 23. Bezam in Colloq. Mombelg. & in resp. 2. ad illius Colloquii acta: & in reliquis hujus & illius tractatibus de prædest. Bucan. de prædest pag. 390. Perkins. de prædest. pag. 26. 27. 32. 33. Boquinum in thesibus Heidelbergæ disputatis, Rennecherum in catenâ aureâ. pag. 37. Piscat. de prædest. in disp. Keckerman. System. Theol. l. 3. c. 1 &c.

Ergo Calviniſtæ aſſerunt abſolutum Dei decretum: quicquid etiam prætexant.

Abſolutum non duntaxat *à reſpectu liberi arbitrij, activæ dignitatis, meriti, operis humani, cauſæ propriè dictæ*, qui reſpectus noſtrâ quidem ſententiâ eſt excluſiſſimus, ſed etiam. 1. à reſpectu illius *dignationis quaſi paſſivæ ac imputatæ*, quam fideles habent in Chriſto Mediatore, *antecedaneo* quaſi motore & fundamento Electionis. Nam (juxta peremtorium decretum Dordrac. in judicio de primo artic. pag. 30.) *Electionis huius cauſa impulſiva eſt ſolum liberrimum, & gratuitum Dei beneplacitum: Ideoque non Chriſti meritum: nec quidquam extra DEVM. Præſertim, cum Chriſti donatio ſit medium electioni hominum ad ſalutem ſubordinatum. Ideoq; ſalutis non eſt cauſa, ſed electionis conſequens effectum.* Applaudunt Beza annot. ad Epheſ. p. 350. *tantum abeſt, inquit, ut ſi cauſarum ordinem ſpectes, Pater in Chriſto Mediatore cauſas quæſierit eligendi aliquos ad ſalutem, ut contra, quia DEVS aliquos decreverat eligere, & per miſericordiam ſervare, idcirco Chriſtum ipſum, quatenus homo eſt, primum omnium prædeſtinârit, in quo cæteros ſervaret.* Dicimur juxta Ravanell. pag. 523. *Electi fuiſſe in Chriſto. Epheſ. 1. 4. hoc enim dicto ſignificatur, non quod Chriſtus conſideratus ut θεάνθρωπος & mediator ſit fundamentum & cauſa electionis (ſicut talis eſt, unde ac ſeorſim conſideratus ut DEVS, Patri per omnia æqualis:) ſed quod ſit medium extquendæ electionis, ſeu, ille per quem ad finem electionis noſtræ deducimur.* Confer Syllabum Remonſtran-

strantium in actis. pag. 34. Fatentur quidem in Christo factam esse electionem, sed consequenter tantum & subalternativè. Helvetica quidem Confessio posterior Ita sonat pag. 93. *non sine medio, licet non propter ullum meritum nostrum, sed in Christo, & propter Christum, nos elegit Deus: ut qui jam sunt in Christo insiti per fidem, illi ipsi etiam sunt electi: Reprobi verò qui sunt extra Christum.* (Unde Masson. part 1. cap. 43. pag. 1639.) Wir nennen die Gnaden-wahl nicht darumb einen bloſen ledigen ſchluß/daß vns Gott frey ledig ohne Chriſtum/ohne Glauben vnd Buſſe/ohne Wort vnd Sacrament ſeelig machen wolte. Nein. Sondern darumb nennen wir die Gnaden-wahl einen freyen ledigen ſchluß: Weil GOtt keine Vrſach in vns gefunden/warumb er vns für andern erwehlen/vnd mit dem Glauben an Chriſtum begaben ſolte.) Sed ita ſentit, ut eam exponunt Interpretes. *Cothurnus latet in verbis, in Christo*, ita ipſe Pareus in Synod. Dordrac. ſeſſ. 99. p. 294. *Nos intelligimus cum Apostolo, Deum ante jacta mundi fundamenta nos elegisse in Christo consequenter, hoc est, ut fide, & Spiritu insereremur Christo, tanquam membra capiti, essemusque in Christo post electionem: mox enim declarat Apostolus. v. 4. Prædestinavit nos in adoptionem per IESVM CHRISTVM, adoptio verò fit per fidem. Ioh. 1 v. 12. Illi intelligunt Deum nos elegisse in Christo antecedenter, hoc est, ante electionem existentes in Christo per prævisam fidem. Unde verò electis Fides ordine ante Electionem? num ex gratia Dei? non certè. Gratiam*

enim

*enim facit Apostolus electione & prædestinatione posteriorem dicens: Elegit nos & prædestinavit ad laudem gloriosæ gratiæ suæ. num igitur ex libero arbitrio? hoc cum Pelagio statuant necesse est.* Masſonius hæc tradit part. 1. cap. 42. pag. 1514. Weil der Glaub GOttes gabe iſt/ wie Weller geſtehet: alſo hat er denſelbigen nicht in vns zuvor geſehen/ vnd darauff ſeine Wahl gerichtet. Chamier monet tom. 3. l. 7. cap. 1. §. 15. pag. 99. diligenter distinguendam ſummam cauſam, tùm electionis, tùm reprobationis, à ſubalternis, mediisque, ut neque hæ illam impediant: neque illa has tollat. Sed & cavendum, *ne mediis ſumma cauſa ullo modo ſubjiciatur, quaſi aut aliquâ ratione depēdeat, aut eventuum ſuorum certitudinem accipiat. Imò potius, ut mediæ intelligantur concurrere, quia primæ ſubjiciantur. Iſtam autem ſubalternam cauſam noſtræ reparationis vocat Chriſtum.* l. 9. cap. 1. Beza ad Eph. 1. pag. 350. *In Chriſto ergo, ut Mediatore ſitum eſt, quod ad cauſas executionis æterni de nobis ſervandis decreti fundamentum, utpote cui inſeri omnes electos oporteat: ut ipſius imputata juſtitia juſti beatam immortalitatem ab ipſo tandem hauriant.* Molinæus in Synod. Dordr. ſeſſ. 141. pag. 400. ad quæſtionem, qua quæri ſolet, *Vtrum Chriſtus ſit electionis fundamentum? ſic cenſeo reſpondendum. Chriſtus, quatenus eſt homo & mediator, eſſe caput Electorum, ſed non cauſam electionis, cum ipſe, qua homo, ſit electus. Eſt quidem cauſa meritoria ſalutis, & λύτρον. Sed non eſt cauſa, cur de duobus pariter peccatoribus, alter alteri præferatur. Cauſa*

*quæ-*

*quærenda est in Dei beneplacito, & amore gratuito, qui ordine antecedit interceſsionem Filij, quandoquidem Pater miſit Filium, & dedit redemptorem.* Haſſiaci ibid. pag. 531. *Eccleſiæ Reformatæ docent, Chriſtum eſſe electionis (non decernendæ, ſed exequendæ) medium, & quidem* σεφωμάτικον, *id eſt, primum ac præcipuum, cui reliqua omnia media, puta fides, juſtificatio, ſanctificatio, ipſaque etiam ſalus innitantur, ita quidem, ut decretum de Chriſto mittendo, & ignominioſam crucis mortem tradendo, ordine ſit poſterius decreto Electionis, ſeu, Electione.* Spanhem. in exerc. grat. Univerſ. ſcribit p. 101. *Ordine itaque concipiendi Electorum diſcretio poſterior eſſe nequit decreto mittendi Filium, quippe cuius miſsio medium fuit electioni Dei ſubordinatum, vel coordinatum ſaltem, per quod ſuos ad ſalutem deſtinatos perducere voluit.* Equidem Ioh. Croc. in defenſ. ſec. part. converſ. Pruten. cap. 13. p. 329. ſcribit *Gratiam Dei eligentis non eſſe ſimpliciter abſolutam concedo. nam non eſt abſoluta à cauſa impulſiva: radicatur enim in Chriſti ſatisfactione pro peccatoribus præſtitâ. Electi ſumus in Chriſto Epheſ. 1. Idque poſtulat Dei juſtitia.* Sed quod dextra porrigit, ſiniſtrâ ſtatim eripit, *nec eſt*, inquit ibid. *abſoluta à medijs homini conferendis ad ſalutem: Repugnat enim Dei voluntati quenquam ſervari ſine fide. Eſt verò abſoluta à cauſa, quæ ſit in homine; hoc concedunt adverſarij de cauſa impulſiva & meritoria. Ego idem de cauſa inſtrumentali aſſero.* hæc ille! qui dum electionis decretum ſolvit à fide ut inſtrumento prævifo, ſolvit à Chriſto, quia fides hîc non niſi ἐν σκοτῳ cernitur

& con-

& concretivè accipitur. hoc est, manus cum suo dono. Unde mox ibid. pag. 332. *Decretum de fide dandæ est pars decreti electionis: Sic enim DEVS ad vitam nos præordinavit, ut media quoque decreverit, quibus ad eam adducendi sumus. Verum* ibid. pag. 333. *non negamus, nos eligi in Christo, tanquam membra in capite modò rectè intelligatur. Eligimur in Christo non quasi existentes in Christo priusquam eligeremur, sed ut eius fieremus membra per fidem.* vid. D. Menz. in respons. ad defens. Crocii. cap. 13. pag. 133. Ubi inter alia pag. 136. *non negamus, inquit, nos eligi in Christo, tanquam membra in capite. Quo modo sumus nos membra sub capite Christo, eo, & non aliter, sumus in Christo electi ad vitam æternam. Per fidem sumus nos membra sub capite Christo: uti constat. Ergo per fidem & non aliter sumus in Christo electi ad vitam æternam.* Excipit Crocius, electos nos esse in Christo, ut capite. qui electus est, is est membrum Christi. Omnia autem Christi membra existunt in ipso, non extra ipsum; nisi negare velis unitatem corporis spiritualis: quæ unitas inimica est divulsioni, & τῷ extra ferre nequit, ut uno ore fatentur omnes orthodoxi. Eph. 4. 4. Unum corpus & unus Spiritus. &c,

§ 18. *à respectu præviſæ fidei, ſive,* obedientiæ fidei (negativè & passivè, non passivè & activè explicandæ de non repugnantiâ, quæ nec opus est, nec meritum in homine, sed nuda sui ad tractionem, tractationemque divinam permissio, ordinis divinæ irrepulsi admissio, mētis quod-

dam

dam sabbathum. Da der Mensch von seim thun (von seiner widerspenstigkeit lasset ab / auff daß GOtt sein Werck in jhm hab) *Electio* (ita Dordrac. pag. m. 342.) *facta est non ex prævisa fide, fideique obedientia, sanctitate, aut alia aliquâ bonâ qualitate & dispositione, tanquam causa, seu, conditione in homine eligendo prærequisita, sed ad fidem, fideique obedientiam, sanctitatem &c: Ac proinde electio est fons omnis salutaris boni: unde fides, sanctitas & reliqua donæ salvifica, ipsa denique vita æterna, ut fructus & effectus eius profluunt. Fides enim* (ita Gomar in judicio de primo articulo. pag. 29.) *obedientia illius, & perseverantia in ea, non est obiecti eligendi conditio, ante electionem prævisa, nec causa sine quâ non: sed electionis effectum proprium ex ea promanans.* Suffragatur Molinæus in Synod. Dordrac. sess. 141. pag. 396. *Electionem generalem & Conditionalem nullam agnosco; qua Arminiani volunt, omnes homines electos esse ad salutem conditionaliter; id est, dummodo credant, & ibid. Electionem ex fide prævisâ nullam agnosco: sive prævisa fides ponatur ut causa Electionis, sive ut conditio præcedens. Deus non eligit nos ex fide, sed ad fidem. & ibid. Errant, qui statuunt* p. 397. *neminem eligi, nisi consideratum jam ut mortuum, aut certe ut constitutum in extremo puncto, quod est vitæ mortisque confinium.* adde Britannos in Synod. Dordrac. pag. 491. *huius voluntatis causam motivam non agnoscimus aliam, præter merum Dei beneplacitum.* & ibid. pag. 493. *Electionis decretum est definitum, inconditionatum.* Joh. Croc. in defens. secundæ partis

Con-

Couvers. Pruten. cap. 9. pag. 285. *de electione quæris; Cur hunc Deus elegit, v. g. Petrum, Paulum, hic non concurrit fides cum voluntate Dei, sicut ibi peccatum. Nam nec Petrus, nec Paulus, nec ullus homo ex se habet vires ad credendum, sed habet à Deo datas. Vires hæ ab electionis gratia conferuntur: quomodo verò discriminis sit causa, quod homini ideo datur, quia est Electus. Fides ergo electionem in mente Dei non antecedit. Electi sunt in Christum credituri non per hoc, quod sint credituri, sed ut credant, & sint sancti.* Ephes. 1. Confer. Theol. Hassiac. gründliche Außführung. cap. 1. pag. 6. statum controversiæ non ferit Iac. Laurent. in Paulo *Svovnt.* pag. 277. cum negat Decretum absolutum dici debere ratione finis & mediorum. *neque enim prædestinat Deus absolutè sed ad certum finem: neque decernit eo quempiam transmittere absolutè sed per media, electos per Christi meritum, vocationem &c: reprobos interventu peccati tùm originalis tùm actualis, cæterorumque justitiæ suæ effectuum gratiæ negationis, indurationis excæcationis.*

§ 19. (δ) Paucis ex genere humano lapso selectis mortalibus gratiosum. *Credimus* (ita Confessio Gallicana. art. 12. pag. 95.) *Deum ex hâc corruptione & damnatione universali, in qua omnes homines natura sunt submersi, alios quidem eripere, quos videlicet æterno & immutabili suo consilio, sola suâ bonitate, & misericordia, nulloque ipsorum respectu, in IESV CHRISTO elegit.* Deum ait Bucanus. loc. 36. pag. 395. *omnes homines futuros ante oculos sibi proposuisse, & quatenus futuri erant impy & male-*

*maledicti, eos etiam ita considerasse, atque ita quosdam ex hominum communi massâ & colluvie, eosque gratis, pro beneplacito voluntatis suæ elegisse, aliis in peccato & maledictione relictis.*

§ 20. Actuum catenâ choreâve colligatum, Zanchij hæc est series l. 5. de N. D. cap. 2. 4. 1. *Deus absolutè aliquos voluit in filios adoptare, hos præscitos dilexit, dilectos elegit, prædestinavit ad gloriam.* hinc eodem interprete in miscell. de libro vitæ p.m. 209. *sequuntur quatuor annuli unius catenæ indissolubilis quâ è cœlo demissâ pater in cœlum trahit electos; prædestinatio ad vitam in Christo, vocatio efficax ad Christum, justificatio per Christum, glorificatio cum Christo.* Bezæ hæc est συστοιχείωσις in epist. ad Rom. 8. p. 99. *Verbi gratia, Proposuit Dominus gloriam suam illustrare: hoc sit propositum propriè vocatum. Deinde constituit, quorum hominum salute glorificetur, ita ut illos habeat in conspectu, quos peculiari favore dignetur suis momentis: hæc sit præscriptio, vel prænotio: Postremò huic præscitioni attexitur προορισμὸς, Prædestinatio, quâ certis gradibus suos illos destinat ad se vocare: ut quemadmodum proposuit, eorum salute glorificetur: cujus prædestinationis fons & caput est Christus. Qui verò præscientiam interpretantur, & hoc nomen referunt ad qualitates in hominibus præviſas, quibus Dominus ad eligendum, vel reprobandum ducatur, puta fidem vel incredulitatem, perseverantiam aut defectionem, bona vel mala opera, illi norint se ita esse ineptos & imperitos, ut ne refutatione quidem indigeant.* & in epist. ad Ephes. 1. pag. 350. *DEVM meritò dicamus, antequam hominem*

*conderet, primum constituisse gloriam suam in servandis per misericordiam nonnullis patefacere, cum primum omnium soleant omnes artifices de fine constituere, deinde ut hunc finem consequereretur, decrevisse hominem condere marem, & fœminam, integros quidem illos, sed qui sponte lapsi, sese posterosque suos redderent judicio Dei obnoxios: ex quibus postea certos, quos illi libuisset selectos per misericordiam servaret: ac demum his constitutis, decrevisse opus illud edere omnium pulcherrimum & magnificentissimum: nempe ut Verbum illud æternũ caro fieret. in quo adoptati quos ei rei prædestinasset, ac suo tempore sapientiam, justitiam, sanctificationem, redemtionem gratis per fidem adepti servarentur.* Catenam gratiarum in gloriam terminatarum ita nectit Gomarus pag. 28. *Qualis est gratia dationis Christi in Servatorem.* Joh. 3. 16. 1. Petr. 1. 20. & 1. Joh 4. 10. & vocationis. Rom. 8. 28. & 2. Thess. 2. 13. Phil. 1. 29. & 2. 13. Justificationis. Rom. 8. 30. Conformitatis cum Christo Rom. 8. 29. ac sanctificationis. Eph. 1. 4. & 2. Thess. 2. 18. Adoptionis. Ephes. 1. 5. & conservationis in Christo & per Christum Joh. 6. 29. & 10. 28. 29. donatio. *Ad quam gratiam, non minus quam ad salutem, prædestinatio est instituta.* 1 Petr. 2. *Quæ salus in credentibus & proœmium est fidei.* 2. Tim. 4. 8. & finis. 1. Petr. 1. 8. *Quia bonum est summum, cuius causa fides datur, & quo fides tendit.* 2. Thess. 2. 13. Joh. 20. 31. Act. 26. 18. *Gratia verò donationis Christi, vocationis, fidei, justificationis, sanctificationis, adoptionis, perseverantiæ, salutem ipsam antecedit, ut medium eo destina-*

*ſtinatum, ſed ipſam prædeſtinationem ad ſalutem ordine conſequitur.* Bucan. loc. 36. pag. 398. diſtinguit inter media communia & electis propria, *communia ſunt*, inquit. pag. 398. *tùm electis, tùm reprobis, quibus electi & reprobi exequantur tria, nempe creatio hominis maris & fœminæ in recto ſtatu, id eſt, in juſtitia & ſanctitate, ſed mutabilis eſt: Lapſus hominis, quo peccavit fœdiſſimè, qui & ordinatione, & voluntate Dei non potuit non evenire, ut eius miſeria miſericordiæ, culpa verò juſtitiæ Dei locum daret (neq; enim quidquam neſciente, vel invito ac nolente DEO, vel temerè evenire dici poteſt à cuius voluntate ne paſſerculi quidem excipiuntur. Matth. 10. 29.) tamen ſponteneus ac voluntarius fuit: & proinde lapſus Adami culpa tota in ipſius voluntate libera, & minimè coacta hæret, qua Serpenti magis, quam Deo obtemperavit, non in nudâ & ſolâ Dei voluntate. Propagatio iſtius peccati, reatus & pœnæ ab Adamo in ſingulos homines. Media propria ſunt ſex ibid. pag. 399. quæ ad Electionem, ſive, Prædeſtinationem Electorum relata, proptiè ſunt eius effecta, inter ſe verò in vicem, & ad finem Electionis collata, tum cauſa tum effecta dici poſſunt. Ac tria quidem ſe habent inſtar Cauſarum mediarum, tria verò inſtar Effectorum. Primum medium eſt Chriſtus, non quatenus λόγος ſimpliciter, Patri ὁμοούσιος & per omnia æqualis (ſic enim eſt cauſa primaria, non ſecundaria, cum Patre & Spiritu Sancto, Electionis noſtræ. Ioh. 13. 18. Scio quos elegerim) ſed quatenus Mediator, in quo eligeret. Secundum medium ibid. pag. 400. eſt Vocatio efficax ex Spiritus inſpiratione ad veram Pœnitentiam, & agnitionem Chriſti. Ordi-*

naria quidem adultorum per Evangelij prædicationem: Extraordinaria verò veluti infantum electorum, ut Iohannis baptistæ in utero matris, & surdorum quorundam, medio nobis incognito. Tertium est fides in Christum, seu, applicatio Christi per fidem, ex qua sequitur nostra cum eodem coniunctio arctissima, unio, incorporatio, communicatio, & in eo insitio. Ex his sequuntur tria effecta, Iustificatio coram DEO, quæ in imputatione justitiæ Christi consistit. Sanctificatio, quâ Electi Spiritu S. donati renovantur Spiritu mentis, & novi homines efficiuntur, qui efficit etiam bona opera per ipsos, quæ Deo grata accepta sunt propter Christum: & Glorificatio, per eundem Christum, quæ eadem Dei prædestinatio ordinavit ab æterno, illa verò ex mera suâ gratiâ, & unumquodque eorum: quo libuit tempore modo seriùs modo tardiùs applicat efficaci Evangelij prædicatione unicuique Electo, & misericordissimè prout ipse DEVS sapientissimè vult, & decernit. Atque hæc est illa Salutis catena vere aurea, & nexus insolubilis, qui deducit à suprema causâ per media ordinata & applicata, ad effectum ultimum.

Hanc catenam his gradibus videmur compendiò confibulare posse, sub uno generali, & radicali capite τῇ εὐδοκίᾳ beneplacito voluntatis divinæ. I. Εὐδοκία glorificandæ misericordiæ divinæ.

II. Εὐδοκία absolutę προγνώσεως. h. e. præscripti, & præsanciti de quibusdam ex genere humano adoptandis, glorificandis, semper in conspectu habendis.

III. Ε'υ-

III. Εὐδοκία absoluta dilectionis, & ex hâc electionis, & ex hâc prædestinationis ad medium.

IV. Εὐδοκία absoluta subordinationis secularis in executione, constantis vocatione, justificatione, glorificatione.

§ 21. (e) *Fatali ac necessitante*, quam quidem deprecatur Calvinus, qui inquit. l. 1. instit. cap. 16. n. 8. pag. 62. *Qui huic doctrinæ invidiam facere volunt, calumniantur esse dogma stoicorum, de fato: quod & Augustino exprobatum aliquando fuit. nos etsi de verbis inviti litigamus, Fati tamen vocabulum non recipimus: tum quia est ex eorum genere, quorum profanas novitates refugere nos Paulus docet; tum quia eius odio conantur gravare Dei veritatem, dogma verò ipsum falsò nobis, ac malitiosè obiectatur.* hæc ille. definitum inficiatus, cum definitionem posuisset. à definito tamen non prorsus abhorret Polan. tom. 1. l. 4. c. 6. hanc tamen differentiam inter alia ponit inter fatum stoicum & Christianum. p. 1537. *Quod stoici vim inferant voluntati violentam: Christiani negent voluntatem cogi, solumque DEVM in hominum agere voluntates, non cogendo tamen sed absque violentia flectendo quò vult.* Theologi Britanni, quod nos fatale dicimus, efficax appellant, *efficax* inquiunt in act. Synod. dordrac. pag. 490. *quia recipit non nudum ordinem ad vitam relinquens hominem sic ordinatum in manu arbitrij sui, sicuti Adam fuit ad beatitudinem ordinatus, sed respicit, atque decernit ipsum eventum ordinis. Est enim voluntas hæc cum*

*potentia coniuncta. & pag. 493. In prædestinatione media salutis non minus decreta sunt absolutè, quam salus ipsa. nam licet salus in executione pendeat ex conditionato usu mediorum, tamen Dei salutem eligentis voluntas non est conditionata, incompleta aut mutabilis: quia absolutè statuit dare electis vim & voluntatem implendi ipsas conditiones scilicet resipiscentiæ, fidei, obedientiæ, & perseverantiæ. Dei enim prædestinantis decretum non in hanc formam concipitur. Ego Petrum, si contigerit eum credere, & perseverare, eligam ad vitam æternam: sed potius hoc modo, Ego eligo Petrum ad vitam æternam, quam ut infallibiliter consequatur, ego ei dabo fidem perseverantem.* Confer Hasliacos ibid. pag. 530. Audiendi hîc è provincialibus Geldri, decretum ajunt illi pag. 42. quo salus *infallibiliter decernitur certis personis, simulque media ad salutem necessaria ordinantur, & ex cuius vi primitus & efficaciter fluit participatio tùm mediorum istorum ad salutem necessariorum, tùm ipsius salutis, id verè dicitur fundamentum salutis.* Confer syllabum in Act. Remonstrat. part. 2. pag. 30. & 35. ubi inter alia Gomarus. *Certa sunt media, quibus Deus electos suos ad salutem perducit, & quicunque ad finem prædestinati sunt, ij etiam omnes ad ea media, sine quibus finem consequi non possunt prædestinati sunt.* Zanchius ibid. pag. 31. de natura Dei. lib. de Prædest. Sanct. quæst. 5. pag. 538. in fol. *Quicunque ad finem prædestinati sunt, ij etiam omnes ad ea media, sine quibus finem consequi non possunt, sunt prædestinati. ac proinde ut ad finem propter Electionis firmitudinem necessariò tandem perve-*

*perveniant Electi; ita etiam propter eandem firmitudinem per media ad finem ordinata, ut deducantur, & ambulent necesse est.* Idem Miscell. fol. 322. *absolutè enim vult Electos salvos fieri, ideò etiam dat illis quæcunque ad salutem sunt necessaria, unde & servantur necessariò. Conditionaliter verò vult, ut alij omnes, etiam reprobi serventur, si ipsi velint credere, obedireque legi Dei, & hoc illis significatur per prædicationem verbi. at quia nec Deus vult donare ipsis fidem, nec ipsi ex se credere possunt, propter innatas tenebras & infidelitatem ideò non possunt servari. Vult igitur Deus reprobos absolutè non servari, & hæc voluntas impletur: vult verò eos servari ea conditione, si ipsi velint, & possint credere, & hæc sola in nullo impletur.* & pag. 31. Zanchius ibid. pag. 664. Col. 2. in 4. *Tenendum est Electionem firmam atque immutabilem esse, ac proinde sicut facta est sine respectu operum, ita etiam nullis nostris malis meritis immutari posse. Res sanè certa est,* inquit Spanhem. de gratia Universali. pag. 1819. *reprobos salvari non posse: propter τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς τοῦ θεοῦ. Hebr. v. 17. non magis, quam electis damnari.*

Parturiente hanc consequentiam (ut colligit D. Meisner. in antropol. decad. 2. q. 2. p. 146.) cum syntheticam à priori descendendo. *Quicunque ab æterno non fuit præscitus, dilectus, electus, prædestinatus: illi non est missus Filius, ille non vocatur, neque potest credere, multò minus justificari & glorificari.* tùm analyticam à posteriori ascendendo. *Qui non glorificatur, ille non est vocatus, pro*

eo Christus non est mortuus, is non est prædestinatus, electus, dilectus, præscitus. Ita enim Croc. defens. convers. Pruten. pag. 298. nam illi & non alij efficaciter vocantur, adoptantur, justificantur, glorificantur, quam qui sunt electi: vicissim illi & non alij sunt electi, quam qui adoptantur, justificantur, sanctificantur, glorificantur.

§ 22. (ξ) Gratificum & glorificum. Est enim juxta Gomar. in judic. pag. 28. prædestinatio non solum ad salutem ac gloriam, sed etiam ad gratiam, quæ ad gloriam conferendam necessaria. Sed & absolutè Certificum. In electis (ita Calvin. l. 3. instit. cap. 21. v. 7. pag. 378. fac. 2.) vocationem statuimus, electionis testimonium. Iustificationem deinde, alterum eius manifestandæ symbolum, donec ad gloriam, in qua eius complementum extat, pervenitur. Quemadmodum autem vocatione & justificatione electos suos Dominus signat, ita reprobos vel à notitia sui nominis, vel à Spiritus sui Sanctificatione excludendo, quale maneat eos judicium istis velati notis aperit. Geldrorum hæc est assertio in judic. provinc. pag. 42. Decretum quod æternam salutem infallibiliter, & irrevocabiliter paratum esse statuit omnibus ac singulis, qui mediorum ad salutem necessariorum semel verè facti sunt participes, id demum certitudinis de salute fundamentum est. Fr. Gomarus scribit in judic. pag. 30. Fideles in hâc vita de electione suâ salvifica certi sunt: non solum hâc conditione si perseveraverint: sed etiam absolutè, quia sese perseveraturos esse per Dei & Christi gratiam certi sunt. Juxta Britannos. ibid. pag. 497. & ibid. damnatur

tur θέσις contraria. 16. Nullum esse *fructum aut sensum suæ Electionis à quoquam in hâc vitâ perceptibilem, nisi conditionatum.*

§ 23. (n) *A gloriâ gratiæ divinæ necessariò patefaciendâ. Credimus* (ita Belgica Confessio. p. 96.) *Deum, posteaquam tota Adami soboles sic in perditionem & exitium, primi hominis culpa, præcipitata fuit, seipsum talem demonstrasse, ac præstitisse, qualis est revera, nimirum & misericordem & justum. Misericordem quidem, eos damnatione & interitu liberando & servando, quos in æterno suo consilio pro gratuitâ suâ bonitate per Iesum Christum Dominum nostrum elegit, absque ullo operum ipsorum respectu. Cum enim Deus* (ita Bucan. l. cit. pag. 398.) *antequam humanum genus conderet, jam tum in Electorum salute constituisset insigne misericordiæ suæ specimen edere, itemque in Reproborum condemnatione, justum suum judicium ostendere, necesse fuit utrosque suo peccato includi, ut nimirum credentium misereretur, & contra, ut justæ condemnationis in his inveniret, quibus nec credere, nec mysteria intelligere datum est, Matth. 13. 11. Ex his igitur generis humani ruinis, Deus sapientissimus alios sibimet separare, eligere tanquam vasa misericordiæ suæ, adducere ad vitam decrevit.*

§ 24. (θ) Sacro rationis stupore & oris silentio venerabile. Ita enim Calvin. l. 3. instit. c. 21. n. 1. pag. 325. *meminerint, in prædestinationem dum inquirunt se in divinæ sapientiæ adyta penetrare, quo si quis secure ac confidenter prorumpat, nec quo suam curiositatem satiet assequetur, & labyrinthum in-*

grædietur, cuius nullum reperiet exitum. neque enim æquum est, ut quæ in seipso abscondita esse voluit Dominus, impunè homo excutiat. & sapientiæ sublimitatem (quam adorari, & non apprehendi voluit, ut per ipsam quoque admirabilis nobis foret) ab ipsa æternitate evolvet. Quod si nos solicitat ingenij lascivia, semper illud, quo rètundatur, opponere expediet; sicut nimirum mellis non bonum est, ita investigationem gloriæ non cedere curiosis in gloriam. & ibid. pag. 326. legitimum finem teneamus, redeundum erit ad verbum Domini, in quo habemus certam intelligentiæ regulam. Est enim Scriptura, Schola Sp. S. in qua ut nihil prætermissum est scribit & necessarium & utile, sic nihil docetur, nisi quod scire conducat. Quicquid igitur de prædestinatione in Scriptura proditur, cavendum est, ne ab eo fidelès arceamus: ne videamur aut illos malignè fraudare Dei sui beneficio, aut Spiritum arguere, ac suggillare, qui ea vulgarit, quæ utile sit ullo modo supprimi. Permittamus, inquam, Christiano homini cunctis, qui ad eum diriguntur, Dei sermonibus mentem aures que referare, modò cum hâc temperantiâ, ut cum primum Dominus sacrum os clauserit, ille quoque viam sibi ad inquirendum præcludat. Arcana, inquit, sua sunt Deo nostro: nobis autem & filiis nostris hæc manifestavit. & cap. 23. pag. 335. f. 2. negamus DEVM obnoxium esse reddendæ rationi: negamus etiam nos esse idoneos judices, qui proprio sensu pronunciemus de hac causa. Chamier l. 7. cap. 1. pag. 99. de hâc Prædestinatione controversia magna est inter maximas, infinitis obsita difficultatibus: & verè, inquit, Altensteinius, Hydriæ instar: soluto enim nodo uno, alij sese innumerabi-

merabiles, quasi consulto implicant, nunquam, & nusquam quiescente humani ingenij superbissimâ curiositate, quæ sese regulam veri ac falsi, æqui atque iniqui constituens, nihil admittit, quòd sibi non putet exploratissimum. Et tamen in temporalibus non paucis cæcutienti, quid mirum, si pleraque in æternis sunt penetratu impossibilia, nedum difficilia? Habitat certè Deus lumen ἀπρόσιτον. & ibid. Illa verò summa tota in Deo nobis abscondita: adeo, ut cum ad eam disputando perveniisset Paulus ad Roman. cap. 9. non putarit ulterius satisfaciendum humanæ curiositatis pruritui: sed importunè obstrepentem audaciam serio coërcuit, Imò verò, inquit, O homo tu quis es, qui ex adverso respondes Deo?

II. Decretum Reprobationis.

§ 25. Illud est propositum, seu; decretum Dei. Quod definitur à synodicis in judicio Gomari. pag. 32. *Reprobatio peremptoria est decretum Dei, quo, pro voluntate suâ liberrimâ, ad declarationem justitiæ suæ vindicantis, certos ex humano universo genere homines, nec gratia, nec gloria donare, sed in peccatum libere prolabi permittere, & in peccatis relinquere, justeque tandem propter peccata condemnare constituit.* à Molinæo sess. 141. pag. 401. *Reprobatio est decretum, quo DEVS ab æterno statuit, certis hominibus, non dare gratiam, qua ab insitâ pravitate, & debitâ maledictione, liberentur, eosque ad justas & commeritas pœnas ob peccatum destinavit.* à Britannis ibid. pag. 500. *Reprobatio proprie dicta, seu, non electio, est æternum Dei decretum, quo statuit pro liberrimâ suâ voluntate quarundam personarum in Adamo lapsarum, non usque eò*

miseré-

*misereri, ut eas per Christum efficaciter eripiat è statu miseriæ, & infallibiliter ad beatitudinem perducat.* Sed operæ precium est, illud hîc quoque digerere.

Decretum Reprobationis est (α) decretum arcanum irresistibile (β) absolutum (γ) voluntatis divinæ (δ) maximæ hominum parti exitiale (ε) fatali actuum catenâ colligatum (ζ) à gloriâ justitiæ divinæ necessariò patefaciendæ commotum (η) sacro rationis stupore & oris silentio horribile.

Detectio Phantasmatis.

(α) Decretum arcanum, irresistibile nimirum ut decretum electionis paulò ante.

§ 26. (β) Absolutum. *Reprobatio est actus Dei internus, absolutè simplex, aiunt* Ultrajectini in Synod. Dordrac. pag. 105. Absolutum in peccati respectu, ut omnibus nervis contendit *Polanus* l. 4. syntagm. cap. 10. pag. 1615. Absolutum *à respectu humanæ indignitatis. ita enim* Ultrajectini in Synod. Dordrac. pag. 105. *Si indignitas in hominibus latens causa est, quod nonnullis Deus gratiam Evangelij non confert, omnes & singulos homines præterituru esset DEVS. Omnes enim æquè indigni naturâ. Aut necesse esset natura alios alijs esse digniores. Hoc autem falsum. Omnes ex eadem sunt massâ corruptâ, omnes in & per peccata mortui, omnes naturâ filij iræ. Si indignitas est causa non manifestationis Evangelij, cur latroni se patefacit Christus non autem Socrati, non Platoni? Hi enim si vitæ foris actæ ratio habeatur, illo digniores videntur fuisse. Etsi peccatum* (inquit Molinæus in Synod.

Synod. Dordrac. sess. 141. pag. 401.) *sit causa meritoria destinationis ad pœnam, non est tamen causa voluntatis, per quam DEVS ponit discrimen inter Electos & reprobos. Sint enim duo fontes, rei eiusdem criminis; placeat autem Regi hunc damnare, illum absolvere. peccatum quidem causa est, cur ille plectatur capite; at non est causa, cur Rex aliter sit affectus erga unum, quam erga alterum, cum par utrobique sit culpa. Causa discriminis est, quod aliquid interceßit, quod ab uno horum pœnam avertit. Quod quidem in Prædestinationis negotio, est mera Dei εὐδοκία, qua ei visum est, hos donare Christo: cæteros vero in insitâ corruptione & commeritâ maledictione, relinquere. Super quo dilectu, nefas est Deo litem intendere, aut eum vocare ad calculos. Sed usurpandum illud Pauli, O homo, quis tu es? &c. Hoc unum sitet mentibus nostris infixum, Deum his dare gratiam indebitam; illis, irrogare pœnam debitam: ut illi habeant, quo laudent eius bonitatem: hi non habeant, quod conquerantur de eius justitia. Hæc non electio, sive præterito* (ita Britanni pag. 501.) *non præsupponitur in homine præterito aliquam qualitatem, vel conditionem aliam, quam qua in electo reperta est, & quæ toti massæ corruptæ sit communis.* Wittackerus. I. in cygnæa Cantione pag. 692 edit. Genev. anno 1610. scribit: *reprobationem intelligo non damnationem, quam certissimum est, nunquam nisi propter peccatum infligi, sed decretum non dandi vitam, non inferendi, non servandi, non vocandi, quam Scholastici non inepte reprobationem negativam appellant: Sed hæc negatio affirmationem includit. Si enim Deus decrevit,*

*aut*

*aut nihil de illis certò & affirmativè definiisse putandus est: quod nisi absurdissimè cogitari non potest &c.* Quærit Walæus in loco de elect. pag. 490. *An peccatum sit reprob. causa? Resp. Si absoluta reprobatio spectetur, causa est sine qua non: Nam Deus creaturam nunquam à gratia rejiceret, nisi præteritione non indignam reperisset. Interim tamen non est causa adæquata; quia non potuit in iis quos præterijt, etiam ostendere misericordiam suam si id ipsi placuisset, quemadmodum in alijs, ipsis non dignioribus, fecit. Si verò Reprobatio comparativa spectetur, id est, cur hic potius sit reiectus quam ille; dicimus eam esse Dei jus & voluntatem, quæ ratione non caret, etsi ea nobis revelata non sit.* Eant nunc Cassellani & negent se absolutum reprobationis Decretum non apprabare vide Hassiac. gründliche Außführung. c. 1. p. 2.

§ 27. (γ) Voluntatis (ita appellat Spanhem. exerc. de grat. Univers. pag. 122.) & voluntatis divinæ, tanquam causæ altissimæ *voluntatis* in quam in præteritione, *voluntatis* in reprobatione, seu, peccato commotæ, seu, peccatum solum ut consequens respiciente. Juxta Ravanell. part. 2. pag. 465. *de certis quibusdam hominibus deserendis, seu, in peccato, in quod sese sponte præcipitaturi erant, relinquendis, atque adeo, excludendis à participatione, tùm salutiferæ & supernaturalis suæ gratiæ in hac vita, tùm cœlestis & æternæ gloriæ suæ in altera vita, imò etiam propter peccatum damnandis seu exitio æterno addicendis.* distinguitur ibid. p. 465. *actum, negativum, qui est, deserere seu, relinquere quos-*

*dam*

in peccato, vel nolle eorum misereri, seu gratiam & gloriam eis conferre, diciturque à Theologis præteritio, & denotatur ab Apostolo per odium DEI Rom. 9. 13. ex Malach. 1. 3. & per indurationem Rom. 9. 18. nam licet odium & induratio sint voces, quæ aliquid positivum significare videantur, attamen hîc negativè accipiuntur, illa quidem pro nolle diligere, ista verò, pro nolle misereri, ut patet ex antithesi utrique voci adiuncta: alterum affirmativum, seu, positivum, qui est, velle damnare, seu, in æternum punire, & à Theologis appellatur, prædamnatio, vel, præordinatio ad pœnam, cuius respectu DEVS dicitur fecisse impium, illum scilicet impium, qui reprobus est, ad diem mali. Prov. 16. 4. & ad dedecus, seu, contumeliam. Rom. 9. 21. excitasse eum ad hoc ipsum, ut ostendat in eo potentiam suam. vers. 17. & constituisse eum ad iram. 1. Thessal. 5. 9. ipsique reprobi dicuntur esse jam olim præscripti πάλαι προγεγραμμένοι ad damnationem, seu, condemnationem. Iud. v. 4. esse constituti ad contumaciam. 1. Petr. 2. 8. esse vasa iræ compacta ad interitum sempiternum Rom. 9. 22. & comparantur animantibus rationis expertibus, quæ facta sunt ad eum finem, ut capta intereant. 2. Petr. 2. 12. Embdanorum Judicium sic habet in Synodo Dordrac. pag. 569. DEVS secundum beneplacitum suum quosdam iusto, sed nobis incomprehensibili judicio reprobavit, hoc est, constituit præterire aliquos & relinquere in communi exitio, in quod omnes per peccatum sese præcipitaturi erant. & pag. 597. Reprobationis causa, qua Deus decrevit quosdam in exitio, in quod sese præcipitaturi erant, relinquere, est merum ipsius beneplacitum. Matth. 11. ita Pater, quia

*quia sic beneplacitum fuit coram Te. Non itaque proprie propter peccatum reprobavit Deus, quoniam omnes erant futuri peccatores, ac sic omnes reprobasset. Deinde Apostolus Rom. 9. dicit de Iacobo & Esavo, antequam quicquam boni aut mali feciſſent. Denique æternæ Dei voluntatis causa non potest esse peccatum. At reprobatio est æterna Dei voluntas. E. eius causa non est peccatum. & pag. 598. Deus etiamsi neminem reprobaverit propter peccatum, neminem tamen damnare & æternis supplicijs punire decrevit, nisi propter peccata.* conf. Hildebrand. in declarat. artic. 2. p. 12. & seqq.

*Odio prosequentis.* Est enim *reprobatio actus absoluti odij & iræ*, juxta Chamier tom. 3. l. 7. cap. 1. n. 5. *Prædestinatio vel amor est, vel odium.* ibid. cap. 2. n. 7.

Dominico-Judiciariæ. *Dominicæ* ratione præteritionis, *judiciariæ* ratione reprobationis. *Etsi Deus*, inquit Paræus in Iren. cap. 28. pag. 756. *absoluto suo jure omnes homines ordinare poterat ad interitum, si voluisset: tamen quia se non absolutum Dominum, sed & justum judicem declarare voluit, absoluto suo jure in ordinandis aliquibus ad interitum non est usus, ne quis sibi iniuriam factam criminari posset: Sed usus est jure ordinato, & revelato in lege, quæ dicit: Anima, quæ peccaverit, ea morietur: Item, Hoc est jus DEI, ut qui talia faciunt, digni sint morte, hoc est, ordinavit ad damnationis pœnam, non utique innocentes, sed peccatores in Adamo. Sicut Deus electorum Pater est, ita Reproborum non Pater, sed tantum Creator est.* ita Chamier. l. 7. cap. 7. n. 18.

Præ-

*Præcludentis aditum* ad vitam æternam. Ita enim Calvin. l. 3. c. 21. n. 7. p. 328. f. 2. *quos damnationi addicit, his justo quidem & irreprehensibili, sed incomprehensibili ipsius judicio, vitæ aditum præcludit.*

§ 28. (δ) maximæ hominum parti exitiale, multis ac millies mille millenis myriadibus è genere humano invisis, infestum, tanquam iræ organis, & severitatis exemplis. *Quos enim,* ita Calvinus. l. 3. institut. cap. 24. n. 12. p. 346. *in vitæ contumeliam, & mortis exitium creavit, ut iræ suæ organa forent, & severitatis exempla, eos, ut in finem suum perveniant, nunc audiendi verbi sui facultate privat: nunc eius prædicatione magis excæcat, & obstupefacit. Quidam sunt non Electi, sed in æternâ DEI electione præteriti, quos sc.* (ita Synodici Dordrac. p. 343.) *Deus ex liberrimo, justissimo, irreprehensibili, & immutabili beneplacito decrevit in communi miseria, in quam se sua culpa præcipitârunt, relinquere, nec salvificâ fide, & conversionis gratia donare, sed in viis suis, & sub justo judicio relictos, tandem non tantum propter infidelitatem, sed etiam cætera omnia peccata, ad declarationem justitiæ suæ damnare & æternum punire.*

Ac hos inter Jnfantes tenelluli à sanguine materno adhuc calentes citâ morte peremti, ideò nati ut damnarentur. Etenim juxta Arminianos in Synod. Dordrac. pag. 499. *ad rationem electionis divinæ sive ponendam, seu tollendam, circumstantia ætatis est, quiddam impertinens, & nihil prorsus operatur. Infantium* (ajunt Helvetici ibid. pag. 540.) *non minus, quam adultorum electionem & repro-*

*bationem esse, adversus DEVM, qui nondum natos amat misericorditer, & odit inculpabiliter, negare, non possumus.* Remonstrantes pag. 21. in hanc sententiam adducunt verba Paræi. *de amissione* gratiæ, & statu peccati contra Bellarm. l. 6. pag. 891. *Nec Zvvinglius, nec Calvinus, nec quisquam nostrum indefinitè omnes infantes sine baptismo vel in utero matris, vel in partu, vel dum ad baptismum gestantur, decedentes in cœlo cum beatis collocant, sed de solis infantibus Ecclesiæ in fœdere natis, si morte præveniantur, canone charitatis ita pronunciant ex singulari privilegio promissionis, parentibus & liberis factæ in fœdere, Ero Deus tuus, & seminis tui: Salvâ tamen Electione Dei, quæ ut olim in Abrahami & Isaaci familiâ, ita deinceps in fidelium liberis sæpe discrimen fecit, ac facit, nobis nec scrutandum, nec sugillandum, sed adorandum. Rom. 9. 11. Hæc est nostra & nostrorum DD. constans de hâc quæstione sententia.* Verum quidem est aliud quid de infantibus fidelium, quam infidelium dicere velle videtur Pareus, sed si verba propius introspicias, idem planè dicere judicandus est: Canonis enim caritatis mentionem cum facit, indicat, non obscure certâ fide tenendum non esse, quod de fidelium liberis ait, sed ex charitate tantùm statuendum, quæ non rarò fallitur; & sub hoc velo multi latere hactenus studuerunt, sed frustrâ; Dum enim judicii hujus ex caritate profecti fundamentum allegant, promissionem divinam adferre solent, uti & hoc loco D. Paræus: at promissio non est judicii chari-

charitatis, sed fidei certissimæ & indubiæ fundamentum. Deinde cum salvam manere vult Electionem, iterum ostendit, quâ ratione verba sua intelligi velit. Et sanè si fundamentum eorum videatur, nulla causa est, cur de infantibus fidelium in infantia morientibus aliter statuant, quâ de cæteris reprobi: cũ reprobatio sit facta ex genere quidé humano lapso, uti quidã volunt, sed absque ullo respectu in peccatum, tanquam in causam meritoriam aut impulsivam Reprobationis. Id si verum sit, cur majore infantium ex fidelibus natorum commiseratione, quàm aliorum reproborum, & ex infidelibus natorum duci velle, aut ductum Deum esse asserunt? Si quis dicat actũalia peccata deinde intervenire in adultis, per quæ reos seipsos condemnationis faciunt: Respondetur ex ipsorum principiis. 1. Id in liberis eorum in infantia morientibus locum non habere. 2. Eadem peccata esse vel effecta, vel consequentia saltem Reprobationis necessaria & inevitabilia, ac proinde per ea condemnationis reos fieri non posse. *Petri Martyris* assertio extat ad Rom. 5. pag. 304. *De parvulis Christianorum, qui absque hoc Sacramento decedunt, si interrogarer, respondere m, de illis spem bonam habendam esse, eamque niti verbo Dei, nimirum fœdere & pacto inito cum Abrahamo, quo Deus pollicetur se non tantum illis fore Deum, verum etiam semini eius. Quæ tamen promissio cum non ita sit generalis, ut omnes comprehendat, ideo nemini sic decedenti,*

*ausim particulariter promittere certam salutem. Sunt enim aliqui Sanctorum Filij, qui ad prædestinationem non pertinent, qualis legimus fuisse Esau, Ismaël & alios complures.* Chamier. tom. 3. lib. 8. de prædest. c. 8. n. 14. *in Infantibus* ait. pag. *117. nullum esse posse respectum cooperationis cum gratiâ aut repugnantia manifestissimum est. Et tamen in iis ipsis disertissimè Paulus non prædestinationem tantum ad salutem, sed etiam reprobationem constituit, testibus Scripturis. Augustinus etiam inde petit demonstrationem firmissimam contra Pelagianos. Et sanè, vel asserendum nullos infantes destinari ad pœnam, vel confitendum aliquos destinari nullo habito respectu cooperationis aut repugnantiæ. Illud ergò, cum sit absurdum, hoc potius tenendum pro vero.*

*Sunt autem hominum pereuntium duo ordines* (juxta Chamier tom. *3.* l. 7. cap. *1.* §. 18. pag. 99.) *alij prorsus deserti in naturali corruptione, ignorantiaque divinæ veritatis, ut plurimi infantes, donati extra Ecclesiā: plurimi rursus in mera infidelitate cenfeneſcentes, nunquam oblato veritatis, vel sono, ut Tyrij & Sidonij, Matth. 11. ut Ethnicorum turba infinita, hodieque Mahumetanorum, atque aliorum infidelium, ad quos Evangelij vox non pervenit. Alijs verò Deus sese communicat, oblata veritatis cognitione, per Evangelij prædicationem, plus minusve: ita ut pars audiant, & statim respuant, imò & animosè persequantur, ut Iudæi qui Christum occiderunt, Ethnici, qui Christianos omni tormentorum genere cruciārunt. Pars, ita moventur, ut conversionis speciem præ se ferant: at non sincerè, sive ad*

*tempus*

*tempus duntaxat, ut postea ad vomitum redeant: sive in omnem vitam quidem, sed cum fœdis moribus. Et hi sunt ad damnationem gradus.*

§ 29. (s) Fatali actuum catenâ choreâve colligatum. *Si unusquisque* (ita Marloratus ad Rom. 9. pag. 64,) *eò fertur quo illum destinarit applicueritque Deus, nec quisquam aliò se conferre potest; satis liquet omnem salutem nostram hautquaquam in hominis voluntate & conatu esse posse, sed nititur solâ misericordia Dei. Pharao certè huc destinatus, ut in eius exterminio DEVS glorificetur. Sic eodem ferebatur, ut nulla eum quantumvis stupenda portenda & prodigia, divinamque virtutem apertissimè convincentia, nulla ipsius quam certissima divinitatis agnitio & confessio emollire potuerit, ut dimitteret populum Dei &c: & mox Si Deus non misereatur sed induret (quorum alterum semper facit) homo nihil possit quam noxia velle, & ad perniciem suam totis viribus feri quod Pharao fecit.* è disputatione Piscatoris de prædest. actus reprobationis hunc in modum copulat noster D. Menzer. in exeg. artic. 7. pag. *352. Decrevit Deus ab æterno occultâ voluntate, perdere nonnullos: Piscator in disp. de Prædest. θ. 80, idque decretum est simplex & absolutum. ibid. Hos creavit, ut laberentur. θ. 17. condidit ad lapsum. append. θ. 7. creavit ad interitum. append. θ. 7. fecit, ut essent vasa ad dedecus. θ. 123. & eos coagmentavit ad interitum. θ. 24. & vult ipsorum improbitatem aliquo modo, & propter aliud, nempe ut per illius punitionem demonstret suam justitiam & odium peccati. θ. 57. his filium suum non misit. θ. 123. nec pro illis*

*ullo modo mortuus est Christus. θ. 110. nec vult eis dare salutem, aut hanc mentem, ut salutem petant. θ. 76. non vult illis dare gratiam, ut credant. θ. 75. & ut maximè Evangelium illis prædicetur, & in eo, & per illud gratia Dei offeratur, tamen hoc facit Deus non animo gratiam communicandi. θ. 16. sed potius, ut magis eos reddat inexcusabiles. θ. 65. horum impuritate purè & sanctè utitur Deus ad exequendum judicia sua. θ. 121. membro. 10. Qui sive bene, sivè, malè agant, semper ad voluntatem Dei absconditam faciunt. θ. 122. Vocat eos, sed non vult eos venire. θ. 76. Sanctâ nimirum simulatione. θ. 84. neque vult eos salvari. θ. 76. Sed excœcat, & indurat eos, ut non credant, ideo, quia sunt reprobati. Nam Princeps incredulitatis causa est reprobatio. θ. 92, quia quod est causa causæ inferioris, id etiam est causa effecti communis, hoc est, quod ex utrâqua causâ tùm inferiore nascitur. θ. 103. Iam causæ superiores sunt destinatio ad exitium, reprobatio, privatio vocationis, aut saltem privatio efficaciæ Spiritus Sancti inter vocandum. Hæ enim omnes causæ in scripturâ traduntur. θ. 94.* & ibid. pag. 355. Piscatoris tractationem, qui perlegere velit, inveniet fatalem necessitatem. Confer Choream temporalis executionis apud Bucanum loco 36. q. 403.

Sub Εὐδοκία absoluta hæc series est.

1. Εὐδοκία glorificandæ justitiæ divinæ.

2. Præscriptio ad exitium maximæ hominum partis absoluta.

3. Præscriptorum παράλειψις, sive præteritio absoluta, & reprobatio.

4. Re-

Reprobatorum non vocatio, non justificatio, non glorificatio.

§ 30. *Fatali & ineluctabili. nam juxta Calvinum* (interprete Amyraldo in defensione doctrinæ Calvini pag. 14.) *definit quidem utrobique Deus aliquid; at in electione affirmativè: constituit enim efficere, ut electi credant: in reprobatione negativè, statuit enim non efficere, ut credant. sed eos naturæ suæ permittere decernit. Vnde fit necessariò, ut neque credant, neque resipiscant. At necessitas illa finalis impœnitentiæ non magis ideo voluntati divinæ imputari potest, quam tenebræ soli attribuuntur, dum abest. Consequens quidem certè inevitabile est, Deo sustinente actionem, quæ sola potest hominum mentes immutare, ut illæ magis ac magis obdurescant. Verùm quod durescunt, id habent ab innato vitio, tanquam à propriâ & adæquatâ causâ; à Dei voluntate minimè, nisi tanquam à causa deficiente, quæ ipsa in effectum non influit; hoc unum præstat, quod enim affectum ab aliâ causâ pendentem non impedit aliâ actione intercedente. Vt si quis corpori gravi ideoque naturæ sponte deorsum tendenti, manum non opponat, quæ naturalem impetum inhibeat. Atque ex eo alterum de damnatione sequitur. Siquidem cum impœnitentia, si certitudinem eventus respicias, sit planè inevitabilis, impœnitentiam autem damnatio necessario sequatur, quin damnatio sit pariter inevitabilis, omninò fieri nequit. At ut impœnitentia non aliter adscribitur immutabili & absoluto Dei decreto, quam ut causæ, quæ deficit, consentaneum est, ut damnatio ipsa eodem modo ad Dei voluntatem referatur. Nam ut causa causa,*

est causa causati, sic etiam non est aliter causati causa, quam quomodo causæ ipsius causa est. Atque sic docuisse Calvinum infinitis propemodum testimoniis confirmare possum. Idem Calvin. l. 3. instit. cap. 24. pag. 346. apud centum eadem ferè habetur concio, viginti prompta fidei obedientia suscipiunt: alij vel nullius pensi habent, vel rident, vel explodunt, vel abominantur. Si quis respondeat, diversitatem ex eorum provenire malitia & perversitate, nondum satisfactum fuerit: quia & illorum ingenium eadem malitia occuparetur, nisi DEVS sua bonitate corrigeret. Ideoque semper implicabimur, nisi succurrat illud Pauli, Quis Te discernit quo significat non propria virtute, sed sola Dei gloria alios alijs præcellere. Cur ergo gratiam illis largiendo, hos prætermittit? De illis causam reddit Lucas, quia ad vitam sunt ordinati, de ijs ergo quid sentiemus, nisi quia sunt vasa iræ in contumeliam. Polan. tom. 1. lib. 4. cap. 10. pag. 1621. Reprobationem inquit, consequuntur tria adjuncta necessaria, privatio gratiæ salvantis, peccata, & damnatio propter peccata. Spanhem. de gratia universali pag. 102. præteritionem, scribit, certò sequitur incredulitas, & istam infallibile eorum exitium & damnatio. Quid prodest itaque vel prodesse potest talibus, Christum mitti, qui acquirat remissionem peccatorum, & salutem sub conditione fidei, ijs, qui præteriti fuêre ab æterno, quos Christus testatur, se nunquam novisse. Matth. 7. 23. adeoque, qui increduli certò & inevitabiliter futuri erant, & ob id infallibiliter damnandi, & quidem ex decreto æterno? Confer Syllabum in actis Remonstr. pag. 31. &

35. ubi Marlorat. in Johannes 15. vers. 2. *Stat igitur firma sententia, quemcunque Deus ante conditum orbem elegerit, eum non posse perire, quem verò reiecerit, eum non posse salvari, etiamsi omnia sanctorum opera fecerit, usque adeò irretractabilis est sententia.* Zanch. de nat. Dei l. 5. cap. 2. de Præd. part. 4. resp. ad postremum argum. pag. 743. 744. *quia reprobatio immutabilis est &c: damus reprobos necessitate peccandi, eoque & pereundi ex hâc Dei ordinatione constringi, atque ita constringi, ut nequeant non peccare & perire. Et mox. non dubitamus confiteri, immutabili reprobatione necessitatem peccandi, & quidem sine resipiscentia ad mortem usque peccandi, eoque æternas pœnas dandi reprobis incumbere.* Idem Zanch. l. 3. miscell. pag. 55. reprobos necessariò damnari credo & doceo. Reprobi reipsa damnantur, nec possunt facere quin damnentur. *Reprobos* (scribit Amyrald. in defens. Doctr. Calvini. c. 16. p. 257.) *Exitium indeclinabiliter manet.* In hac phraseologiâ non attendi sensum compositum ac relationem ad infallibilem divinam præscientiam, sed sensum divisum & prædeterminationis catenam infrà clarius patebit.

§ 31. (ζ) à gloria justitiæ divinæ necessariò patefaciendam commotum, *credimus* (ita Belgica confessio pag. 96.) *Deum se demonstrasse ac præstitisse justum alios in illo suo lapsu, & perditione relinquendo, in quem sese ipsi præcipites dederunt.* Calvini hæc sunt. l. 3. instit. cap. 23. n. 6. pag. 337. *constare inter omnes debet, quod ait Salomon, DEVM*

*omnia propter semetipsum condidisse, impium quoque ad diem malum. Ecce cum rerum omnium dispositio in manu Dei sit, cum penes ipsum resideat salutis ac mortis arbitrium, consilio, nutuque suo ita ordinat, ut inter homines ita nascantur, ab utero certæ morti devoti, qui suo exitio ipsius nomen glorificent.* Quod enim (ita Calvin. l. 3. instit. cap. 24. n. 14. pag. 347.) *sibi patefacto Dei verbo non obtemperant reprobi, probe id in malitiam pravitatemque cordis eorum rejicietur, modò simul adjiciatur, ideo in hanc pravitatem addictos, quia justo, sed inscrutabili Dei judicio suscitati sint ad gloriam eius suâ damnatione illustrandam.*

Quanta autem gloriæ patefaciendæ sit necessitas, patet ex syllabo Remonstr. pag. 29 ubi Beza prælect. in cap. 9. Roman. *destinationis ad odium causa unica est ipsius voluntas semper iusta, cuius gloriæ interest, vasa tam ad iuste ipsis infligendum dedecus, quam ad gratuito donandum decus, condere.* Piscator contra Schafman θ. 34. p. 32. *falsum est, Deum non opus habere peccatore, nam etsi eo non opus habet ad suam beatitudinem, quo respectu nulla creatura opus habet, tamen opus eo habet ad patefaciendam gloriam suam, vid. tum gloriam iustitiæ in peccatore non resipiscente damnando, tum gloriam misericordiæ in peccatore resipiscente servando &c.* Perkins. in symbolo pag. 471. *Millies satius est & æquius, ut omnes, & singulæ creaturæ in cœlo ac in terrâ conferant ad revelandam in perditione sui æternâ gloriam & majestatem Dei, quam ut inserviat necatio pulicis, aut muscæ, ad demonstrandam omnium in mundo hominum dignitatem.*

Cal-

Corvinus Molinæum ita urget in censurâ anatom. cap. 13. pag. 203. *Deum non potuisse rectè cognosci, nisi eius misericordia & justitia cognoscerentur, (punientem autem intelligis) & ut illæ proprietates cognoscerentur, peccatum in mundum ingressum esse. Nam ea declaratio necessariò exigit peccatum. At homo ita creatus poterat peccatum vitare, & per consequens fieri poterat, ut istis proprietatibus declarandis materia & occasio deesset. Quare si istarum proprietatum præcisam declarationem vis à Deo decretam; aut statuendam non liberum, sed talem à Deo hominem esse creatum, qui non posset non labi; aut saltem decreto creationis alterum subnectendum ex quo lapsus necessitas nihilominus tamen sequatur, tale scilicet, per quod libertatis exercitium homini in bono adimatur. Quale decretum si statuis, parum refert utrum hominem lapsum substernas decreto prædestinationis, necne. Nam eo ipso ponis revera decretum prædestinationis lapsu prius, & lapsum, imo & creationem, facis medium per quod præcedens prædestinatio executioni detur.*

§ 32. (n) Sacro rationis stupore, & oris silentio horribile. Ita enim Calvinus notat ad Rom. 11. ad verba, quis enim cognovit mentem Dei. pag. 109. *hîc incipit quasi iectâ manu cohibere hominum audaciam, ne adversus Dei judicia obmurmurent. Id autem duabus rationibus facit. Prior est, quod omnes mortales ad Dei prædestinationem proprio sensu considerandam, prorsus cæcutiunt; de re autem incognitâ non nisi temere ac perperam disputari potest. Altera, quod nulla esse potest nobis causa de Deo conque-*

*conquerendi: quando nemo est mortalium, qui jactare queat eum sibi esse debitorem: contra verò omnes eius benignitati sunt obnoxij.* & lib. 3. instit. cap. 23. p. 335. *Interrogant, quo jure suis creaturis irascatur Dominus, à quibus nulla ante offensa provocatus fuerit. nam exitio devovere quos placuerit, tyranni magis libidini, quam legitimæ judicis sententiæ convenire. Esse igitur cur cum Deo expostulent homines, si nudo eius arbitrio, citra proprium meritum in æternam mortem prædestinantur. Eiusmodi cogitationes si quando pijs hominibus in mentem veniant, ad frangendos earum impulsus, vel hoc uno satis armabuntur, si reputent, quanta sit improbitatis causas divinæ voluntatis duntaxat percontari, cum omnium, quæ sunt, ipsa sit causa, & meritò esse debeat.* Suffragatur D. Zvvingerus in defens. Calvini pag. 536. *Improbum est, aiens, voluntatis DEI causam percontari, cum omnium quæ sunt, ipsa sit causa, nullam habens superiorem. Est enim summa justitiæ regula, ut justum habendum sit, quicquid vult DEVS quia vult.* & mox. *DEVS justitiam satis defendet, sine nostro patrocinio, in impiorum conscientiis. negamus DEVM rationem suæ voluntatis nobis reddere debere, aut nos idoneos esse judices qui nostro sensu de illâ pronunciemus. hæc ille* Tanquam jam vicissent spectrum illud sui cerebri de voluntate absoluta cœlitus revelatum esse, ut nemo contra hiscere ausit. tanquam ideò quia voluntas DEI ad calculos revocari non debet, voluntas fingendi in phantasia humana non debeat ad calculos revocari. Ea est DEI συκατάβασις ut conscientiam

tiam noſtram convicturus eam non ſideratione quadam percellat, ſed abundè ad objecta reſpondeat, ipſe ſe quaſi reum ſubmittat judicio conſcientiæ & velit ſuam juſtitiam examinari Eſa. 1. 18. Jer. 2. 5. Mich. 6. 3. Eccur non omnes ὁμοθυμαδὸν conſpirant in Amyraldinum placitũ de Dei in creaturas iñocentes jure? cur noñulli ἐποχὴν malunt, poſſent uno verbo omnia cõtradicentiũ ora obthurare, ac dicere, ita Deo viſũ eſt, juſtitiæ regula eſt, ac quod Zvvingeri eſt reſpõdendi compendiũ p. 538. *rationẽ non eſſe reddendã.* non ſic Apoſtolus, qui murmurationẽ quidẽ cõpeſcit, ſed ei reſpondendo ſatis facit vide polemoſophiam. p. *115. ad ſummam,* Voluntas DEI ſcripto ſignata legi, & cognoſci poteſt, debetque: ſed arcana illa eſt impercontabilis, uti loco citato ſcribit Calvinus. *Hic articulus* (ita Paræus in Irenico. cap. 28. pag. 255.) *ut ſonat, rationi humanæ videtur iniquiſſimus, & mille cavillis eſt obnoxius*: & Palatini in Synod. Dordrac. pag. 518. *Eſt autem miniſtrorum Eccleſiæ prudenter diſpicere, quando & quomodo de reprobatione ad populum dicendum ſit. Docendum de reprobatione eſt, cum textum aliquem ex profeſſo de ea agentem explanamus: alias rarò & parcè.* Inſtar omnium ſit Theodorus Beza, cujus hæc extat confeſſio in Colloq. Montisbelg. pag. 308. *neque conſultum eſt coram hominibus de hoc articulo* (*loquitur autem ibi de Prædeſtinatione*) *conferre, ne forte plures offendantur, quàm eruditantur, qui illa capere non poſſunt.* & p. 310. *In publico*

cœtu

*cœtu haberi hæc disputatio non potest, sine gravi eorum offendiculo, qui tanti mysterij capaces non sunt, sive nostræ, sive contrariæ sententiæ assentiantur. Vnde novum exoriri dissensionis seminarium posit, ut hæc disputatio potius in Scholis inter exercitatos Theologos, quàm in publico quorumvis cœtu disceptanda sit. Nemo negaverit* (ita Amyraldus in ejus defensione. p. 25.) *hic ut in omnibus alijs adhibendam esse prudentiam, & delectum opportunitatis. Quis enim ad fidem adhortaturus, de magna hominum parte ab æterno constitutum esse prædicaverit, ut nativæ malitiæ permittantur, unde finalis impœnitentia infallibiliter secutura est? nemo certè sic invitationem ad pœnitentiam instituet. Non quod ea doctrina lucem extimescat, sed quod non sit ad fidem & pœnitentiam ingenerandam à Spiritu Dei comparata.* Confer D. Sigvvart in admonit. de Irenico Paræi pag. 303.

Unde Senatus Bremensis nuper proposuit ministerio, ut de reprobatione in suggestu parcè & à posteriori ad populi ædificationem tractetur, teste Hildebrando in orthodox. declar. ep. dedic. Conferas hîc licet libros Sibyllinos, de quibus Rutilius Numatianus in Stiliconem librorum Sibyllinorum incensorem.

*At Stilico æterni fatalia pignora regni*
*Et plenas voluit præcipitare colus.*

Arcana etiam, Regum secreta conditoria Plinius lib. XXV. cap. II. dixit, de Mithridate: Scrinium commentationum harum, & exemplaria, effectusque in arcanis suis reliquit.

Ita

Ita solent Tympanistæ in castrum obsessum immissi oculos ligari, ne emissitios circumferrent. Hactenus Detectio spectri prædestinatorii ex mente scholæ Calvinianæ, summa totius erroris ad hæc capita referri potest. I. τὸ μερικὸν PARTICULARITAS voluntatis divinæ. II. τὸ ἀπολύτον ABSOLUTIO à prævisione Christi & fidei antecedanea: τῆς παρελεύσεως præteritionis à respectu ἀκισίαν 3. reprobationis à respectu peccati. III. τὸ ἁμάρτημα συσοιχειώσεως & fatalis concatenationis. IV. τὸ μυστικὸν arcanum voluntatis altissimæ. An Calvini placitis assurrexerit B. Lutherus, atque eundem errarit, errorem de eo copiosè agetur Deo volente in Christeide actu quarto.

## Sententia Lutheri è Comm. ad Gen. XXVI.

Ejus Verba sunt: *Sic in libello de servo arbitrio & alibi docui: esse distinguendum, quando agitur de notitia, vel potius de subiecto divinitatis, aut enim disputandum est de DEO abscondito, aut de DEO revelato. De DEO quatenus non est revelatus, nulla est fides, nulla scientia & cognitio nulla. Atque ibi tenendum est, quod dicitur: quæ supra nos. Ejusmodi enim cogitationes, quæ supra aut extra revelationem DEI sublimius aliquid timantur, prorsus Diabolicæ sunt, quibus nihil amplius proficitur, quam, ut nos ipsos in exitium præcipitemus, quia objiciunt obiectum imperveſtigabile, videlicet, DEVM non revelatum.* Et mox. *Ac initio quidem*

*statim*

statim voluit DEVS occurrere huic curiositati: Sic enim suam voluntatem & consilium proposuit: Ego tibi præscientiam & prædestinationem egregiè manifestabo: sed non istâ viâ rationis & sapientiæ carnalis, sicut tu imaginaris. Sic faciam. Ex DEO non revelato fiam revelatus, & tamen idem DEVS manebo. Ego incarnabor & mittam filium meum: hic morietur pro tuis peccatis & resurget à mortuis. Atque ita implebo desiderium tuum, ut possis scire, an sis prædestinatus, an non? Ecce hic est filius meus, hunc audito: hunc aspice jacentem in præsepio, in matris gremio, pendentem in Cruce. Vide, quid is faciat, quid loquatur. Ibi me certò apprehendes. Qui enim me videt inquit Christus, videt & patrem ipsum. Si hunc audieris, & in nomine eius baptizatus fueris, & diliges verbum eius, tum certò es prædestinatus & certus de tua salute: si verò maledicis aut contemnis verbū, tum es damnatus: quia, qui non credit, condemnatur. Et post. Hæc studiosè & accuratè sic monere & tradere volui: quia post mortem meam multi meos libros proferent in medium, & inde omnis generis errores & deliria sua confirmabunt. Scripsi autem inter reliqua, esse omnia absoluta & necessaria: sed simul addidi, quòd aspiciendus sit DEVS revelatus, sicut in Psalmo Canimus: Er heisst Jesus Christ / der HErr Zebaoth/vnd ist kein anderer GOtt. Iesus Christus est Dominus Zebaoth, nec est alius DEVS. & alias sæpissimè. Sed istos locos omnes transibunt, & eos tantum arripient de DEO abscondito. Vos igitur, qui nunc me auditis, memineritis, me hoc docuisse, non esse inquirendum de prædestinatione DEI absconditi: sed ea acquie-

*quiescendum esse, quæ revelatur per vocationem & per ministerium verbi. Ibi enim potes de fide & salute tuæ certus esse, ac dicere. Ego credo in filium DEI, qui dixit: qui credit in filium habet vitam æternam. Ergo in eo non est damnatio aut ira, sed beneplacitum DEI Patris. Hæc eadem autem alibi quoque in libris meis protestatus sum, & nunc etiam vivâ voce trado: ideo sum excusatus. Hactenus Lutherus.* Adde è postillis Dominicalibus sententiam de merito Universali ex serm. 1. de passione Christi, de Universali vocatione concion. in festo Matthiæ, & Confer. Tom. 4. Jen. fol. 499.503.

Ex his locis B. Patris sententia hauriendæ, non ex l. de servo arbitrio anteriori *scripto. 1. exarato* à luctante adhuc cum tenebris Papæis, recentiori à caligine Romanensi, Anno 1525. 2. *Ex fervore* disputandi in alterum extremum inclinatiori viso, quod & Augustino contigit 3. *Retractato* quoad Phrases duriusculas in senio correctas. 4. Non obligante conscientias nostras, qui, ut Pareus à phrasi (sententia Calvinistarum) apocopen petiit, voluitq; deleri τὸ STARUM, ita & nos à phrasi (sententia Lutheriana) τὸ *ana* amputari cupimus. vid. D. Hutter. in Irenico Christ. pag. 304. Phrasis ejusdem Lutheri in der Vorred auf die Epist. S. Pauli an die Römer. Auß der Ewigen Verschung GOttes fleüsst es vrsprünglich wer glauben oder nit glauben soll. Ex Saxonico Idiomate intelligenda est. Ubi τὸ Soll sæpè idem est quod werde: Ich

soll dir ein Pfenning schencken/h.e. ich werde dir/ ne fatalitas hîc aliqua animo concipiatur. Nec ἀνομαλῶς dicitur,ex præviſione ſc. fidei futuræ ſequi neceſſitate conſequentiæ fidem in ſeculo actualem; cum præſcientia DEI falli nequeat: ſequi inquam, ut auroram dies. Noſter D. Mentzer. in Chriſtlich wolgegründetem Bericht pag. 274. hæc monet. Es wenden aber die Calviniſten ein/der Glaube ſey ein Frucht vnd Würckung der Genaden-Wahl/ vnd folge alſo/ gehe aber nicht vorher/als eine Vrſach derſelben/welches ſie dan auß S. Auguſtino beweiſen/ vnd D. Luthero, in der Vorred vber die Epiſtel an die Römer. Wan wir vom Glauben eygentlich reden wollen/ſo kompt derſelbige her/auß dem gehör deß Worts GOttes. Röm. 10. v. 17. daß Wort Gottes kompt von Chriſto / der vns den Willen deß Vatters geoffenbaret hat. Joh. 1. v. 18. Chriſtus aber iſt vns geſchenckt/ durch die groſſe liebe GOttes deß Vatters. Joh. 3. 16. Alſo haben wir den erſten Vrſprung vnd Brunnquell aller wolthaten GOttes/ nemblich ſeine vnermeßliche Liebe/ Genad vnd Barmhertzigkeit gegen vns arme/ elende/verlorne Menſchen/vnd iſt alles lauter Genaden werck/was zu vnſerer Seeligkeit gehöret. Eben daſſelbige ſagt Auguſtinus vnd Lutherus auch/daß alles vrſprünglich herflüſſe von der ewigen Verſehung Gottes. Vnd damit ja niemand D. Luthers ſeine Wort zu einem widrigen Verſtand ziehen ſolte/(wie die Calviniſten thun) ſetzt er ſo

er so bald darauff die ernste Ermahnung: Hie ist den freveln vnd hochfahrenden Geistern (der Calvinisten) ein Mahl zu stecken / die jhren Verstand am ersten höher führen vnd oben anheben. ꝛc. Besihe auch D. Lutheren im Lateinischen Commentario vber daß 26. Caput Genes. da er gantz trewlich / fleissig vnd ernstlich warnet vor solchen Schwarmgeistern / vnd gleichsam mit Fingeren zeigt / wie sie jhm sein Wort wenden / mißdeuten vnd verfälschen werden / wie es dann jetzt bey den Calvinisten in vollem Schwang gehet / vnd D. Luther allzu war von jhnen geweissaget hat. & ib. pag. 176. D. Luther vnd andere mehr verstehen offtermahl durch die Göttliche Versehung vnd Wahl der Erwehlung / alles was zu vnserer Seeligkeit gehöret: vnd alsdann wird recht gesagt / daß auch vnser Glaub darinnen begriffen sey. vnd dannenhero entsprünge: Sintemahl es ist ein lauter Genaden-geschenck Gottes. Hinwiderumb aber / wann wir vnterschiedlich reden von der Liebe GOttes. Joh. 3. vers. 16. von Christo vnd seinem Ampt / von dem Evangelio vnd seiner Krafft / vnd von dem Glauben: So müssen wir sagen mit S. Paulo, vnd S. Petro, daß wir erwehlet seyen (wie wir auch gerecht gemacht werden) durch den Glauben / oder in dem Glauben an Christo / 2. Thess. 2. vers. 13. 1. Petri. 1. vers. 12. daß also der Glaub daß Mittel ist / durch welches wir ergreiffen den HErren Christum / vnd in Christo die Genade Gottes / der vns erwehlet zum Ewigen Leben.

§ 33. Est, qui quatuor præcipuas diversas de prædestinatione sententias, sequenti figurâ ob oculos ponit, à nobis clarius effigianda. Occasionem figuræ præbet psalmodia Davidica Ps. 110. 7. Ps. 130. 1. & vaticinium Zacharianum. cap. 9. 11. & exempla naufragorum Jonæ & Pauli.

## I. Sententia Pelagiana.

1. *Puer unus alterve ad lacum in ripâ ludens lapsus in aquam.*

2. *Satis adhuc vegetus, ad sui è lapsu erectionem, ad lumen oculis accipiendum, ad enatationem.*

3. *Suismet viribus, manibus, proprio natatu eluctatus ad ripam.*

4. *Ex patris pueri spectantis, ac puerum remeantem amplectentis œconomiâ.*

1. *Adam, totumq; Adamigenarum genus lapsum in abyssum miseriæ.*

2. *Satis adhuc nativis viribus instructus ad emersionem.*

3. *à se sibimet restitutus in pristinum felicitatis statum.*

4. *Ex Patris cœlestis ab æterno contemplantis hunc actum & si homo suis viribus redeat, amplexum illius decernentis œconomiâ prædestinatoriâ.*

## II. Sententia Supralapsariorum.

1. *Puer unus alterve innocuus, vi maiore præceps actus in aquam.*

1. *Homo innocens cœlesti determinatione antecedaneâ movente lapsus in abyssum miseriæ.*

2. *à se*

2. à se impos eluctandi.

3. à Viatore lacum subintrante, hic quidem exitio ereptus, alter desertus.

4. Ex patris, natos in id generantis, ut in fluvium ejiciat, alios servare, alios perdere decernentis ad sui gloriam, œconomiâ.

2. à se impos eluctandi.

3. Hic quidem à Christo redemtus & gratiâ Sp. S. efficaciter evocatus, alter derelictus.

4. Ex Patris Cœlestis homines in id creantis ut ejiciat in miseriam, ac absoluta voluntate alios servet, alios perdat & ex hac ruina gloriæ sibi arcem extruat, œconomiâ prædestinatoriâ.

## III. Sententia Sublapsariorum.

1. Puer hic & ille, suapte se lasciviâ & protervia in lacum præcipitans.

2. Ex se impos ad enatationem.

3. à Viro robusto in lacum se demittente alius exitio exemtus, alius desertus.

4. Ex Patris absolutâ hunc servandi alterum perdendi œconomia.

1. Adamigenarum gens suâmet culpâ in damnationem præcipitans.

2. Ex se impos ad salutem recuperandam.

3. à Christo in lacum in qua non est aqua se demittente ac vinctos, alius liberatus alius desertus.

4. Ex Patris cœlestis absoluta hunc servandi alterum amittendi œconomia prædestinatoria.

## IV. Sententia Orthodoxorum.

1. *Puer hic & ille suapte culpa in lacum lapsus, ita sub aquis quidem ire ac se movere, τὰ κάτω videre potis.*

1. *Homo lapsus in abyssum miseriæ in sphæra inferiori, rerum seculi τῶν κάτω aliquid adhuc videns, libere volens nolensve.*

2. *Vt extra aquæ superficiem ne digitum quidem erigere, nec τὰ ἀνώτερα videre, nedum cupere, nedum ad auxilia adnatare posit.*

2. *Extra tamen & ultra sphæram suam altius aliquid videre, amplecti, semet salvare impos.*

3. *à gigante lacum subintrante, oleum supernaturali virtute, (non tamen necessitante) imbutum, per universum lacum diffundente, à quo lumen & vis emergendi, si non repelleret servatus, derelictus si repulsam daret.*

3. *à Christo geminæ substantiæ gigante Evangelium salutare, omnibus demersis affundente, si non obstreperent servatus, sin; derelictus.*

4. *Ex Patris misericordi, ac antecedanea voluntate omnibus propitiâ; non repugnantibus specialiter gratiosâ, diligente, eligente; repugnantes ab hereditatis suæ spe depellentis.*

4. *Ex Patris cœlestis misericordia & antecedaneâ voluntate omnibus mortalibus propitiâ; eligente ad cœli hæreditatem fide Christum recipientes, reprobante sperventes.*

ELEN-

# ELENCHUS ET EXDEATIO IDOLI,

## Primum supralapsarii potentialis.

§ 34. I. SUPRALAPSARIORUM POTENTIALIUM, Quorum opinio multis modis *impia est, blasphema*, & implicatæ contradictionis notâ *absurda. Impia. I. Sacris literis adversa*, quarum decreto Justitiæ divinæ repugnat innocentem punire, id quod cõsequenter tàm impossibile est, quam impossibile est attributa divina sibi invicem repugnare; id enim si esset, ipsa Dei natura sibimet contraria esse posset. Neroni non fuit impossibile capitis damnare innocentem, quia nec impossibile illi fuit esse Injustum; at divinæ naturæ repugnat potestas αὐτοκάθυνος, & simul injusta. *absit tibi*, ait Abraham ad Dominum Gen. 18. 25. *ut facias tale quippiam morti tradendo justum cum injusto, ut ita sit justo, sicut injusto: absit tibi, an Iudex totius orbis non exerceret jus?* in quem locum hæc notat Rivet. exerc. 93. pag. 454. *argumentatur à natura Dei, ut hoc sibi persuasum esse testetur, impossibile esse, ut Deus quicquam inique designet, quem æquum & justum mundi judicem agnoscit. Sed hoc quæritur, an axioma illud universaliter sumtum verum sit, & nullam exceptionem habeat, Deum non disperditurum justum cum injusto, & an contra jus esset, si aliquando id Deus faceret? Id certè videtur necessarium, dissimilium fines esse dissimiles, nec æqualiter tractari æquum esse, qui non simili, & æquo*

*pede incedunt. Quod argumentum fatemur esse necessarium, ubi de extremâ perditione corporis & animæ agitur; tum enim maximè apparebit piorum & impiorum non tam diversa, quam contraria conditio. Ergo si de perditione spirituali hoc dictum suum intellexisset Abraham, de privatione divinæ gratiæ, & condemnatione ad mortem æternam nulla posset esset adversus eius axioma exceptio.* Sanè si Deus ex Abrahami judicio non potest per justitiam damnare innocentem ad mortem temporalem, multò minus ad cruciatus perennicremos. Vanum est quod regerit Maccov. disp. 18. de prædest. pag. 65. Abrahamum non loqui de summa ac absoluta Dei potestate sed de justitia vindicatrice. At potestas absoluta temperanda est cum justitia, quod quis in affligendis hominibus non potest salvâ justitia, id prorsus non potest. Amyraldo cœco hic plus sapit asina Bileami, quæ Dominum suum crudelitatis poscit, quod innocentem affingat. Unde nec Filius Dei innocentissimus alioquin, potuisset tàm horrendis suppliciis ad breve tempus affici, nisi ipse se imputativè peccatum fecisset, & sponsorem ex peccato generis humani sibi imputato. Quia

*2. cum temperamento attributorum divinorum inconciliabilis.* Quod Deus per sapientiam, bonitatem, misericordiam, ac justitiam non potest, id simpliciter non potest, deque hujusmodi potentiâ vanum est cogitare. Implicat enim contradictionem, Summam sapientiam posse esse

non

non Sapientem, summam Bonitatem ac justitiam posse esse non bonam, non justam. *non potest e. g. DEVS imponere homini quod est simpliciter impossibile ut sc. potentia aut perfectione sit æqualis DEO,* Voëtius ait de jure & Iust. Dei p. 392. Ubi addit male se inclinare circa hãc controversiã in partem negantem. Jam innocentem diris devovere extremis, bonitati; nunquam est tormentis eripere, misericordiæ repugnat; impossibile est, ut misericordia non feratur in obiectum miserabile, quale est innocens. quo sit DEUS affectu in innocentem sexum, ætatemq; (quæ tamen originali lue est infecta) ipse in bello à se decreto ostendit, etiam post pacem oblatã & repudiatam, parci vult fœminis & infantibus: extra paucas gentes speciali jure exceptas. Deut. 20. 14. cum mulieres Madianitidas vellet occidi ob proprium ipsarum crimen, excepit virgines intactas. Num. 31. v. 18. cum Ninivitis ob gravissima peccata internecionem severe admodum minatus esset, retrahi se passus est miseratione multorum milliũ ejus ætatis, quæ honesti & inhonesti discrimina ignoraret. Quo putabimus affectu erit in innocentissimos? Justitia non fert, quę sapientissimè numero, mensura, pondere omnia examinat, momenta explorat, nec admetitur infinitum malum ei, qui finitum à Deo beneficium accepit, nec eo est abusus. Dominus Jus illud in creaturam innocentem aut exercere actu potest, aut non

potest. Si potest actu, jām, ut dixi, bonitatis gloriam, æquitatis serenitatem amittit. nam si Temperamentum in victos victori ad gloriam necessarium est, sumum jus, suma injuria erit. crudeles vocat Seneca, qui *puniendi causam habent, modum non habent.* Aristides Leuctrica prima: ἔσι γὰρ καὶ ἀμυνομένες ἀμέτρως ἀδικεῖν. κἂν τις οἷς τὰς τιμωρίας ἀναπληροῖ, πεφύτ' ἀδικήμασι τοῖς τέτοις ὑπερβῆ δέυτερος, ἄρχει πάλιν. *Possunt, sanè, possunt etiam, qui se vindicant, iniusti esse, si modum excedant. Nam & qui in puniendo progreditur ad id, quod iniquum est, secundus est iniuriæ auctor.* Sic Ovidio judice quidam,

——cæde nocentum
Se nimis ulciscens extitit ipse nocens.

Platæenses in Isocratea oratione quærunt: εἰ δικαίον ἐστιν ὑπὲρ τηλικούτων ἐγκλημάτων ὅτως ἀνόμως καὶ δεινὰς ποιεῖσθαι τὰς τιμωρίας: an æquum sit ob tantilla peccata tàm graves & iniquas pœnas exigere? quomodo Deo gloriosum erit in insontes summo jure dominationis experiri? Si non potest, sapientiæ gloriam luxabit, ut cujus potentia vana sit, & contradictoria. potentia quæ non possit in actum educi, est σκηπόζυλον. Regerit Amyraldus. p. 89. *Verum non est nullam esse posse in Deo facultatem, quam non necesse sit aliquando educere in actum. nam Deus potuit non creare mundum, quem condidit, & potest condere infinitos mundos, quos nunquam creabit. Deinde id frustra esse dicitur, quod omnino nullum habet usum. non potest autem*

*tem illa Dei ἐξουσία dici nullum usum habere; quæ facit ut Majestatis divinæ sublimitatem infinitam agnoscamus, & revereamur. nam in eâ re sita est pietatis nostræ pars aliqua memorabilis.* Bis hîc impingit, primum, quia mutat statum quæstionis, non quæritur, an Deus aliquid possit, quod nunquam in actum educatur? 2. fingit aliquem usum gloriæ divinæ contradictorium, gloriæ sc. cum summa nominis divini infamia conjunctæ. nam si subjectis non peperciſſe gloriam nominis imminuit, auget peperciſſe, rectæ rationis judicio: quomodo ad gloriam Numinis pertinebit non solũ non peperciſſe victo, sed & iñocentem afflixiſſe. Ignoscendo auxiſſe populi Romani magnitudinem, ait Salluſtius: Seneca Ferarum, nec generosarum quidem est permordere, & urgere abjectos: Elephantes Leonesq; transeunt, quæ impulerunt. Est in eam rem insignis locus in libro 4. ad Herennium: Bene majores nostri hoc comparaverunt, ut neminem regem, quem armis cepiſſent, vita privarent. Quid ita? quia, quam nobis facultatem fortuna dediſſet, iniquum erat in eorum supplicio consumere, quos eadem fortuna paulò ante in ampliſſimo statu collocarat. Quid? quod exercitum contra duxit? desino meminiſſe. Quid ita? Quia viri fortis est, qui de victoria contendant, eos hostes putare, qui victi sunt, eos homines judicare, ut possit bellum fortitudo minuere, pacem humanitas agere.

At

At ille, si vicisset, num idem feciſſet? Quid igitur ei parcis: quia talem ſtultitiam contemnere, non imitari conſuevi.

§ 35. Regerit Amyrald. *neque bonitas, neque juſtitia prohibet quominus Deus poßit creaturam innocentem addicere cruciatibus aternis ἀνεύθυνος. Poſſunt quidem prohibere, quominus id facere poßit vel bene, h.e. clementer, vel juſtè, hoc eſt, ex illa virtute, quæ vindicando peccato deſtinata eſt. Nam ſanè id ſi Deus faceret, neque clementer ageret cum creatura, neque illius peccatum puniret, quod nullum eſt. At ſi id faceret, tamen ἀνεύθυνος eſſe deberet. neque enim bonitas, neque vero juſtitia ὑπεροχὴν illi adimit, quæ creaturam arcet, quominus cum eo jure contendere poßit. Non bonitas: nam ſi bonitas id faceret, quanto melior eſſet quisquis dignitate præcellit, tanto minus eius poteſtas atque dignitas accederet ad ſummam qualis à vobis ſupra deſcripta fuit. Eſſet autem certe ſic peßime cum rebus humanis comparatum, ſi ſummi Magiſtratus una bonitatem & ὑπεροχὴν retinere non poſſent. Non juſtitia: ut enim præteream idem ſequi incommodum, ut quanto juſtior, & æqui retinentior judex eſſet, tantò magis ex faſtigio τῆς ὑπεροχῆς deſcenderet: juſtitia illa remuneratrix nulla, ut jam vidimus, in Deo eſſe poteſt, niſi ex pacto atque convento, quo Deus verbis conceptis ſeſe ad remunerandum obſtrinxit. Hic autem rem conſideramus ſepoſito omni tali pacto, & ut naturaliter ſeſe habet duntaxat.*

Notamus hîc primùm *inſanam contradictionem*, bonitas poteſt prohibere, ne Deus bene facere poſſit, non tamen ne poſsit ἀνεύθυνος.

Perin-

Perinde ac si dicas, Immutabilitas Dei prohibere potest, ne Deus seipsum vitâ privaret, potest tamen ἀνενθύνως. h.e. incorrigibiliter, inaccusabiliter ἀμέμπτως. Notamus deinde *ineptam comparationem.* In Deo ὑπεροχὴ & bonitas non differunt; at in homine discrepant: potest enim in homine bonitas esse sine ὑπεροχῇ, & ὑπεροχὴ sine bonitate; hinc per majorem bonitatem non minuitur ejus majestas: at in DEO, in quo omnia ἓν καὶ ταυτὸ, non potest consistere bonitas cum ὑπεροχῇ non bonâ. Imperfectionis est in homine cum bonitas auctoritatem minuit; in DEO per naturæ excellentiam id fieri nequit. Sicut Imperfectionis est, si Filius aliquis hominis nihil possit facere, nisi quod vidisset suum Patrem facientem; at in divinis est ὁμοουσίας ἐξοχὴ nihil filium facere posse sine Patre. *Tùm falsam hypothesin,* quasi nulla posset alia in Deo esse justitia, nisi vel remuneratrix, vel vindicatrix.

§. 36. Quia porrò facit Summum bonum *per se odibile.* Id quod denuò nō solùm impium est, sed & contradictorium. *Nam mens horore desperationis occupata, nihil aliud, quam fugere Dum potest,* ait Calvin. ad. art. 2. pag. 22. Quomodo enim amabit tàm immanem, tàm dirum, tàm implacabilem Tortorem? Dilutum est, quod regerit Amyrald, *Qui sic disputant, secum ipsi pugnare videntur. nam in odio illo, vel peccatum aliquod futurum est, vel nullum. Et nullum quidem futurum esse Arminiani profiteri debent,*

bent, si sibi constant, Scilicet, quæ prorsus inevitabilia sunt, illis excusabilia videntur, nec arbitrantur peccati rationem unà consistere posse cum necessitate inevitabili. Quid igitur illis in eo absurdum apparet, Deum utentem jure suo summo, eo creaturam adigere, ut faciat, quæ peccatum neque sunt, neque appellari possunt? Si vero creatura integra, & talis inferorum cruciatibus addicta tamen, in Deum rebellans ideò, atque eum odio habens, peccat, (peccat autem certè, nec ullum potest esse adversus DEVM odium sine atrocissimo peccato) omninò non debuit in DEVM eâ de causa rebellare. Debuit ergò id ferre patienter, debuit reverentiam suam adversus Deum quocunque modo tandem ab eo haberetur, perseveranter retinere. Quod quid aliud est, quam Deum id posse facere ἀνευθύνως? & mox. pag. 84. Deinde, quod eos odimus, qui nobis malè faciunt, Parentes scilicet, & Magistratus, & omnes alios in magnâ ὑποροχῇ constitutos, id ex corruptione naturæ nostræ provenit, non autem ex ipso malo. Id enim si per se ex malo ipso proficisceretur, nunquam sese aliter haberet: omnes quibus à potestatibus malè est, essent pariter in eas animo alieno. Iam autem & liberi sunt, quos Parentum acerbitas non abduxit ab officio, & reverentiâ paternâ, ut Torquatus olim; & subditi, quos nulla regum inclementia aut immanitas impulit ad rebellionem. Quam laudem tulere olim Christiani sub Imperatoribus Romanis. Hic autem animo fingimus creaturam integram & immunem à peccato, & quam ideo certum non est, ad peccatum incitatum iri; cum præsertim Deus possit eam ita in pietate & sanctimonia, & patientia corroborare, ut omnibus in æternum

*num cruciatibus ferendis par esse queat. denique* ibid. p. 88. *fac tantam esse cruciatuum illorum atrocitatem, atque diuturnitatem, ut omninò necesse sit creaturam impatientia elatam ab integritate sua desciscere, id evenit per accidens, ob humanam imbecillitatem. Aequum autem non est, ex imbecillitate naturæ nostræ, quidquam τῇ ὑπερόχῳ naturæ divinæ decedere. Pendet enim ex ipsa Numinis infinita præstantia, non ex infirmitate, aut imperfectione aliena.* At verò ejusmodi odium non posset esse peccaminosum, quia non solum prorsus esset indeclinabile, sive evitatu impossibile, eâ impossibilitate, quæ non solum potentiæ naturali, sed etiam obedientiali opponitur. Etenim ne divinitus quidem fieri posset, ut homo non odisse possit, quod est per se odibile, sicut fieri non potest, ut non possit videri, quod per se & semper est visibile. Sed & quia in DEUM bonum non ferri posset ejusmodi odium, sed in Deum metamorphosi quadam transmutatum, à se alienum, Manichaicum, Cacodæmonem. Loquimur autem ex hypothesi Amyraldianâ, positâ, non tamen concessâ. Ipsa etiam patientia moraliter impossibilis est in tali casu, nam si injuriæ impatientia sancta est, patientia ejusdem sancta esse nequit. Fac Evam Sathanæ non cessisse, sed deprehendisse illam mēdaciloquam injuriam, non potuisset sanctè ac patienter ferre hanc injuriam, quin conquereretur, quin odisset Sathanam, idque ex amore Dei & vi imaginis divinum

vinum in omnia peccata odium repræsentandis. Instantia de Parentibus & Tyrannis, non ideò exosis habendis à liberis, à martyribus q; facilis est luxatu, ex cõparationis in alienâ specie institutæ absurditate. Nostra quæstio concepta est de injuriâ atrocissimâ in objecto malo, quo non potest esse aliud atrocius, ad quod omnia alia secularia tormenta picturæ sunt ad veritatem, guttulę ad Oceanum, præsertim majoris boni spe per malum obtinendæ edulcorata. Iterum nostra quæstio est de summo bono, in quo odibilitatem à personâ exosâ distinguere non licet: at instantiæ afferunt homines mortales, qui ab odibilitate, quam fovent, differunt, ut substantia ab accidente. Christianus Martyr non debet odisse Tyrannum, debet tamen tyrannidem: at si quid in Deo oderit, non potest non etiam DEUM ipsum odisse. Iterum quæstio nostra concepta est de odio justo, quod non ex corruptione naturæ, sed affectu naturali divinitùs indito profectum est. De creaturâ innoxiâ, qualis non fuit Manlii Torquati filius, qui justè passus est, quod passus est ob violatam belli disciplinam. Reliqua, quæ adjicit Amyraldus figmenta sunt, an enim Creatura innocens non incitabitur ad peccatum, ad quod potuit homo Protoplastes? an innocentiam suam perpetuò servabit in flammis perennicremis posito quod sit libera ad lapsum? Quomodo Deus roborarit hujusmodi

piacu-

piacularem victimam? an ut Angelus Christum ἐν ἀγωνίᾳ constitutum corpus firmando, animum solando bonâ spe de brevitate, & felici exitu malorum? an aliâ quadam ratione roborabit, corpori ἀναισθησίαν inducendo, animæ obedientiam passivam infundendo? Nihil horum hîc dici potest; nihil debet. num enim Deus quodam quasi miraculo perpetuò creaturam à suo naturali affectu coërcebit? corporis roboratio, ut æternis cruciatibus ferendis par sit, tàm esset maleficium, quàm mora supplicii per cruciatuum augmenta, quæ citius possent absolvi. Sicut Cain (idque justè) gravius fuit punitus cum tot centuriis annorum conscientiæ flagella sensit, quam si statim supplicio fuisset affectus, ne vita ipsi tota supplicio esset mors solatio; ita corporis roboratio, ut æternos cruciatus sustinere possit, is, qui innocens est, quid est nisi maleficium? Bonæ spei solatium in casu hominis desperatissimi, qui nullam salutem sperare potest, friget. ἀναισθησία abludit à statu controversiæ, nam de æternis cruciatibus sermo est. at cruciatus ἀναίσθητον implicat. obedientia infusa aut liberè utetur hujusmodi damnis aut necessariò: si liberè poterit ad peccandum inflecti, si necessariò non erit obedientia laudabilis, nec conciliabilis cum virtute justitiæ, seu justæ iræ, vitio ἀνοργησίας oppositæ. Falsum denique est creaturæ deficientiam ab integritate pro impatientiâ per

accidens fore. neq; enim per accidens fit quod naturæ conditionem necessariò sequitur. Quis enim per accidens dixerit fieri, quod vitrum fragile ex alto in lapidem cadens frangitur? Imò contra, nonne per accidens foret, si integrum maneret? Ita esset omnino per accidens, si homo, qui imbecilla est creatura, ex carne & sanguine constans, in diris illis & interminabilibus inferorum cruciatibus, sibi immerenti immissis, in amore illius perseveraret, à quo tàm dira pateretur, & non potius eum intensissimo odio prosequeretur? *Quia. 4. facit Deum justissimum, accusabilem ac justæ querelæ obnoxium.* Non habet quidem Creatura in Creatorem (sicut nec Filius in Patrem, aut Servus in Dominum) jus aliquod propriè dictum. Quis enim prior dedit illi, & reddetur ei? Rom. 11. vers. 35. habet tamen jus analogum ex dispensatione ipsius Creatoris, & Hypotheticum ex fictione casus alioquin impossibilis. Analogum, inquam, ex dispensatione ipsius Creatoris, se vel creaturæ fœderantis, vel se ad ipsius Creaturæ conscientiam, tanquam judicem sistentis. Fœderavit se Deus promissis Evangelicis, juramento, & sacramentali sigillo firmatis. *Homines quidem* (ait Apostolus Hebr. 6. 16. 17. 18.) *per eam jurant, qui sit maior: atque ijsdem omnis controversiæ terminus, est jusjurandum ad confirmationem adhibitum. Quæ in re Deus volens ex abundanti hæreditibus promissionis ostendere immutabilitatem*

*tatem consilij sui, fide jussit jureiurando: ut per duas res immutabiles, in quibus fieri non potest, ut mentitus sit Deus, validam consolationem habeamus nos, qui cursum eo corripuimus, ut spem propositam retineamus.* Signaculum itidem Sacramentale hujusmodi est, ut homini jus tribuat accusandi, si per impossibile non præstaretur, quod Sacramento obsignatum est. adeò firmiter nostræ fidei est stabilita πληροφορία, ut non possit firmius. Hoc sensu sano scripsit August. in Ps. 32. nihil promittit & non reddit, fidelis ille factus est debitor, esto tu avarus exactor & enarration. in Psal. 109. Tempus constituit DEUS promissis suis, & tempus eis, quæ promisit implendis. Promissionum tempus erat tempore Prophetarum usque ad Johannem Baptistam: ab illo autem, & deinceps usque ad finem tempus est implendi ea, quæ promissa sunt. Fidelis Deus qui se nostrum debitorem fecit, non aliquid à nobis accipiendo, sed tanta nobis promittendo. Parum erat promissio, etiam scripto se teneri voluit, veluti faciens nobiscum chirographum promissorum suorum, ut cum ea, quæ promisit solvere inciperet, in scriptura promissorum consideraremus ordinem solvendorum. Liceat non nulla hanc debendi rationem illustrantia apponere ex Hugonis Grotii Jure bell. & pac. p. 194. l. 2. cap. 7. n. 4. disputant Jure-consulti an alimenta à Parentibus liberis debeantur. nam quidam sentiunt esse quidem naturali rationi

satis consentaneum, ut à Parentibus alantur liberi, debitum tamen non esse. nos omnino distinguendum arbitramur in voce debiti, quod strictè interdum sumitur pro eâ obligatione, quam inducit jus expletorium, interdum laxius ut significet id, quod nisi inhoneste omitti non potest, etiamsi honestas illa non ex justitiâ expletrice, sed ex alio fonte proficiscatur. Hoc sensu debitum dixit Valerius: Parentes nos alendo, inquiens, nepotum nutriendorum debito alligarunt. Qui dat formam, dat quæ ad formam sunt necessaria, dictum est Aristotelis: quare qui causa est, ut homo existat, is quantum in se est, & quantum necesse est, prospicere ei debet, de his, quæ ad vitam humanam, id est, naturalem ac socialem, nam ad eam natus est homo, sunt necessaria. Ea de causa, instinctu scilicet naturali, cætera quoque animantia proli suæ quantum necesse est alimenta suppeditant. Naturalis stimulus, ut Justinianus loquitur id est, σοργὴ, parentes ad liberorum educationem adhortatur. Idem alibi: Filium, vel filiam alere patri necesse est propter ipsam naturam. Diodorus Siculus: ἀγαθὴ γὰρ ἡ φύσις διδάσκαλος ἅπασι τοῖς ζώοις ἐστὶ πρὸς διατήρησιν οὐ μόνον ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν γεννωμένων, διὰ τῆς συγενοῦς φιλοζωίας τὰς διαδοχὰς εἰς ἄϊδιον ἄγουσα διαμονῆς κύκλον. Optima quippe Magistra natura est cunctis animantibus non tantum ad sui, sed & ad prolis suæ conservationem, ut cognata hâc carita-

caritate continua succeſſio ad æternitatis circulum perveniat. Et quia naturale eſt hoc debitum ideò etiam vulgò quæſitos alere mater debet. Et quanquam ex damnato legibus concubitu natis nihil relinqui leges Romanæ volebant, canones Chriſtianæ pietatis hunc rigorem correxerunt, qui docent qualibuscunque liberis id recte relinquis, quod ad alimenta neceſſarium eſt. nec aliter capiendum, quod dici ſolet, legitimam humanis legibus tolli non poſſe, quatenus ſcilicet in legitima inſunt alimenta neceſſaria, nam quod ſupra eſt, tolli poteſt non repugnante natura. Debentur quidem & parentibus alimenta: quod non legibus tantum proditum eſt, ſed & vulgari proverbio ἀντιπελαργεῖν. adeo quidem, ut laudetur Solon, quod qui id non facerent, eos notarit infamia. Sed non hoc æquè eſt ordinarium, atque illud, quod de liberis diximus; nam liberi cum naſcuntur nihil ſecum afferunt, unde vivunt: adde quod vivendum diutius habent, quam Parentes: atque ideo ſicut honor, & obſequium Parentibus debetur, non liberis, ita educatio liberis magis, quam Parentibus: quo ſenſu accipio illud Luciani: καὶ τοῖ γε ἡ φύσις τοῖς παιρᾶσι τὺς παῖδας μᾶλλον ἢ τοῖς παιτὶ τὺς παιτέρας ἐπιτάτλει φιλεῖν. magis natura jubet à Parentib. liberos, quam à liberis Parentes diligi. & illud Ariſtotelis, μᾶλλον συνοικείωται τὸ ὠφ' ἑ τῷ γεννηθέντι, ἢ τὸ γεννώμενον τῷ ποιήσαντι. τὸ γὰρ ἐξ αὐτᾶ οἰκεῖον

κεῖον τῷ ἀφ' ἑ. Magis afficitur causa gignens erga genitum, quam genitum erga gignentem. nam quod ex aliquo ortum est, id ei quasi proprium est. Hinc fit ut etiam citra auxilium legis civilis, prima bonorum successio liberis deferatur; quia creduntur, Parentes illis ut corporis sui partibus, non tantum de necessariis, sed & de his, quæ ad vitam suavius honestiusque transigendam pertinent quam uberrime voluisse prospectum, ab eo maxime tempore, quo ipsi rebus suis frui non possent. Ratio naturalis inquit Paulus Jurisconsultus, quasi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem addicit, velut ad debitam successionem eos vocando. Papinianus verò: non sic Parentibus liberorũ, ut liberis Parentum debetur hęreditas. Parentes ad bona liberorũ ratio miserationis admittit: liberos naturæ simul, & parentum cõmune votum. hęc obiter è Grotio. Stitit se ipse Creator (stupenda condescensione) ad conscientiæ tribunal non semel. Venite jam & disceptemus, ait Dominus, Esa. 1. 18. & c. 5. 3. 4. *Iudicate inter me & vineam meam, quid est, quod debuit ultra facere vineæ meæ, & non feci? Quid in venerunt Patres vestri in me iniquitatis.* Jerem. 2. 5. *populo mi, quid feci tibi? & quo fatigavi te? testificare contra me.* Mich. 6. 3. Finge nunc Deum promissis non stare, fidem (quod horribile cogitatu) per summam impossibilitatem fallere, aut aliud aliquid sua bonitate & spe hominis de Numine

conce-

conceptæ indignum facere, annon locum haberet justa ex contradictione actio?

§ 36. Finge jam porrò à Deo hominem innocentem ad interminabiles barathri cruciatus abjici: faceret tunc Deus contra tacitū creationis pactū de homine ad imaginem suā creato istā nobilitate dignè tractando, quemq; sibi felicem assimilasset in felicitate, filium esse jussisset, infelicissimum nunquam reddendo, nisi suo vitio sorte excideret: alioquin præstitisset nunquam fuisse, quam ad imaginē Dei conditū fuisse, & tamen immensis cruciatibus expositum. Si præstitisset Judam non fuisse natum ob mala, quæ illum manebant, infernalia, utique etiam præstitisset hominem innocentem nunquam fuisse, quam semper miserrimum fuisse. non potest Princeps juste à successionis spe Filium abjicere, ac (ut Lajus Oedipum, Astyages Cyrum) neci exponere, quem semel filium sibi similem & heredem genuisset, quis non horreat, cum legit apud Justinum. l. 17. 8, 4. p. 279. Agathoclem filium suum, quem in successionem regni ordinaverat, per quem multa bella prosperè gesserat, non solum patrium, verum etiam humanum ultra morem, perosum, ministra Arsinoë noverca, veneno interfecit. abiit hujusmodi parricitale facinus, ut de Deo cōcipiat mens non omninò inpunita. *Dii immortales* (ita sapienter Metellus apud Gellium. l 1. 6.

pag. 7.) *plurimum possunt, sed non plus velle debent nobis, quam Parentes.* at Parentes, si pergunt liberi errare: bonis exhæredant. Sanè arborem vitæ, habuisse rationem Sacramenti ex Augustino contendit Rivet. exerc. 40. in Genes. pag. 204. Fuit etiam in ea talis vis naturalis (quod concedimus & supponimus) ut posita optima corporis constitutione, qualis erat ante peccatum, arboris illius fructus senii incommoda potuisset prævenire; sed hoc quasi symbolo voluit Deus confirmare in homine, si in innocētia persisteret, cœlestis & supernaturalis vitæ spem & fruitionem: si Deus admitteret aliquid suâ bonitate indignum, ibi homo iñocens vim quidem non opponeret vi, nam qui posset vi ineluctabili? attamen in æternum de injustitiâ conqueri posset, accusare inclementiam, ab immani quodam & malo Manichæorum Deo (non illo Numine, quod lumen rationis etiam laudat concipitq; ita maximum esse, ut & optimum) tàm immaniter se tractari, ac sine culpâ affligi, denique majori se maleficio mactari, quam ornatus fuisset: beneficio, non esse ἀνάξιον infinitum, (duratione) exitium, finito creationis beneficio affligi sine causa. Certè (ita regerit Amyrald.) *quæ in ipsa creatura hæreat.* Verum, si nulla talis causa in creatura hæret, sequiturne nullam aliam alibi esse posse? *Et potest esse aliqua in Dei voluntate, quæ nos lateat*, & illa etiam satis per se manifesta, ut suam scilicet patefa-

tefaciat ἐξουσίαν, non modo ſupra ſortem, ſed & ſupra captum omnium creaturarum eminentem, Reſp. Quæcunque fingatur in Deo cauſa, illa tamen non poteſt facere, ut quod per ſe injuſtum, juſtum fiat. an enim è tot modis eminẽtiæ ſuæ declarandæ eligeret Deus qui ſuam bonitatem tàm turpiter infamaret? qui Deum faceret iniquum, ut qui ſine culpâ (licet non puniret) tamen affligeret innocentem. nullum malum phyſicum homini acerbum ſive crucis, ſive pœnæ nomine veniat imittitur ſine omni peccati reſpectu. Quia denique non ſolum Deum peccati auctorem facit, ſed & in eam plagam incurrit, quam novo Invento ſtuduit declinare. Scripſerat Amyrald. *Hoc igitur ex iſta Iobi hiſtoria colligimus: licere Deo ſi vellet, ab illo jure, quod poſitum eſt ἐν ἀνευθυνίᾳ, ea facere, quæ ab Arminianis iniuſta eſſe judicantur. Id autem quantum ſit, nemo non videt. Etſi enim negamus iniuſta alia alijs iniuſtiora eſſe, neque putamus cum ſtoicis omnia peccata eſſe paria, hoc tamen volumus, eam eſſe naturam numinis, ut ſive ſtatuas ei licere. ſive dicas ei non licere facere iniuſta, perinde id pronunciare poßis de ijs, quæ magis & de ijs, quæ minus injuſta eſſe à nobis exiſtimantur. Si, inquam, Deus nullam poteſtatem habet, quæcunque tandem illa ſit, faciendi ea, quæ iniuſta eſſe putantur, tàm illi prohibitum erit quod minus quam quod magis injuſtum eſſe perhibetur. Contra, ſi poſſet aliqua poteſtate, quæcunque tandem illa ſit, faciendi quod vel leviter iniuſtum eſt, non poteſt ullo ea niti fundamento, quod non*

pariter porrigatur usque ad ea, quæ memorabilem in modum iniusta esse putantur. Causa enim certè illius erit in Maiestatis eminentia immensa; quæ, quia immensa est, præstabit ex æquo, ut quæ minus, & quæ magis iniusta sunt, facere possit ἀνευθύνως. Statuas igitur quantamlibet iniustitiæ magnitudinem in eo, quod creatura insons addicitur cruciatibus æternis, attamen id si Deus faciat, Maiestatis, quæ in ipso est magnitudo, actionem ab omni reprehensione aut coercitione vindicabit. Respondet Curcellæ. l. cit. cap. 7. pag. 55. cum ex Iobi historia colligit, licere Deo iniusta facere, si vellet; non omne id concludit, quod fuit in præmissis, sed versutè præcipuam partem omittit. Debebat enim non solum istud colligere, Deo licere, si vellet ea facere, quæ iniusta sunt, sed etiam interdum illa facere; ut in Iobi exemplo apparuit, quem Deus, secundum Amyraldi opinionem, minus benignè, minusque justè, quam conveniebat, tractavit: quia neque ipsum ob peccata afflixit; neque ex creatione habebat potestatem bona ipsi donata repetendi; sed tantum ex quâdam ἀνευθυνίᾳ, quæ licet revera iniusta sit, à nemine tamen in ordinem cogi potest. Qui autem id, quod vel tantillum iniustum est, potest admittere, etiam id, quod magis est, poterit, ut Amyraldus non malè colligit. Vnde quid sequatur vel cœco perspicuum est: nimirum Deum Opt. Max. (horresco referens) & posse facere & reipsa facere id quod omnium iniquissimum, & iniustissimum est. Quid verò illud sit, ex sequentibus liquebit: videlicet multo maximam humani generis partem, quantumvis ad imaginem suam conditam, ex solo beneplacito, absque ullo peccati, tanquam

causæ

causæ moventis intuitu, ad cruciatus non tantum duratione æternos, sed etiam magnitudine immensos destinare. Posteaque rem ita administrare, ut miseri illi, qui immerentes ad tam horrendum supplicium sunt destinati, in peccatum certò & infallibiliter incidant; quo tandem cum aliquo justitiæ prætextu decretum illud possit exequi. Quod si crudele & iniustum non est, nihil omninò tale dari potest. Ita Amyraldus fundamenta hic jacit decreti illius absoluti reprobationis, quod antea quibusdam visus est voluisse evertere.

## Vindiciæ Elenchi.

§ 37. Amyraldus pro suo novo opinionis portento, urget. I. *Ius potestatis divinæ* αὐτεξούσιον, quod habet non ex beneficio creationis, sed ex ὑπεροχῇ & iminentiâ, per quam utpote infinitam, Deo licet insontem cruciatibus addicere, ratione durationis, infinitis, *sed etiam immensis ratione magnitudinis atque atrocitatis, si creatura eorum capax esset. Quando enim jus summum* ἐν ὑπεροχῇ *positum est, quanta est* ὑπεροχὴ, *tantum jus illud etiam esse necesse est.*

*Absolutum cum.* 1. à justitiæ respectu, id, quod inquit Amyrald. manifestum est in victoria. *Quod enim jure gentium constitutum est, ut bona victi ad victorem transeant, in eo nulla habita est ratio, bellum juste ne susceptum sit initio, annon. Iusta sit, an iniusta belli causa, perinde est ad acquisitionem dominij rerum ex victoria. Hoc unum ex constitutione illius juris consideratum est, quod qui vicit, tanta super victum* ὑπεροχῇ *potitus est, ut*

nihil

*ut nihil antea victo fuerit Juum, quod non justè, & legitimè victoris esse incipiat &c. 2. à promissi fide. dubitarunt enim nonnulli, ita Amyrald. utrum ex stricto jure summi Magistratus pactis & conventis stare teneantur, si quando res illis est cum subditis suis; Nam de pactis illis quidem, quæ cum externis contracta sunt, quorum vel par, vel penè par dignitas est, nulla est dubitandi ratio, quin etiam maximos Monarchas omni modò obligent. At respectu subditorum tanta est summorum Principum ὑπεροχὴ, ut ne promissionis quidem jus eam imminuere posse non nemini videatur. Quod si de hominibus verum esset, multo minus de DEO negari posset, cujus ἐξοχὴ in homines multò haud dubio maior est, quã hominum ipsorum. Tùm improvocabile ac inaccusabile. potestati summæ ait, non licet quidem quidquam facere, quod sit iniustum: nulla enim est tanta potestas, cui id licere debeat: sed quæ tanta est tamen, ut si quidpiam tale faceret, neque de facto posset, neque de jure deberet in judicium vocari, ut actionum suarum rationem redderet, &c. Tale est jus parentum in liberos, quod duplici istâ ratione considerari debet. Nam si id referas ad eas virtutes, quæ bonos Parentes in administratione suæ auctoritatis decent, debet illud certè ita æquitate, bonitate, clementia, indulgentia denique esse temperatum, ut earum limites Pater nunquam transgrediatur. Si pater paterni officij oblitus quippiam adversus istas leges commiserit, haud egerit sane naturæ & virtuti congruenter. Verum si id jus referas ad ἀνευθυνίας considerationem, nemo dixerit, etiamsi quid à Patre secus actum sit, quam quod virtutibus istis convenit, confestim ex eo natam*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0234
DFG

tam esse liberis facultatem de Parente suo apud Iudicem exposulandi. Certè & apud Romanos, & apud Persas, & apud Celtas, parentes in liberos vitæ ac necis potestatem habuere. Itaque si filius in Patrem vel leviter deliquisset, potuit Pater delictum ipsa morte vindicare. l. in digest. de liber. & poss. Cæsar. l. 6. Comment. Fac tale quidpiam accidisse, & actionem istam cum legibus illis compara, quæ ab æquitate, bonitate, & clementia sanctæ sunt, vindicatio erit immanis & truculenta. At conjice oculos in alteram illam χίσιν, qua patria potestas ad αὐτεξουσίαν refertur, non erit, cur liberi Parentibus à quibus usque adeo inclementer accepti sunt, legitimè succenseant. Ille enim legitimè succenset, qui per leges jus habet succensendi &c. Talis quoque est potestas, quæ munus comitatur, & summis Magistratibus competit, sive regimen sit democraticum, sive aristocraticum, sive denique monarchicum &c. Esto igitur potestas, (ut loquuntur) subalterna, quibusvis limitibus circumscripta, quos si transiliat, liceat cuivis privato ad superiorem provocare; saltem erit aliqua summa potestas, à qua provocare non licet ad alium, tametsi iniuria te affecerit. Quamvis enim tanta non sit in eo virtus moralis, ut omnia ex æquo & bono administraverit, tanta tamen est ὑπεροχὴ, ut malæ suæ administrationis rationem, neque tibi, neque cuiquam alij præter unum Deum reddere teneatur.

§. 38. II. Eminentiam numeris. Ita enim Amyrald. p. 67. Munera quæ pertinent ad conservationem ordinis, potestatem coniunctam habent, & quanto maiora sunt, tanto maiorem. Sunt autem illa etiam procul dubio posita in aliqua eminentia, seu ἐξοχῇ. nempe ad virtutis præstantiam & virium robur, quæ duo ad

conser-

conservationem ordinis necessaria sunt, accessit vel populi consensus, vel superioris alicuius potestatis voluntas, quæ talibus muneribus destinatos in loco edito collocavit. Atq; ista, munus, ὑπεροχὴ, potestas, seu, ἐξουσία usque adeò arctè inter se coniuncta sunt, ut vix distinguantur: certè eorum nomina apud omnes auctores confunduntur. &c. Deum autem esse naturæ mundi judicem, & totius universi Rectorem, ambigere nemo potest. Vocatur sanè ab Abrahamo ille, qui judicaturus est universum orbem terrarum. non quod munus propriè dictum in eum competat: nam qui munus habet, quicunque sit, videtur esse ab aliquo superiore constitutus. &c. Verum cum opificis sit opus suum regere atque administrare, si ijs virtutibus est instructus, quæ ad eam rem necessariæ sunt, Deus autem & mundum condiderit, summâque sapientiâ præditus sit, mundi gubernationem, cuius præcipua pars in præmiorum & pœnarum distributione posita est, ad neminem alium attinere oportet. Ideoque id sibi sumit in Scripturâ, nec quenquam in illius gloriæ societatem admittit. Habet ergo ille eam ὑπεροχὴν, quæ muneris est, & quam ideò potestas longè maxima comitatur.

§ 39. III. Eminentiam virtutis. Naturæ ac virtutes utriusque coniunctim præstantiam, scribit Amyrald. conciliare potestatem, vel ex ipsa hominis constitutione constare potest. Mens enim non alia de causa imperium in reliquas facultates obtinuit, nisi quod naturâ præstat, ijsque virtutibus prædita est, quæ ipsæ imperare aptæ natæ sunt, & quibus ab aliis pareri debet. Ideircò appellatur a Græcis τὸ ἡγεμονικὸν, quoniam eius ductu, atque

atque moderatione cætera in homine reguntur. &c. Aristoteles verò disertim affirmavit, si quis reperiretur, qui omnibus virtutibus cæteris mortalibus longè antecelleret, cæterorum omnium regem esse constituendum. &c. Ille ergo potestatis eminentiam collocat in eminentia, atque excellentia virtutis, tanquam in suo fundamento. Et alibi eandem ob causam putavit alios esse φύσει servos, alios verò non liberos tantum, sed etiam imperio veluti à natura creatos atque destinatos &c. Quanta autem sit naturæ divinæ præcellentia commemorare nihil attinet. Finge ergo, disputandi causa, mundum non esse à Deo conditum, sed, quod Epicurus atque ante ipsum Democritus stultè commenti sunt, ex fortuitâ ac temerariâ corpusculorum individuorum concursione constitutum & coagmentatum fuisse, ea tamen est Numinis ὑπεροχὴ, ut, quod in domo est paterfamiliâs, in republica humanus Magistratus, in exercitu dux, in navi gubernator, in homine mens, id Deus esse debeat in universo.

§ 40. IV. Analogiam. 1. Erepti beneficii. Age enim, ita Amyrald. Deus adimat insonti creaturæ omnia beneficia à se indulta, nonnè judicabitur istud factum duriter atque inclementer? Hoccine cum Dei benignitate consentit, ut ijs quibus, cum nondum essent, pro merâ suâ bonitate, & esse, & vitam, & sensum, & intellectum tribuere decrevit, omnia ista jam concessa auferat, & eripiat nulla de causa? Hoccine congruit cum ipsius justitia, ut malum physicum inferat nihil promeritæ creaturæ? & alibi. Fatetur Arminius, Deo liberum esse & vitam, & quicquid ad τὸ εἶναι pertinet, creaturæ rationali adimere, etiam insonti, quia beneficia sua repete-

repeteret tantum, nihil faceret præterea, Quæro ergò, utrum illa beneficij repetitio sit ex justitia, est quandoquidem non sit peccati vindicandi causa. (ponimus enim nullum esse peccatum, & de creaturâ innocente disputamus) omninò necesse est donationem benè & legitimè factam rescindere nulla de causa, non esse iniustum. Quod nemo unquam Iurisconsultus concesserit. Vult enim Iurisprudentia, donationes legitimè factas ita ratas esse, ut postquam semel valuerunt, non sit amplius in donatoris potestate eas reddere invalidas. Quod enim initio liberæ voluntatis fuit (nemo enim juste cogitur ad donandum) posteaquam semel factum est, invictæ cuiusdam, atq; indissolubilis necessitatis naturam induit. Et tamen hoc Deus potest inculpabiliter, quidni & possit creaturam æternis mactare cruciatibus? 2. Bestiarum. neque inquit Amyrald. aliter se res habet in potestate, quæ à naturæ præstantia oritur, ut inprimis manifestum est in illa, quam homines usurpant in brutas animantes, quarum strages quotidie faciunt &c. Hoc enim nobis naturæ præstantia à Deo indulta tribuit, ut reliqua animalia in nostros usus convertamus, etiam cum eorum pernicie. Et quamdiu nos continemus intra eos limites, qui sunt à temperantia, & aliis virtutibus moralibus præscripti, nihil in eorum mactatione facimus, quod ullo jure reprehendi possit. Verum fac me illis uti paulo intemperantius; fac etiam si vis, me ad eorum mortem addere etiam aliquam carnificinam; fac denique me eorum cruciatibus immaniusculè delectari, quis est summus Magistratus, qui mihi ideò Prætorem dandum esse judicet, ut canis vel equus meus mecum jure contendat? &c.

Quod

Quod si in rebus creatis est aliqua potestas istius modi, quid de ipso Deo existimandum est, qui & magnitudine beneficiorum Patres & munerum dignitate (si munus istud appellari debet) reges, & naturæ præstantia homines & Angelos & quicquid usquam est, aut concipi potest creaturarum, omni genere ὑπερέχῃ tanto intervallo superat, & antecellit? 3. Iobi de quo hunc in modum perorat Amyrald. Iobus in gravissimas calamitates incidit, ut ex eius historia notum est. Amici ut eum non tam consolarentur, quam hypocrisios in vita anteacta administratione insimularent, & ad pœnitentiam cohortarentur, hanc thesin defendendam susceperunt, Ex Dei justitia bonis bene esse, malis male; Itaque necesse est ut malus antea fuerit, quandoquidem illi ex Dei providentia usque adeo male est. Hac ille præposterâ consolatione incitatus, partim ira in eos, partim in DEVM ipsum impatientia ita exarsit, ut & justitiam, atque innocentiam suam deprædicaret magnificentissime, & Dei ipsius providentiam non obscure accusaret; quasi insuper habito discrimine bonorum & malorum, illos sæpenumero pessime acciperet præter meritum, hos non modo non puniret pro merito, sed omni genere bonorum circumfluere atque abundare pateretur. Item istam, qua ratione Deus ipse dirimit? Si idem de jure suo cum Arminio sensisset, putasset autem Iobum immunem esse a peccato, nihil proclivius erat, quam ut uno verbo significaret, Iobum nihil quidquam habere, quod ei ipse non indulsisset, quodque idcirco pariter eripere non posset. Id autem non facit. &c. At erat peccator, ut reliqui homines. Rursus ergo, si Deus idem de jure suo cum Arminio sensis-

*set, debuit amicorum Iobi thesin defendere; Iobum ipsum revincere peccati: quod illi promtum erat, & expeditum. Sic justitiam suam vindicasset à calumnijs, & istam Iobi in expostulando insolentiam facilè compescuisset. Eam tamen respondendi rationem non sequitur: sed commemorata infinita sua tùm potentia, tùm sapientia, revelat immensam Maiestatem. &c. nimirum ut ostenderet, etsi verum foret esse aliquid à se iniustè designatum in castigatione Iobi, & Iobum non creasse cum bonis malè, malis benè esse pronunciavit, non debere tamen tantùm sibi tribuere homines, ut divinæ providentiæ succenseant: eò quod habeat illa ἐξοχὴν, quæ creaturas ab ipso limine judicij summovit, ne audeant jure cum illa contendere.*

§ 41. V. Oraculum Paulinum. Rom. 9.20. 21. de quo commodius ac ex professo infra agetur.

Resp. ad I. eminentiæ genus. Bis, ter, quaterque falsa esse omnia, & instantiis obnoxia, quæ ingeruntur, Potestas quam Deus habet in creaturam innocentem est ex beneficio creationis, quia, nisi hominem condidisset, jus in illum non haberet: esse juri obnoxium supponit τὸ esse Ex hoc beneficio reverentiæ & gratitudinis monet mortales Hieropsaltes, *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, congregans sicut in utre aquas maris: ponens in thesauris abyssos. timeat Dominum omnis terra ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem: quia ipse dixit & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt.* Ps. 33.

Ps. 33. & Paulum, qui in eximia illâ ad populum oratione ait: Deus, *qui fecit mundum & omnia, quæ in eo sunt; hic cœli & terræ, cum sit Dominus, non in manu factis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam & respirationem, & omnia. Et ad tempora quidem ignorantiæ connivens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant, eo quod statuit diem in quo, judicaturus est orbem in æquitate.* Act. 17. quia Parentum potestas in liberos noscitur ex beneficio. ideo Arist. l. 8. Eth. c. ult. Parentibus dedit auctoritatem abdicandi liberos, liberis abdicandi parentes nequaquam, eo quod liberi semper sint debitores, neque unquam beneficiorum paternorum obligationem beneficentiæ suæ reciprocatione dispungere, aut exhaurire queant. ligat omnino beneficium accipientem. Tantivendidit libertatem, qui beneficium accepit: ingratus audit Pharao Rex licet, cujus Antecessor Josephum magnis beneficiis sibi devinxerat, quod Josephi, à quo regnum Aegyptiacum sibi vectigale accepisset, memoriam deposuisset: accrescit danti aliquod jus debitæ gratitudinis. Philippus Mado ingrati hospitis frontem stigmate inussit, & Persæ, si quem intellexerant gratiam non referre cum posset, in eum severe animadvertebant, apud Xenophontem, Cyri Pædiæ. l. 1 in jure civili casus percensentur, in quibus patronis adversus inofficiosos libertos datur

actio: hodie jus usurarum nititur hoc gratitudinis jure. Unde falsum est illud Senecæ excepta Macedonum gente, non est in ulla data adversus ingratum actio. l. 3. benef. cap. 6. & quamvis, quod ibidem Seneca scribit, ob convictionis difficultatem, hoc frequentissimum crimen non puniatur, sed cum difficilis sit incertæ rei æstimatio, tantùm odio damnetur, ac interea relinquatur, quæ ad vindices Deos mitti solent, manet tamen jus è beneficio natum, è quo, si non semper ante collato, tamen post Sperato Reges quoque potestatem consequuntur. Jam ex beneficio executionis finito tantum potestatis Deo non accrevit, ut infinito cruciatu Innocentem creaturam torquere possit: hîc certè inter finitum & infinitum nulla proportio.

§ 42. Falsum est potestatem aliquam esse absolutam à justitiæ ac injuriæ respectu. *Sorbonicum illud dogma* (ait Calvin. defensus à Chamier. tom. 2 l. 2, c. 3. n. 3) *in quo sibi plaudunt papales theologastri, detestor, quod potentiam Deo absolutam affingit. Solus enim lucem à calore avellere, imò suum ab igne calorem facilius erit, quam Dei potentiam separare à justitia. Facessant igitur procul à pijs mentibus monstrosæ illæ speculationes, plus aliquid Deum posse quam convenit; vel eum sine modo & ratione agere.* & mox *commentum illud de absoluta potentia Dei, quod Scholastici invexerunt, execranda est blasphemia: Ita enim est ac si Deum tyrannum quendam esse dicerent*

pro

*pro libidine non æquitate aliquid statuentem.* nam quod de victoris potestate nugatur Amyraldi Ethnicæ ac latrocinijs faventis doctrinæ merito damnat Curcell. cap. 7. pag. 50. Imo addit. *ne Ethnico quidem ipsi ut justam, & naturali æquitati consentaneam, sed solummodo ut utilem approbarunt: cum alioquin omnibus populis, qui florerent imperio. & Romanis quoque ipsi, qui totius orbis potirentur, si justi velint esse, hoc est, si aliena restituant, ad casas foret redeundum. & in necessitate, ac miseriis jacendum: ut Carneades dicit apud* Lactant. l. 5. cap. 17. nec hîc mihi excipiat Amyraldus, se de jure ἀνευθύνῳ loqui, à quo omnem prorsus iniquitatem exulare non est necesse. Injustum enim bellum à latrocinio, aut piratica non differt. Latronum autem & piratarum victoriæ, jus ἀνευθύνον ipsis non pariunt Julius Cæsar saltem id non credidit, qui (referente Plutarcho in ejus vita) piratis illis Cilicibus, à quibus captivus detinebatur crucem minitabatur: in quâ postea etiam ipsos egit. Sanè ex quibus causis Temperamentum in victos (de quo copiosè Hugo Grotius) justum est, ex iisdem injustus est Summus Victoris rigor Falsum est potestatem ullam absolutam esse à promissi fide. Hîc inquit Curcell. cap. 8. pag. 72. *in subsidium advocare possemus Belgas qui Regis Hispaniarum, quod datam ipsis in sua inauguratione fidem violasset, jugum excussserunt. Possemus quoque advocare Anglos & Scotos, qui bello, quo regem suum persequuntur (jure ne an*

*inuria meum non est inquirere ) idem hodie prætexunt. Sed tantis exercitibus opus nobis non est. Vos solum appello, Montalbanenses, Rupellani, Monspelienses, alïque Galli Reformati, qui adversus Regem vestrum Ludovicum XIII. ante aliquot annos arma sumsistis, non quod à pactis vobiscum initis recessisset ( quod ab ipsius pietate alienissimum erat ) sed veriti ne id faceret cum tutò posset; nempe postquam munimentis & propugnaculis vos exuisset. Vos, inquam, appello adversus Amyraldum, edicta pro vestrarum conscientiarum libertate promulgata, hostibus prostituentem. Dicite quæso: hîc enim res vestra agitur: Censetisne summos Magistratus conventis suis non teneri, quando illis cum subditis res est? sed cur responsum ab ore vestro expectem, cum facta satis aperte loquantur? nunc ut ipse, quid sentiam paucis exponam: non approbo quidem, ut privati in reges suos sub ullo violatæ fidei prætextu insurgant: ( quod sacra pagina expresse vetat: ) sed, nisi aulicus Gnatho esse, & tyrannidem fovere velim, nunquam in dubio relinquam an regibus periuros esse liceat. ( Periuri autem sunt, quotquot à pactis manus subscriptione & sigillo suo munitis resiliunt. ) Scio, quam male Sauli & domui eius cesserit, quod Gabaonitas, cum quibus Iosua diu ante Saulis tempora pacem fecerat, delere conatus sit. Et tamen pax illa fraude fuerat extorta. Ios. 9. & 2. Sam. 21. Sed tam sacra debet esse juris-jurandi religio, ut licet quis damno suo juraverit, non mutet. Ps. 15. Quin etiam fides latronibus & piratis data, servanda est; quia Quintiliano teste, supremum est rerum humanarum vinculum;*

Qua

*Qua sine non tellus pacem, non æquora norunt,*
*Iustitiæ consors, tacitumq; in pectore numen.* Silius lib. 2.

*Quantò magis subditis, quibus Principes instar patrum & Tutorum esse debent? ac sanè si illi nullo contractu sibi obligatos esse Principes persuasum habeant, fieri non poterit, quin in perpetua versentur diffidentia: qua vicissim fiet ut hi in subditorum benevolentia, quæ maxime opus habent, securi conquiescere non possint. Ita ut hæc exitialis opinio, ad utrosque in mutuam perniciem armandos natura sua sit comparata. Ergo Regum exemplo probari non potest, Deum non teneri promissis, quibus se erga homines ultro & libera plane voluntate devinxit.*

§ 43. Falsum est ullam potestatem esse absolutè inaccusabilem. Esto sit illa irresistibilis. Talem nullus unquam Rex in mundo habuit, ac si eam sibi arrogarit, in Tyrannum degeneravit. extrema enim sævitiæ tyrannicæ linea est, non solum satiari non posse ulla hominum calamitate, Cic. lib. 1. ad Q. F. ep. 3. sed nec vocem vultumq; liberum ferre posse. ibid. l. 10. ep. fam. ep. 1. *Quis hoc ullus fecit in Scythiâ tyrannus, ut quos luctu affecisset, lugere non fineret?* exclamat idem Tullius in Pisone. n. 18. exemplum hujusmodi phalarismi in Agathocle præbet Justimus l. 17. v. 6. *supplicia ab Agathocle irrogata iis, qui filium occisum dolerent.* hinc provocationes ad vallem Josaphat sæpe non temere effusæ, quorum exempla Heringius pecul. tractat.

ctatu collegit. Psalmi Davidici contra Regem socerum, iniquum persecutorem, hujusmodi querelis & accusationibus pleni sunt. neque necesse est, ut quis justè de atroci injuria expostulare possit, leges disertè id ei jus tribuere, cum sufficiat, si non adimant. Fac autem nemini contra Tyranni vim apertè mutire audere, num non possit id clam in corde suo, idque juste? Habuerint licet Parentes olim jus vitæ & necis in liberos, Domini in servos, his tamen conquerendi libertatem eripere non potuerunt. Egregium in hanc sententiam extat rescriptum D. Antonini ad Aelium Martianum in instit. l. 1. 1. 8. *Dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam jus suum detrahit: sed & dominorum interest, ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis qui juste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad statuam confugerunt: & si vel durius habitos, quam æquum est, vel infami iniuria affectos esse cognoveris; venire jube, ita ut in potestatem domini non revertantur. Quod si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciat me hoc admissum severius exsecuturum.*

§ 44. Ad II. Eminentiæ genus, quæ est ex munere, partim otiosè adducitur, partim contradictoriè. *Otiosè*, quia priori eminentiæ ὑπεροχῇ subordinatur. Omnis ὑπεροχὴ est in officio aliquo constituta, non contra omne officium conjunctum est cum ὑπεροχῇ. contradictoriè,

storiè, quia si Dei munus est κριτικὸν, suum cuiq; tribunt. igitur innocentiam hoc ipso damnare non potuit.

Ad III. Eminentiæ genus, quæ est ex virtutis præstantia. Argumentum ex illo deductum, instantiis facile frangitur. Angelica natura est præstantior humana, virtus perfectior: nam ideo angeli hominum domini? at audiunt λειτουργικὰ πνεύματα Hebr. 1. 14. σύνδουλοι. Apoc. 19. 10 Major est sanctitas status hieratici quam civilis: an ideò ille huic dominari debet? Justus apud Athenienses fuit Aristides. & tamé, quia in democratiâ intolerabilis ostracismo expulsus, ne dominaretur apud Plutarch. in Aristide. p. 390. Leonis virtus nobilior, quam cujusvis alius bestiæ, nec tamen plus potestatis habet in Ursum, quam Ursus in Leonem, si hunc ille possit occidere. Exemplum mentis in corpus dominantis inepte adducitur: nam nec mens omnium facultatum humanarum princeps est, sed voluntas, cui mens est à consiliis: nec corpus proprie injuria affici potest: potest. e.g. αὐτόχειρ suo corpori damnum inferre, non item injuriam, cum volenti non fiat injuria, juxta Philosophi sententiam. l. 6. Eth. c. 11. si qui servili sunt indole, non tamen statim sunt servi, sicut sæpe servit, qui generoso est animo; ita contra sæpe dominatur, qui servili est ingenio, & abjecto.

§ 45. IV. Analogiæ illæ omnes sunt anomalæ.

malæ. *Prima*, quia nimium quantum differunt, debitum exigere à debitore, & debitorem in crucem agere. Deus hominibus vitam dedit, omnibus usui, nulli mancipio. Ergo si revocat vitam, revocat, quod suum est; si æternum cruciat, sævit. Quid? quod & donationes aliquibus in casibus rescindi queant? quò pertinet totus Titulus Codicis de revocandis donationibus. vid. Curcell. vindicias. cap. 6. p. 45. *Altera* laborat petitione principii. nam & bestiæ se ulciscì videntur calcibus, unguibus, morsibus, & gemunt contra impios abusus, quibus justam categoriam Apostolus tribuit. Rom. 8. Bileami asina hic iterum illuminare potest Bileamum Gallicum. Quo pertinet elogium justi, miserantis juvencum suum. prov. 12. v. 10. & interdicta, de ore bovis triturantis obligando. Deut. 24. 4. de non arando in bove & asinâ. Deut, 22. 10. de matre cum pullis è nido non capiendis. *Ferunt*, inquit, Gislen. Busbeq. ep. 3. p. m. 178. *Turcæ graviter, si qua bestia per cruciatum interficiatur, aut voluptas ex eius laniena quæratur: cuius rei documento nuper fuit aurifex quidam Venetus.* Bene noster D. Taurer. disp. 1. contra absolut decret. *θ. 31. Beza & Keckerm. ait. in suo simili de mactatione bestiarum nimis scopticè, & in creationem generis humani iniuriosè loquuntur, (ut unicum duntaxat attingam) ex illis aut reliquis eorum socijs semetipsum aut filium suum loco bovis lanio mactandum præberet, vel etiam pro pulice & culice sanguinem pro-*

*prium*

*prium profunderet, & mortem subiret: sicuti Christus Dominus noster, & unigenitus Dei filius nobis omnibus est missus, & pro omnibus nobis sanguinem suum effudit, crucifixus & mortuus est.* ibid. v. 6. de non coquendo hœdo in lacte matris. Exod *23.* 19. nimirum quo facilius, ait Tertull. l. *2.* contra Marcion. *17. in pecudibus & bestijs præmeditata humanitas, in hominum refrigeria erudiretur.* Tertia ἀπροσδόκητος est, & comparat res diversæ speciei. De homine innocentissimo quæstio est, non de Jobo, qui, tametsi gavisus fuerit innocentia causæ, non tamen gaudere potuit innocentia personæ in foro, præsertim divino. Deus respondentem compescit argumento (non quidem è topica meriti desumto, supposuerat enim Deus Jobum innocentia causæ gaudere, sed) è Topica suæ majestatis providentissimæ, ut quæ in controversiam venerat; Deum non providè agere, quod bonis male sit, bene malis. Respondet Dominus vindicando suam providentiam ex creationis, & conservationis rerum articulo. q.d. ego tot jam annis mundo sapienter præfui, nihil insipienter molitus: tunè audebis hanc te longe antiquiorem pronæam carpere? Ego mundum & omnia in eo sapientissime creavi, num illicitum mihi erit creaturam ad mei gloriam, ac ipsius creaturæ utilitatem aliquandiu Sathanæ vexandam præbere? ego Te coronavi tot benedictionum ornamentis, commoda dedi num nefas mihi repetere,

quod

quod meum est? hoc responsum cum accepisset Job, quievit, manum ori admovit, qui prudem etiam ante paroxysmos agnovit, auferre potuisse Dominum, quod abstulisset. Job. 1. 21. Quid vero hæc ad jus Dei ἀνυπεύθυνον, quo diris æternis devovetur homo innocentissimus? traditur non Sathanæ, sed excarnificatur ab ipso Domino (is enim immediatè torquet orci victimas) traditur sine spe liberationis. Tragœdiam parem si cum Jobo lusisset, num ille solo juris ἀνυπευθύνε nomine attonitus, tacuisset?

## ELENCHUS MONSTRI SUPRA-lapsarii actualis.

Hoc tanto magis sacrilegum est, quanto execrabilius eas impietates Deo actu tribuit, quas potentiales potentiæ commento occultant. Magna impietas est dicere Deum sine habita peccati ratione punire, voluisse punire antecedenter ad peccatum: ordinasse, ita supralapsariorum non minimus Maccov de prædestin. disp. 17. pag. 59. Idem Maccov. disp. 18. pag. 64 contendit posse Deum ordinare ad interitum absque interveniente peccato tanquã causa. sicut & potest peccatum imputare Adæ. posteris sine horum consensu. *dicant quæso nobis quid maius sit, imputare alicui culpam alterius, & propter ipsam illum morte æterna plectere, an vero ordinare ad interitum?* hæc ille, ex falsa hypothesi, tanquam

quam Evigenis imputaretur Adæ culpa sine propria inhærente culpa, quæ momento naturæ imputatione prior est: Unde imputatio ista non cadit in innocentem, non fit sine habita peccati ratione.

## ELENCHUS MONSTRI HYpothetici.

§ 46. Eum instituit *Spanhemius*, ac ἔνστασιν illud damnat *inutilitatis illusoriæ, inconstantiæ falsitatis*. Spanhem. de grat. Univers. p. 2. *syncretismi* cum Arminianis. pag 53

*Inutilitatis illusoriæ.* quid enim juvat, ita Spanh. pag. 104. *illos, in quibus Deus hanc efficientiam exerere noluit, quod Dei misericordia, & seria quidem ac ardens, de illis servandis & redemptio Christi eo nomine præstita inculcentur* μετὰ πολλῆς φαντασίας, *cum tamen nihil certius vel, inevitabilius sit, quam tales perituros? Scriptura quidem sæpe Deum induit expostulantem cum hominibus beneficia sua proponentem, officij non præstiti nomine homines obiurgantem sed non docet, Deum talibus salutem sub conditione destinasse, verum eiusmodi verbis utitur, partim juste ad reproborum confusionem, partim gratiose ad suorum conversionem, vel sanctificationem maiorem, prout vocatio ista, vel legalis dici potest, hoc est, exactiva tantum officij, vel Evangelica, collativa simul beneficij. annon hoc sit.* pag. 107. *cæco destinare liberationem ex carcere sub hac conditione, si non sit cæcus, judicabit* Lector, & pag. 6 *Distinctionem impotentiæ naturalis & moralis, quam quidem hic obten-*

obtendunt, nullius ad hoc argumentum expediendum commatis esse censemus. Quæstio enim est, an omnibus & singulis impotentia ista morali laborantibus Deus salutem velit, cum impotentia ista præcipuum hominis malum sit. Dicere itaque, unicuique Deum salutem velle, modo non impotentia morali obicem ponat gratiæ, est Deum cæco vel visum, mortuo vitam velle, modo nec ille cœcus sit, nec iste mortuus. & p. 168. cui bono talis tribuitur voluntas, quæ salutem ijs communem faciat, modo credant, hoc est, hæreditatem opimam proponat mortuis, sub conditione, si edant actum vitalem, qualis est τὸ credere, adeoque sub conditione, si non sint mortui. Hoc nihil est aliud, scribit idem Spanhem. in ep. ad Cottier. pag. 20. quam semper recessuras apponere dapes famelico, vel carceris januam aperire ei, qui numellis attinetur ferreis, nec manum, vel pedem promovere potest, imò qui paralysi siderata membra habet sub conditione, ut vel numellas istas, vel paralysin excutiat. Febriculosum vero esse σοφὸν, id est, φάρμακον, ab impotentiæ moralis, & naturalis distinctione & retro satis superque demonstratum, & ulterius, faciente Deo, demonstrandum. Scilicet, multum solatij accedit reprobo, quod impotentia, qua perit, non naturalis est, sed moralis quamvis utraque ex æquo invicta sit, & invincibilis. Et sapientiæ ac bonitatis Dei rationes benè constabunt, si dicamus, eum salutem velle impotentia ista laborantibus sub conditione ne ea laborent, quamvis norit eam invictam esse, nec vincibilem, nisi beneficio suo, quod tamen reprobis in æternum denegare constanter decrevit. Si quis diceret, reum crucis candidatum futurum non quidem

ob hanc

ob hanc causam, sed ob aliam duntaxat, eam tamen æquè certam ac inevitabilem cum priore; magnifice interea illi ingereret beneficium Principis, quod nollet illum priori de causa in crucem agere, sed posteriori tantum; nescio an Rhetor iste multum reo à ludibrio abesse videretur. Ipsaque itaque colligatio salutis & fidei, & suspensio illius ex ista, universalem gratiam evertit. & p. 23. magnificis promissis ora distendit, non replet. pag. 26. egregia verò gratia obiecta, quæ eo destituitur vehiculo, & perpetuo quidem ac necessario, sine quo nulli mortalium salutaris unquam esse potest. Si sciam / pag. 90. Regem omnibus & singulis reis velle vitæ gratiam facere, sciam verò, tesseram requiri, quam nec habeam ex me ipso, nec habere possim, nec eam aliunde haberi posse, quàm à Rege, Regem tamen illam paucis largiri velle, non omnibus, annon eo ipso statuere cogar, Regem vitæ gratiam omnibus facere nolle, nec esse in potestate non donatorum tessera ista, nec donandorum, se furcæ subducere? & pag. 139. Simile, quod vir Doctus alibi adfert, de puella, quam procus ducere velit, sub conditione, si hâc vel illa dote instructa sit, ut mollissimè dicam, parum appositum est, & revera Deum non seriò, sed illusoriè agentem fingit. Si enim proco notum sit, puellam dote ista carere, nec eam nisi se dante habere posse, nec tamen is eam dare velit, revera puellam istam illudet, haudquaquam verò in uxorem ducere volet, si testetur, se eam nonnisi dote ista instructam, & eis conditionibus præditam ducere velle. an quod hominem histrionem, vel ludionem arguit, Deo tribui debet? Immo dos aliqua compensari potest in puella dotibus alijs, in homine in peccatis mor-

tis mortuo non item, respectu Dei. & pag. 170. Quis quaso censeat, Regem vel Principem serio omnibus & singulis subditis suis proponere brabeum, vel κειμήλιον aliquod, sub conditione, ut in circo decurrant, metam aspiciant, & hanc vel illam tesseram gerant, cum tamen norit, multos ex ijs esse paralyticos, cœcos, & qui tesseram illam nec habeant, nec habere ulla ratione possint, imo cum norit neminem nisi se dante eam habere posse, constituerit verò selectis duntaxat quibusdam eam distribuere? Id magis adhuc absurdum foret, si constaret Principi, omnes subditos suos natura paralyticos, cœcos, & tesseræ illa destitutos esse, & propter perduellionem oculis, & poplitibus valida, ac tesseram illa privatos. Accederet maior adhuc absurditas, si Princeps iste ne voluntatem quidem istam suam, nec vel cursum conficiendam, vel metam, vel tesseræ istius notitiam innumeris ex subditis suis præfecisse statueretur. Antalia, quæ à sapiente & bono Principe alienissima sunt Deo tribuenda nobis erant, adde & inutilitatem reconciliationis. nam juxta eundem Spanhem in ep. ad Cottier pag. 180. gratia universalis cum particulari nulla arte, nulla fibula, nulla commissura solide hæc materia ferruminari potest. Et revera frustra de conciliatione contradictoriarum propositionum laboratur, quæ æternum divortium necessario pariunt.

§ 47. Inconstantiæ. Miror qui Vir doctus dicat sine distinctione, incredulitatem certo sequi præteritionem, cum, ex illius sententia, incredulitas præcedat etiam præteritionem. Hunc enim ordinem ista Methodus, quam docet, proponit, Christum mitti, omnes vocari,

voca-

vocationem istam incredulitate excipi, ex isto incredulorum numero aliquos à Deo seligi, præteriri alios. Ideò enim Deum aliquos eligere, quia prævidet omnes ex se incredulos futuros. hæc Spanhem. pag. 103. Expendat pag. 118. Lector suæ sponte, an dici debeat, Deum voluisse illorum misereri, quos voluit præterire ista præteritione, ex qua certo ex sententia etiam Viri Docti, secutura fuit incredulitas, & ex ea damnatio conf. Spanhem. de grat. universali. annot. in sect. 16. pag. 679. & seqq.

§ 47. Falsitatis. ita enim Spanhem. p. 77: *Fides in Christum vel amplexatio eius per fidem exigi non potest, ut conditio ab omnibus & singulis, nisi omnes & singuli ad Christum, & salutarem beneficiorum eius communionem vocentur. nec possunt dici dedignari aliquid illi, quibus id nunquam innotuit. vel pag. 78. illusorium est istud propositum conditionatum, & omnino inane, adeoque Deo tribui non debet: Vel, si serium sit, debuit saltem & beneficium propositum nimirum Christus, & conditio sub qua proponitur, nimirum fides, omnibus & singulis innotescere per vocationem. Quis pag. 80. hominem sapientem censeret serio omnibus velle dare beneficium, & quidem sub conditione non præstabili illis, quibus id dare vult & quam non nisi ab eo solo habere possint, qui eam exigit, cum tamen idem nec beneficium istud innumeris manifestet, nec conditionem innumeris ex iis, quibus id manifestat, conferre velit, quæ tamen non nisi eius dono haberi potest? falsum est, pag. 94. sufficientia media ullum habere ad salutem, & posse servare, cui salus tantum proponitur; modo credat, nisi ei de-*

*ei detur facultas, ut credat; quod omnibus & singulis datum esse negat Vir doctus, ut qui universalitatem objectivæ duntaxat gratiæ tuetur, subiectivæ non item. alios, pag. 99. velle servare, modo credant, & non statuere eos ad fidem adducere, est eos velle servare, & id iis intendere; quod scit Deus intendens eos in æternum nec habituros, nec habere posse. Quod an sapientiæ, vel bonitati Dei, sive mittentis Christum, sive Christi miſsi, conveniat, judicet Lector.*

*Nullus mortalium* (ita Spanhem. in ep. ad Cottier. pag. 92.) *adeo insanit, qui Medico affingat voluntatem universalem omnes & singulos ægrorum curandi, si istam voluntatem innumeris haudquaquam patefaciat, ab alys, quibus eam patefacit, exigat pro conditione unius ex potissimis morbis istis remotionem, nec aliter reliquos morbos curatos velit, quamvis norit conditionis istius præstationem æquè impoßibilem esse ægro, sine ope sua, ac reliquorum morborum curationem. Imo ne velle quidem posse ægrum curationem sui, nedum conditionis præstationem, nisi ista ipsi Medici beneficio concilietur voluntas. An quæso censebis Vir Clarissime, hic cum Animadversore excipiendum esse, morbum naturalem à morali distingui debere, si moralis morbus præcipuum istius ægri malum sit, & agatur de curatione moralis morbi, & medicus ad eius curationem se offerat? Scilicet à morbo ægrum curare volet, modo æger eo correptus non sit. Vereor ne, qui hoc excipere volet, vel gemino isto laboret morbo, vel alterutro saltem.*

Phraseologiæ ineptæ. mirum est pag. 86. *qui Vir Doctus dicat, Deum aliquo modo voluisse, & homines*

*mines pariter potuisse servari omnes, modo crederent. 1. Vbi Scriptura docet, Deum aliquo modo voluisse omnes & singulos servari? Imo quos Deus vult servari, omni modo vult servari. Velle enim aliquo modo duntaxat homines in peccatis mortuos servari, & quidem sub conditione impossibili, est nolle illos servari, cum nolit Deus dare conditionem illam, sine qua impossibile est eos servari. nec concipi potest* pag. 88. *qui Deus ab æterno odio aliquos habuerit, præscripserit ad damnationem, voluerit esse vasa iræ, & tamen aliquo modo voluerit eos servari.* & ibid. pag. 106. *nativa corruptio, & voluntaria malitia, vel idem sunt, vel se habent ut actus primus & actus secundus, ut principium & principiatum, ut res considerata in actu signato, & ut considerata in actu exercito, adeoque inevitabilis omninò est incredulitas, ac ob eam causam damnatio illis, quibus Deus fidem non vult largiri. Vt enim nativa ista corruptio inevitabilis est, sic & inevitabiles sunt malitiæ voluntariæ actus inde procedentes, sine gratia sive reprimente, aut coërcente, sive convertente, vel renovante. neque enim ex arbore putri bonus fructus oriri, vel expectari potest. Frustra itaque homini ista nativa corruptione, & voluntaria malitia laboranti proponitur Christus cum omnibus suis beneficijs, sub conditione fidei, hoc est, nisi laboret ista nativa corruptione, & malitia voluntaria. Atqui hic potissimus hominis peccatoris morbus est, quod ea laboret, & quidem inevitabiliter.*

§ 49. Syncretismi denique cum Pelagianis, Lutheranis, Arminianis. *Hanc Sententiam* (ita Spanhem. pag. 79.) *ex sensu Viri Docti intellectam*

ctam in hoc capite accedere ad sententiam Remonstrantium nostrorum; expressam collatione Hagiensi; ubi inquiunt, se sentire, IESVM CHRISTVM mundi Servatorem pro omnibus & singulis mortuum esse, atque ita quidem, ut omnibus per mortem Christi reconciliationem & remissionem peccatorum impetrarit, ea tamen conditione, ut nemo illa peccatorum remissione re ipsa fruatur, præter hominem fidelem. Et hæc Remonstrantium communis est sententia. De voluntate miserendi (ita Spanhem. l. cit. p. 52.) omnium & singulorum hominum docet Arnoldus Corvinus disertè. cap. 18 in anat. Arm. idem, quod defendit etiam Vir Doctissimus. annon. ait Spanhem. pag. 124. suspectum saltem debuisset esse Viris Præstantibus dogma illud, quod uno ore, & conjunctis viribus, & Pelagiani, & Semi-Pelagiani, & Sociniani, & Remonstrantes, & nonnulli ex Pontificiis & Augustanæ Confessionis Theologi contra nos defendunt. Ego sane & Virum Doctum, & eos, qui illi subscribunt, talibus accenseri in hoc argumento aliqua etiam ratione debere, ex animo doleo. & in epist. ad Cottier. p. 28. Remonstrantes nihil nisi constantiam desiderant in Salmurienſibus, ne à se posita alijs evertant. Cæteroquin eos non esse longe à regno cœlorum gratulabundi profitentur. De eadem ὁμονοίᾳ in principijs istis communibus, non parum suis gratulatur in Disputatione publica Regiomontanæ Academiæ in Borussia Theologus celebris Ioannes Behmius, quamvis & diversarum à nobis partium, & vehemens in nostros tract. de grat. univers. pag. 174. confer. ibid. p. 729.

ELEN-

# ELENCHUS IDOLI SUBLAPSARII Categorici.

§ 50. IDOLUM est absolutum illud decretum, agnitum primum à Genevensibus in Synodo Dordr. Verba supra recitavimus §. 1. 2. *agnoscendum* ex domestica Idoli definitione in catech. Palat. quæritur. q. 95. pag. 96. Was ist Abgötterey. Antwort. An statt deß einigen wahren GOttes/der sich in seinem Wort hat geoffenbahret/oder neben demselbem etwas anders tichten oder haben/darauff der Mensch sein Vertrawen setzt. *Idolum est*, inquit Polan. part. 2. Syntagm. pag. 320. *simulacrum quo numen repræsentatur & colitur. Deus ipse sit idolum cum ei tribuuntur quæ planè cum eius perfectione pugnant, aut ei detrahunt, quibus sublatis Deus non est, ita Rivet. in explicat. decal. pag. 20. Iuxta Ravanellum in biblioth. sacra, p. 738. accipitur propriè pro tali similitudine & repræsentatione rei, sive veræ, sive falsæ, quæ religiosè colitur, seu, pro simulacro & imagine ad repræsentandum & colendum sive verum Deum sive falsum Deum efformata & constituta. & ibid. causa efficiens est homo* (vel potius carnalis hominis, Deorum figula, ratio) *materia externa quidem est varia, aurum, argentum, æs, ferrum, lapis, lignum, sed internus in cordis idoleo conceptus est falsus. egregiè Tertull. l. de idol. cap. 3. Priusquam huius monstri artifices ebullissent, sola templa, & vacuæ ædes erant, sicut in hodiernum quibusdam locis vetustatis vestigia permanent. Tamen idololatria agebatur non in*

*isto nomine, sed in isto opere. Nam & hodie extra templum & sine idolo agi potest. At ubi artifices statuarum & imaginum & omnis generis simulacrorum diabolus seculo intulit, rude illud negotium humanæ calamitatis, & nomen de idolis consecutum est & profectum. Exinde jam caput facta est ididolatriæ ars omnis quæ idolum quoquo modo edit. Neque enim interest an plastes effingat, an cælator exsculpat, an Phrygio detexat: quia nec de materia refert, an gypso, an coloribus, an lapide, an ære, an argento, an filo formetur idolum. Quando enim & sine idolo ididolatria fiat: utique cum adest idolum, nihil interest quale sit, qua de materia, qua de effigie sit consecratum. Forma est species illa externa, ad quam idolum ab artifice (à ratione) effigiatum est. Ravanellus ibid. Finis est repræsentatio & cultus religiosus, hinc ididolatria est cultus religiosus (ita* Ravanellus. pag. 741. *) qui exhibetur rei, quæ non est verus Deus, vel etiam ipsi verò Deo, sed aliter quam ipse præscripsit in Verbo suo: vel minus propriè, pro spe & fiducia, quam aliquis reponit in re aliqua, quæ non est verus Deus, totus ab ea pendens: quo pacto avaritia dicitur ididolatria.* Colos. *3. 5. & avarus appellatur ididolatra.* Ephes *5. 5.*

§ 51. At hujusmodi est Idea absoluti decreti, rationis carnalis machina & proles progenita ἄτερ γεγφῶν confictum : est conceptus cordialis ad eum modum depictus quem paulo ante repræsentavimus: est præsentatio falsi numinis & quædam quasi μεταμόρφωσις, Dei sc. immisericordis &c. hoc est quod Calvinus in Eth-

Ethnicis notat ep. Pauli ad Rom. pag. 10. *Loco Dei spectrum fabricari perinde ac si quis alienum partum supponeret pro vero.* prostat ad fiduciam, solatium, fundamentum salutis, consequenter ad cultum religiosum. Est enim hæc gratia absolutissima Cor Ecclesiæ. (ubi thesaurus ibi cor) *& primus gradus restitutæ & redivivæ Ecclesiæ ex papatu, quæ pelagianismum & semipelagianismum tota combiberat ita* Genev. l. cit. *Eadem est* (judice Pareo in exam. quinq; articulorum sess. 99. p. 297.) *Fons & causa prima unde qualitates illæ mediaq; salutis cum gratia & salute ipsa, originaliter in eos descendant; unde etiam descendat ista, quam videmus, populorum & individuorum salvandorum à reliqua pereuntium multitudine discriminatio. de fonte (quod ignorato, vel de relicto fonte necesse est fieri) cisternas confractas, aquas non continentes, nobis effigiamus. Ierm. 2. 13. hoc est, vocationem, fidem, perseverantiam salutem nostram, vel ingenus, viribus, & meritis humanis, vel gratiæ quidem, sed indifferenti & libero arbitrio nostro ex parte vel in totum cum Dei contumelia nostroque exitio adscribamus. Hic vero fons, hæcq; causa suprema & prima, non est nisi æterna Dei prædestinatio, hoc est, æternum de nobis præ alijs in Christo servandis consilium. Ex hoc enim fonte fluit salvandorum omnium Vocatio externa & interna ad fidem in Christum: fluit fides & resipiscentia: fluit justificatio, obedientia & perseverantia fidei: fluit tota salus & glorificatio nostra. Fons hic limpidissimus effodiendus & agnoscendus duas potissimum ob causas propter. 1. gloriam Dei; ut scientes media, causasq; & qualitates*

*litates salutis & salutem ipsam, non ex nostro ingenio, sed ex solo Dei beneplacito descendere, non nobis, sed divinæ misericordiæ, in solitum salutem nostram acceptam feramus. 2. propter consolationem nostram, ut firmiter stantes fidem, perseverantiam, & salutem nostram, non viribus vel arbitrio nostro nuti, sed in æterno immutabilique Dei consilio fundari, eandem certam atque immobilem fore confidamus, & hac freti fiducia, precibus assiduis, bonisque operibus, vocationem & electionem nostram, firmam nobis reddere satagamus.* hæc Paræus. Paræo anterior Calvinus in harm. ad Luc. 10. pag. 147. scribit. *cum Christo propositum esset discipulos ab evanido gaudio retrahere, ut in vita æterna glorientur, ad eius originem & fontem eos deducit, nempe quod divinitus electi sint.* Geldri in Synodo Dordrac. part. 2. pag. 42. *Decretum ajunt, quo salus infallibiliter decernitur certis personis, simulque media ad salutem necessaria ordinantur, & ex cuius vi primitus & efficaciter fluit participatio tum mediorum istorum ad salutem necessariorum, tum ipsius salutis, id vere dicitur fundamentum salutis.* qua igitur fronte alii negare potuerunt hanc controversiam, apud (*Hildebr.* in præfat. orth. declar. pag. 54.) inter Lutheranos & Reformatos fundamentum non ferire? Quamobrem etiam catechesis Heidelbergensis ab hoc fonte orditur totam articulorum reliquorum catenam. sic enim habet quæstio prima. Was ist dein einiger Trost im Leben vnd im Sterben? Resp. Daß ich mit Leib vnd Seel/beydes im Leben vnd im Sterben / nicht

mein/

mein / sondern meines getrewen Heylandes Jesu Christi eygen bin / der mit seinem thewren Blut Matth. 26. für alle meine Sünde vollkommlich bezahlet / vnd mich auß allem Gewalt deß Teüffels erlöset hat: vnd also bewahret / daß ohne den willen meines Vatters im Himmel kein Haar von meinem Haupt kan fallen / ja auch mir alles zu meiner Seeligkeit dienen muß. Darumb er mich auch durch seinen heiligen Geist deß ewigen Lebens veesichert / vnd jhm forthin zu leben von hertzen willig vnd bereit macht. Confer Spindler von der Gnadenwahl. pag. 230. Responsio hæc primo aspectu videtur ovum esse columbinum, sed si sensum spiritus incubi spectes, ovum est Basiliſci vnde vipera. sensus est, unicum meum solatium est prædestinatio absoluta, qua electus Christo factus sum propius inamissibiliter, salutis meæ certꝰ absolutè eò enim loca citata. Joh. 6. 39. Rom. 8. 16. 17. 28. Ephes. 1. 14. pertrahi solent. ubi primam statim quæstionem catecheseωs non omnes cathechumeni recitare possunt. soli electi sunt illi, qui Christo proprii facti. hoc est, Omnis non electus non est is de quo responsio ad hanc quęstionem vera est, multi catechumeniin cœtu Calvinianorum sunt non electi. *Est hæc doctrina* (ita Beza ad Ephes. 1. pag. 349. *Vnicum ac firmum nostræ salutis, pacis, ac consolationis fulcrum, utrisque* (quod ajunt) *manibus retinenda.*

II. Ex analogia cum pecunia, quæ est idolum avaris, qui in ea spem fiduciamque reponunt. Ephes. 5. 5. & Imaginis bestiæ, hoc est, edicti, legis, decreti ab Antichristo promulgandi Ravanell. ib. pag. 739. tùm sacramenti, *quod absque sana* (hoc est Calviniana) *interpretatione, si sc. aqua putatur animæ sordes purgare, in idolum degenerat.* Juxta Calvin. comm ad Ephes p. m. 461. Beza ad Rom. 2. pag. 32. qui signis sacramentalibus plus tribuunt quam ipse, verè Idololatras appellat, si libertas & indifferentia pro causa fidei atque justitiæ habita, Deus falsus, justo Coccei. in Job. 12. pag. 167. si gratiæ universalis conceptus idolum est, uti Spanheim. in ep. ad Matth. Cottierium scripsit. pag. 12. quid erit gratiæ particularis absolutæ idea.

III. Πάθεσι idoli affectum. Idolum est. 1. novum. superstitionis in idolorum figulinâ factum commentum, hinc idola עצנים 2. Sam. 5. 21. Ier. 48. 5. 2. Deo invisum cui ille irascitur. Exod. 20. 3. c. 32. 10. Num. 25. 3. Deut. 4. 23. 3. Scandalosum ac ideo לעשת חעתעים opus errorum ac seductionum Jer. 10. 15. c. 51. 19. Confer Exod. 23. 32. 33. 4. Otiosum ac nihili Dii אלילים lev. 19. 4. Ier. 9. 10. 1. Cor. 8. 4. unde in summis necessitatibus nullum solatium sed potius confusio, hinc Idolum לבשת confusionis Ierm. 11. 13. c. 48. 13. 2. Sam. 12. 21. Confer. Iud. 10. 14. 1. Reg. 18. 26. Esa. 40. 18. c. 41. 7. c. 44. 8. c. 45. 20. 5. horribile. *idola* inquit Ravanel-

vanellus *denotantur per horrorem quia cultoribus suis horrorem incutiunt*, hinc idolum מפלצת terriculamentum 1. Reg. 15. 13. & אמים βδελυγματα Ier. 50. 38. Baruch. 6. 69. 6 plerumque ἀποῤῥητον arcanum, tectũ, solis epoptis ac initiatis inspiciendum, reliquis clam habendum ad imitationem adyti Sp. Sancti ac inaccessi in templo Solymitano, conf. Ezech. 9. Cujusmodi arcana hebræis dicuntur מסתרים Esa. 45. 3. Ierm. 49. 10. Dan. 2. 22. græcis μυστηρια vide Gallas. ad Irenæ. pag. 361. Casaub. exerc. ad ann. Baron. 16. n. 43.

§ 52. Ut dixi. 1. *Novum* rationis commentum, in S. Codice, revelationum promtuario ignotum, serò in Ecclesiam invectum, quæ olim semper stetit ab Universali gratiâ, ut probat Gerh. Vossius in histor. l. 7. hist. pelag. part. 1. pag. 636. & seqq. *Vniversa Ecclesia vetus* (ita Walæus de prædest. pag. 374.) *Augustinus, Prosper &c. non aliter intellexere quam obiectum electionis esse hominem lapsum.* Idem Walæus p. 492. canonem 25. Synodi *Arausicanæ* profert, qui sic habet, *aliquos divina potestate ad malũ prædestinatos esse, non tantum non credimus, sed si quis sit, qui tantum malum credere velit, ei detestatione anathema dicimus.* Novatores igitur fuerint supralapsarii. hęret hic Spanhem. nec alio effugio elabitur, quam ante Pelagii exortum scriptores Veteres incautius de hoc argumento locutos. vid. epist. ad Cottier. p. 14. Amyrald. in defens. Calv. cap. 2. Certè antiquissimus & θεοπνεύστοις Patribus adversum h. e.

Ἀντι-

Ἀντίγεφον, atque ideo Numini invisum. Contrarium, inquam est I. τὸ μυστικὸν specie, re μυθικὸν καὶ μυστῶν, seu, arcanum decreti. illi reclamant oracula Paulina de Evangelio (cujus non minima pars prædestinationis ad salutem) ptimum abscondito, nunc manifesto. Rom. 16. 25. 26. In quem locum hoc notat Calvinus. p. m. 140. *Quam sublime sit arcanum illud, significat, cum addit fuisse ab exordio mundi per tot secula reconditum. Paulus quod nunc repente apparuit, ante mundum conditum à Deo fuisse decretum admonet. Quanquam enim omnia, quæ per Christum & Apostolos exposita sunt, docuerant olim Prophetæ: ea tamen tanta obscuritate docuerant. prout est perspicua hæc Evangelicæ lucis claritas, ut non mirum sit, si dicantur latuisse, quæ nunc palam facta sunt. nec vero frustra Malachias exoriturum Solem justitiæ denunciat.*

De sapientia Dei in mysterio abscondita, præfinita ante secula in gloriam nostram, sed præconio Apostolico ebuccinata. 1. Cor. 2. 7. ad quem locum iterum Calvinus pag. 161. *Quia dixerat Paulus, Evangelium rem esse arcanam, periculum erat, ne hoc audito fideles, difficultate territi, refugerent, ac desponderent animos. Ergo occurrit huic periculo, ac pronunciat destinatum nihilominus esse nobis, ut eo fruamur ne quis, inquam, latentem sapientiam nihil ad se pertinere ducat: aut etiam nefas esse putet, in eam obtendere oculos, quia non sit humano captui exposita: communicatam nobis æterno Dei consilio esse docet.* De Arcano voluntatis divinæ patefacto juxta bene-

beneplacitum Dei, quod proposuerat in seipso Ephes. 1. 9. *Arcanum*, inquit Calvinus ad. h. l. *Sed quod nunc Deus patefacere voluit.* De mysterio abscondito à seculis in DEO secundum præfinitionem seculorum ab Apostolo in lucé prolato. Eph. 3. 9. non enim subterfugi, inquit Apostolus, quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis. Ergo & electionis consilium. Act. 20. 27. Est igitur assertio Apostolica ista, *Omne consilium divinum de salute nostra revelatum est.* Igitur per contrapositionem. *Quod consilium de salute nostra non revelatum est, non est divinum.* at consilium Prædestinationis præteritivum, ac absolutum est non revelatum, ac in nullo quæstionum genere definitum. non tantum non revelatum est τὸ διότι, cur Deus unum præterierit, alterum gratia dignatus fuerit? sed etiam τὸ εἰ καὶ ὅτι. nec hoc revelatum est Deum velle aliquem mortalium absolute præterire, nec illud, cur hoc velit? advertendum hîc sophisma Spiritus Reformatoris, qui quæstionem εἰ καὶ ὅτι ἔστι temere definit, sed ad solam quæstionem διότι stupet, illic suas rationes sequitur, hîc veneratur Scripturam, ut vult videri religiosissimè confer hodoph. phænom. 3. p. 163. optimè noster D. *Menzer.* in respons. ad defens. Crocii. cap. 12. pag. 108. *Libenter ipsi fatemur, atque agnoscimus, judicia Dei esse abyssum multam Ps. 36. 7. de quibus verè exclamat. D. Apostolus. Rom. 11. 33. ô altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei:*

*Dei: quam incomprehensibilia sunt judicia eius, & impervestigabiles viæ eius. Quis enim cognovit sensum Domini? &c. neque negamus, multa occurrere in capite de prædestinatione ardua & difficilia, præsertim, quando ad individua hominum descendendum est. Sed nemo tamen cordatorum Theologorum inde inferet, voluntatem Dei & decretum de nostra salute esse simpliciter absconditum & occultum: quippe quod in Evangelio suo Deus nobis revelavit: quod proinde ab Apostolo vocatur revelatio mysterij temporibus æternis taciti. Rom. 16. 25. Hinc D. Paulus, 1. Corinth. 2. 7. Loquimur, inquit, sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, &c. nobis autem revelavit Deus per spiritum suum. Quare voluntas Dei in Evangelio nobis proposita vocatur abscondita, scilicet rationi humanæ, adeoque omnibus creaturis. 1. Cor. 2. 8. quam nemo principum huius seculi cognovit. Eadem autem vocatur revelata, seu, manifestata, nempe per Christum in Evangelio Ioh. 1. v. 18. sicut ipse Christus testatur Matth. 11. 25. abscondidisti hæc, inquit ad patrem suum, à sapientibus*: & revelasti ea parvulis. Idé Mentz. in lingua Luth. Synodi Dordrac. θ. 131. pag. 28. *Et ne quidem audent Calviniani arcano illi decreto, tanquam fundamento, in ipsa praxi, inniti. Sed provocant ipsi ad Evangelicas promissiones: hoc ipso testantes, conscientia, propositum Dei de nostra salute in Evangelio nobis revelari & proponi. Nullibi enim scriptum habetur: Zvvinglius est absolutè electus: Calvinus est absolutè electus: Zanchius est absolutè electus &c. Vnde igitur illi suam absolutam electionem probant?* Remonstrantes ita urgent suos adversarios in declar. circa

prim.

prim. artic pag. 49. *Si præter illam expressam, quam in infinitis penè Scripturæ locis obviam esse nobiscum fatentur Contra Rem. alia talis voluntas, qua Deus certas quasdam singulares personas peremtoriè & ante omnem fidei considerationem salvare: alias vero quam plurimas æterno exitio absque ulla infidelitatis antecedentis consideratione destinaverit, in Evangelio clare patefacta est, ita ut quilibet eam ex eo intelligere, & observare possit, imo credere debeat, tùm sequitur. 1. Christum & Apostolos omnibus & singulis, quibus Evangelium annunciarunt, totam, imo præcipuam ac principalem Dei de singulorum salute, & exitio voluntatem non annunciasse (iis inquam, quibus expresè tamen voluntatem aliquam talem Dei esse eos indicasse volunt Contra Remonstrantes) nisi iisdem etiam singulis annunciarent, an ad certas illas singulares personas electas pertinerent: atqui id ab ipsis factū non est. Et tamen de ijs dicitur, quod voluntatem Dei totam annunciaverint, quodque Christus omnia, quæ à Patre audiverat docuerit. Apostoli vero, qui audiverant, & viderant, enunciaverint, quæcunque ad vitam æternam consequendam facere possunt, scripto consignaverint. Nominatim vero de Apostolo Paulo, quod ad Ecclesiam Ephesinam dixerit. Actor. 20. 27. non subterfugisse se quo minus annunciaret, eis omne consilium Dei, cum tamen. v. 20 tantummodo legatur publicè & domatim annunciasse Iudæis simul, & Græcis conversionem ad Deum, & fidem, quæ est in Dominum nostrum Iesum Christum. Vnde firmiter concluditur, præter hoc aliud antecedens peremtorium Dei consilium de salute hominum non dari. & pag. 51. Si talis aliqua voluntas*

*prior*

*prior daretur, tùm revelatio divinæ voluntatis de salute & exitio hominum in Evangelio facta, involveret manifestam contradictionem. nam Apostolus disertis verbis testatur Evangelium, cui annunciando ipse vocatas erat, esse de Iesu Christo Domino nostro. Rom. 1. 14. & secundum hoc Evangelium, Dominum judicaturum occulta hominum in die illo. Rom. 2. 16. non esse autem aliud Evangelium. Gal. 8. 6. sed anathema nobis esse debere eum, qui aliud Evangelium evangelizaverit. Gal. 3. 8. 9. Præterea non posse quenquam ponere aliud fundamentum, præter illud, quod positum est, quod est Christus Iesus. 1. Cor. 3. 11. Se etiam non judicasse quicquam scire inter Corinthios, præter Iesum Christum, eumque crucifixum. 1. Cor. 2. 2. adde his verba Petri. Act. 4. 12. non est in ullo alio salus (præterquam in Christo) neque enim aliud datum est nomen, sub cœlo, in quo oporteat nos servari. At si præter hanc Dei voluntatem, quæ salutem hominum in solo Christo fundatam collocat, alia sit in Evangelio patefacta, nimirum absoluta illa Dei voluntas de salvandis his & damnandis illis, cuius fundamentum Christus non sit, imò in qua Christus ne locum quidem habet, annon apertissima erit contradictio? Distinguere hic inter executionem, & Decretum est principium petere, & ἀσύστατα conciliare.*

§ 52. Frequens in ore dissentientium est dictum Mosaicum Deut. 29. 29. הנסתרות אלהינו לנו והנגלת Daß Geheimnüs vnsers Gottes ist vns geoffenbahret. Carpit hanc versionem *Sixt. Aman. miror.* inquit pag. 595. *indulgentiam & dormitationem B. Lutheri, qui & neglecto accentu*

*Athnach*

Atanach in voce אלהינו, & insuper habita litera ו ante vocem הנגלות quæ alterum illud axioma cum priori copulat, sic vertit, Daß Geheimnus deß HErren vnsers GOttes / ist offenbahret vns vnd vnsern Kindern ewiglich / daß wir thun sollen alle Wort dises Gesetzes. Quæ in Belgica nostra translatione sic versa reperies de heymelycnheit des Heeren onsers Gods is ons ende onse Kindern gheopenbaret eeuwichlyck ꝛc. Quicquid ad hunc textum ab Interpretibus convectatur, non illustrando verbo Dei, sed Lutheri affertur, qui scil. sua opinione dexterius ita transfert. Occulta (pertinent) ad Dominum Deum nostrum: sed (Ebraicè, Et) revelata (pertinent) ad nos & filios nostros, ut faciamus omnia verba legis huius. hæc est simplicissima Ebraicarum vocum interpretatio. nihil enim notius est ijs, qui vel ἀκριβῶς Ebræam Grammaticam attigerunt, τὸ ל sæpe idem significare, quod ad cum Ellipsi verbi pertinet. D. Piscator paulò aliter, occulta (sunt) penes Dominum Deum nostrum, at revelata sunt penes nos &c. Iunius occulta (sunto) penes Dominum. &c. Sensus, ne sapiamus altum, neque in ea, quæ Deus sacri silentij supparo operuit, curiosè inquiramus. Quin hoc potius operam demus, ut ex præscripto istius Legis, quam nobis revelavit, obsequij gloriam amplexantes, vitam nostram instituamus. Hanc egregiam & auro contra non caram sententiam commodè satis expreßit ipse quoque Vulgatus Interpres. hæc ille! infirmo sanè tibicine suffultus, nam τὸ ל sæpè etiam genitivi notam esse, & athnach non semper distinguere senten-

tias palam est. neque τὸ Vau neglexit Lutherus cum cujus versione sensus copulativus bene consistit. nimirum is Dominus, qui Deut. 30. 30. noluit à nobis suum Evangelium longè esse, ea, quæ æternis temporibus arcana fuere, in Euangelio patefecit. Obsignationis instar sit illa nostri D. *Menzeri* sententia in considerat. doctrinæ de perseverantia Sanctorum. θ. 48. pag. 100. *Vocas tu decretum arcanum & absconditum. Vnde ergo tibi innotuit? Et quibus testibus facies nobis fidem, ut credamus tale esse, quale tu describis? Fatemur quidem ipsi, multa adhuc Dominum de hoc mysterio tacuisse, eaque soli suæ sapientiæ reservasse: quæ scrutari non licet; sed tamen beneplacitum voluntatis divinæ de nostra salute nobis est in Evangelio manifestatum: de absoluto autem, sive fatali decreto altum est silentium. In scriptura, si habetur, produc, nomina Prophetam, Evangelistam, Apostolorum, designa caput & versiculum. Ita absconditum esse desinet, & fiet nobis, & toti orbi Christiano manifestum. Sin invenire in divinis Tabulis non potes (profecto nusquam extat, vel in Veteri, vel Novo Testamento) fatere, esse commentum humanum, vel etiam plusquam figmentum poëticum, imò inventum horribile ad obscurandam Dei bonitatem, justitiam, veritatem, & sanctitatem, & ad scripturam indignis modis torquendam, ac depravandam, & ad gignendam in hominibus carnalem securitatem, & horrendam denique desperationem.* Non male catechesis palatina, quamvis in consequenter q. 31. profitetur, Christus sey vnser Lehrer/der vns den heimlichen Rath

vnd

vnd willen vnserer Erlösung vollkömmlich offenbahret.

§ 54. III. Contrarium est S. literis τὸ μεικὸν sive voluntatis divinæ particularitas, quæ plenius discutietur infra in phantasmate septimo. Item τὸ Ἀναντισατικὸν, Irresistibile. Reclamat *Dominus* ipse Matth. 23.37. *Ego volui, nos noluistis,* & Luc. 7. 30. ubi, Pharisæi & Legis periti consilium Dei spreverunt adversus semetipsos. Fuit igitur aliquod in eos benignum consilium voluntatis divinæ, testimonio Johannæo declaratum, sed illi spernendo restiterunt, non solum testimonio Iohannis externo, sed & beneplacito interno, ob summam utriusque symphoniam. exemplis hanc rem illustravimus in hodosoph. phænom. 3. pag. 165. addatur nunc illud biblicum. 1. Sam. 9. 20. *Et cuius erunt optima quæque Israël? nonne tibi, & omni Domui Patris tui?* Conditionata isthæc promissio est benevolentiæ divinæ, quæ regnum Sauli, & ejus posteritati in perpetuum offert; si divinis nempe præceptis obsequatur. Quod postea satis explicuit Samuel. c. 13. v. 13. qui sic ad Saulem; *Stulte egisti,* nec custodiisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non feciſſes, jam nunc præparasset Deus regnum tuum super Israël in sempiternum. Igitur voluntas Dei in Saulem conditionata fuit, cui, quia restitit Saul non obediendo, ideo conditionis complementum non est assecutus in sua posteritate, na-

te. navigat ita noſtra ſententia inter velleitatem & decretum irreſiſtibile media. Vult Deus omnium ſalutem, ſed certo cum ordine & conditione.

§ 55. III. Adverſatur S. Codici τὸ ἀπόλυτον, ſive, *Abſolutum*, (non ab opere aliquo, merito, motivo noſtro, ex nobis, per nos, in nobis inhærente, propter quod electio facta ſit; non à fide qua opus eſt, aut fidei fructus; ſic enim & nos electionis decretum merè gratuitum eſſe dicimus) *ſed à præſcientia antecedanea.* Repugnant claſſica teſtimonia, in quibus electio facta κατὰ πρόγνωσιν tanquam priorem, & quaſi exemplarem formam, ad quam facta eſt electio. Rom. 8. 29. *Calviniani hic varias confingunt τῆς προγνώσεως illius interpretationes. Beza à Dei propoſito negat ſejungi præſcientiam*, in Reſp. ad Colloq. Mompelg. pag. 155. quam dicit continere εὐδοκίαν divinam. Piſcator in analyſi Rom. 8. Προέγνω, inquit, id eſt, *ſibi propoſuit ſalvos facere*; *Idem enim notari affirmat voce* προγνώσεως καὶ προθέσεως. *Keckerman. in Syſtem. Theol. l. 3. c. 1. prænotionem dicit notare amorem Dei. Perkins. de prædeſt. pag. 13. ex Thoma appellat ſcientiam approbationis, quam intelligit abſolutam. Bucanus pag. 388. notitiam cum effectu, nempe cum dilectione &* εὐδοκίᾳ. *itidem abſoluta. Calvinus præſcientiam illam deducit ex Dei ordinatione, & abſoluto decreto, tanquam cauſa. l. 3. inſtit. cap. 23. diſt. 7. Marloratus. in cap. 9. Rom. v. 27.* τὴν πρόγνωσιν *accipit pro ipſa electione. At diſtingui à prædeſtinatione præſcientiam*

*Dei*

*Dei inde patet. 1. Quia, D. Paulus duos enumerat distinctos gradus, quando scribit Rom. 8. v. 28. Quos præcognovit, sive præscivit, hos etiam prædestinavit. 2. quia electi esse dicimur juxta præcognitionem Dei Patris. 1. v. 1. 2. Vbi rursus ineptus sermo foret: Electi sumus juxtæ electionem. 3. Præscientia hîc non intelligitur indefinitè (sic enim tam ad mala, quam ad bona se extendit) sed certa ratione terminata, & certo subiecto occupata. Vocatur, inquam, præscientia fidei in Christum. 4. quæ fidei in Christum prævisio comitem habet individuam divinam approbationem. Eph. 1. 6. Sicut enim Deo Patri complacuit in filio suo. Matth. 3. v. ult. cap. 17. 5. ita per & propter Christum Deus Pater complectitur, amat, fovet, gubernat & defendit homines omnes in Christum credentes, & eis dat vitam æternam. 5. Vnde apparet, προέγνωσιν hoc loco, exquisite & proprie notare fidei in Christum præcognitionem: qua fide placent Deo, & approbantur credentes in Christum. Quare eorum Patrum dicta, qui προέγνωσιν accipiunt pro divina approbatione, sic sunt interpretanda, ut non absoluta intelligatur approbatio, sive, dilectio, sed fundata in Christo per veram fidem apprehenso.* hæc hujusmodi D. Menz. in resp. ad defens. Crocii. c. 12. p. 110. Repugnat S. Petro. 1. Petr. 1. 2. Vbi S. Petrus scribit electis (ὡς λογίζεται. 1. Petr. 5. 12. nõ quod omnes promiscue electi fuerint, sed synecdochicè: *Prophetæ enim teste Augustino & Apostoli sic arguere solent reprehensibiles in aliquo populo, q. omnes in aliquo populo arguantur, & sic alloqui laudabiles, quasi omnes ibi laudentur,* confer D. Gerhard. ad h. l. p. 37.) κατὰ

προγνωσιν Dei Patris. Crocius in defenſ. part. 2. conv. pruten. pag 322. intelligit præſcientiam practicam, prænotionem, ſive notitiam ſingularis amoris & curæ pag. 344. optime noſter D. Menz. in reſponſ. ad defenſ. Crocii. cap. 12. pag. 99. *ſicut ſcientia humana pertinet ad mentem, notans ſimplicem rerum notitiam: ita etiam multis locis de Dei præſcientia Scriptura loquitur, ut ſimplicem Dei prænognitionem ſignificet. Vnde non tantum bona præſcire, Deus dicitur, verum etiam mala.* 2. Reg. 19. 27. Eſa. 37. 28. Exod. 3. 19. Hebr. 4. v. 13. Syrach. 23. 28. *Errant igitur, qui præſcientiam Dei conſtituunt cauſam rerum præſcitarum. Vide Bezam reſp. 2. ad colloq. Mompelg. pag. 152. ſeqq. quem multi alij ſequuntur. Quibus hæc Auguſtini verba opponimus, l. 1. de Prædeſt. Sanct. cap. 10. Prædeſtinatio, inquit, ſine præſcientia non poteſt eſſe: poteſt autem eſſe ſine prædeſtinatione præſcientia. Prædeſtinatione quippe Deus ea præſcivit, quæ fuerat ipſe facturus. Vnde dictum eſt; fecit, quæ futura ſunt. Præſcire autem potens eſt etiam, quæ ipſe non fecit, ſicut quæcunque peccata. &c. Vide etiam lib. 6. hypognoſtixôn cap. 2. Interim non negamus, ſed potius tanquam veriſſimam comprobamus regulam Grammaticorum Hebræorum: Verba notitiæ interdum connotant affectum, qui ſequitur notitiam. Vnde ſcientia Dei, vel dicitur ſimplex & ſola notitia coniuncta cum approbatione. Bona igitur Deus præſcit ita, ut ipſe ea velit, efficiat, approbet, juvet, exornet. Mala verò præſcit, ut ea non velit, jubeat, efficiat, juvet, ornet, ſed tamen pro infinita ſua ſapientia & potentia, qua ex malo poteſt elicere bonum,*

*fieri*

*fieri permittat quidem, sed tamen ipsa mala odio habeat, prohibeat, damnet, & puniat. Quare differt à prædestinatione præscientia, hoc est, simplex notitia. I. quia hæc refertur ad omnia, sive bona, sive mala: illa tantum complectitur ea, quæ ad salutem spectant electorum Dei filiorum. II. Quia hæc non est causa rerum præscitarum, illa autem vere est causa salutis electorum. & ibid. cap. 13. pag. 140. non autem oportet invertere ordinem, ut electio præcedat, & præscientia fidei sequatur: sed omnium primum est consilium DEI: Credentes electi sunto: deinde in praxi & applicatione succedit præscientia: Hic, ille, iste credit. Vnde fit conclusio: Ergò hic, ille, iste electi sunto: Electio facta est juxta præscientiam, non autem præscientia juxta Electionem. Quare præscientia fidei in ordine prior est, posterior autem ipsa electio.* Videtur hîc in nostris versari castris Chamier. l. 7. c. 2. n. 4. pag. 99. dum scribit, *definimus proprie prædestinationem esse actum voluntatis divinæ, quæ tamen intellectum supponat, ut semper: adeo ut distingui tantum possint, nunquam separari. nam ideo Paulus, quos præscivit, eos Deum prædestinasse dicit. Rom. 8.*

§ 56. II. Absolutum à prospectu Christi Mediatoris antecedaneo. *nam gratia* una eademque (fatentibus Dordracenis art. 8. cap. 11. *Scriptura ajentes unicum prædicat beneplacitum propositum, & consilium voluntatis Dei, qui nos ab æterno elegit & ad gratiam, & ad gloriam, & ad salutem, & ad viam salutis) nobis data est cùm in tempore vocatione, tùm ævo electione, in Christo Iesu πρὸ χρόνων αἰωνίων.* 2. Tim. 1. 9. In CHRISTO facta est electio.

Eph. 1. 3. æterna sc. πρόκαταβολὴ κόσμε, qualis non est electio, seu vocatio ad regnum gratiæ. ubi τὸ, *In causale est, ac motivum* electionis antecedaneum, quod colligas l. ex *alleluchiâ parallelâ*. Gen. 29. 13. Deut. 24. 16. Matth. 6. 7. c. 11. 6. Luc. 22. 20. Act. 7. 29. Eph. 3. 13. cap. 4. 32. Col. 2. 16. Apoc. 14. 13. confer Gal. 3. 14. 1. Cor. 1. 4. non igitur (verba sunt D. Menzeri resp. ad defens. Crocii. cap. 12. pag. 102.) *genuina & propria est eorum interpretatio, qui in Christo nos electos dicunt, hoc sensu, ut in Christo simus, & in ipso, & per ipsum habeamus vitam æternam. Sic enim finis tantum electionis exponeretur, quasi scripsisset Apostolus, electos nos esse εἰς χειςὸν, in Christum. Certum enim est* D. Paulum Eph. 1. *notare fundamentum simul & veram causam efficientem, nimirum meritoriam, & normam electionis nostræ in Christo: qui etiam ipse nos elegit. 2.* Ex ipsa Apostoli glossâ. vers. 5. προορίσας διὰ χρίςε. 3. Ex συναφείᾳ totius contextus. Sicut nobis benedixit *in Christo*, ita & elegit in Christo. v. 3. at benedixit *in Christo*, ut fonte, causa, motivo benedictionis. Gen. 12. 3. cap. 18. 18. cap. 22. 18. conf. Act. 4. 12. Igitur & eo sensu elegit. confer D. Menzer. in linguâ Lutheranâ Synod. Dordrac. θ. 90. pag. 20. Quemadmodum inquit ibid. θ. 121. *Christus est præcognitus ante mundi constitutionem Mediator & redemtor generis humani. 1. Petr. 1. v. 18. 19. 20. ita qui sunt ab æterno præcogniti per fidem in Christo, tanquam capiti, adhærere. sunt in Christo, mediatore, & Redemtore suo electi ad vitam æternam. Vbi obiter*

obiter nota, quam sit impium docere (stante vi mirum hypothesi verâ §. 4.) Primò Christum esse electum ad vitam æternam, & postea in eo, tanquam capite nos tanquam membra, etiam electos esse. Vide epistolam Molinæi ad Synodum pag. 398. nam electio ad vitam æternam est hominis propter peccatum damnationi obnoxij ex merâ misericordia destinatio ad vitam æternam. Vide supra §. 4. 5. Quare, qui dicit, Christum esse electum ad vitam æternam, blasphemat per necessariam consequentiam, Christum in Adamo peccasse, & propter peccatum factum esse obnoxium morti & damnationi, æquè ut omnes reliquos homines ex Adamo prognatos. Quæ blasphemia intolerabilis est. 3. Ex harmoniâ decreti & executionis. Sicut in Christo habemus ἀπολύτρωσιν καὶ ἄφεσιν, ita & electionem. v. 7. at illam habemus in Christo antecedenter, motivè, causaliter. neque magis astricta est actualis vitæ æternæ collatio, ac fuit æterna ejusdem conferendæ volitio. 4. Ex perpetua fidei analogia, sine fide sc. in Christum Filium Deo neminem placere posse. nemo non fidelis amatur à Deo voluntate beneplaciti. absolutè electus ante fidem est non fidelis. Ergo. quæ hîc regerit Walæus pag. 455. petunt principium. 5. Ex adversariorum confessione Beza ad h. l. notat Christum hic non considerari. p. 350. Nude & seorsim, ut DEVM Patri ὁμοούσιον, & per omnia æqualem, (quâ ratione non in ipso, sed ab ipso, sicut & à Patre, & à Spiritu Sancto electi sumus, cum Dei οὐσία dividi nec possit, nec debeat) sed ut mediatorem, id est, ut Deum manifestatum in carne: bene! con-

*tra socios ac hodie contra* Ravanell. in tit. electio. p. 323. *differentia insinuanda erit inter electionem à Deo Trinuno factam ab electione facta in* CHRISTO. *Eatenus enim non sumus electi in Patre & Sp. S. sicut electi sumus in Christo. Iam si in Christo Mediatore facta est Electio, antecedenter facta est; non consequenter, alioquin is, qui prius electus, jamque dilectissimus est, demum mediatione, & reconciliatione opus habuisset.* optimè Calvinus ad 2. Cor. 5. 19. pag. 321. *neq; enim cum DEVM absque Mediatore intuemur, concipere alium possumus erga nos, quam iratum: Mediator interpositus facit, ut sentiamus nobis pacatum.* nec male Crocius hac parte, sed *ἀντιφατικῶς* Protheo similis, Lutheranizans judicio D. Menz. in respons ad defens. Crocii. pag. 91. cap. 11. confer Zanch. l. 5. de nat. Dei cap. 2. q. 3. pag. 516. Sohnium tom. 2. oper. de prædest. p. 992.

Explodenda igitur glossa Bezæ ad. h. l. p. 349. *In ipso, videlicet adoptandos, ut postea explicat.* nam Christus proponitur nobis ut Mediator. & ibid. Eligere igitur *in Christo definit nihil aliud esse, quam gratis destinare adoptioni per Christum.* & p. 350. *Explicat Apostolus, quomodo accipiendum sit, quod ante dixerat nos in Christo electos ab æterno, ita nempe, ut Christus substernatur Dei æterno consilio, quatenus per eum unum constituat, omnes electos ad suum finem adducere.* Piscatoris ad. h. l. pag. 1125. cum ait, *DEVM elegisse nos in Christo, i. e. ut servaret nos per Christum, quippe qui nobis suo merito conciliaturus erat Dei gratiam, & suo Spiritu fidem in nobis effecturus.*

Quod

Quod Ravanell. in tit. electio. urget pag. 523 *necesse siquidem est, ut decretum Dei de quibusdam hominibus servandis, ordine præcesserit decretum ipsius de mittendo Filio, per quem illi servarentur, non secus ac consideratio de ægroto sanando, semper ordine antegreditur remedij ad sanandum ægrotum adhibendi ordinationem.* in eo frustra est. nam nec Medici decretum absolutum est sanandi certos, quos libuerit in Nosodochio; sed hoc animo ingreditur nosodochium, ut omnes, quantum in se, sanaret, qui ordinem præscriptum non sint susque laturi. Igitur ex antecedaneo respectu ordinis. Mirum in modum hîc se, textumq; torquet Walæus in loc. de elect. p. 378 & seqq. sed in cassum. Obiter hic refellenda est *glossa Arminianorum, necessum est,* inquiunt in defens. sent. circa primum artic. pag. 60. *ut intelligatur locus, vel de electione illa ad gloriam, quæ fidem in Christum præsupponit, ut exposuerunt Remonstrantes in Collatione Hagiensi, ita ut in Christo, pro existentes in Christo positum dicatur. Ineptum enim est, quod evertendæ isti expositioni Contra-Remonstr. adferunt in textu, tum juxta stili Græci morem exprimendum fuisse, vel participium ὄντας ἐν Χριστῷ, vel pronomen τοῖς ἐν Χριστῷ cum ἐλλείψεις huiusmodi non infrequentes sint scriptoribus sacris: videsis 1. Cor. 3. 1. non potui vobis loqui ut spiritualibus, sed ut carnalibus, ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ, supple ὄσιν, sive Christianis in religione Christiana recens institutis. 2. Cor. 12. 2. οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ, id est, hominem, qui in Christo est, sive Christianum &c. Vel si quis hunc proprium loci esse sensum*

sensū non existimet, intelligendus locus erit de ELECTIONE ad GRATIAM, sive de decreto divino eligendi, i. e. eximendi, & segregandi aliquando per vocationem Ephesios ad cōmunionem gratiæ Evangelicæ, non quidē ex absoluto, & omnes actus alios divinos gratiosos antecedente peremtorio decreto, de vita æterna Ephesiis danda, sic enim ad omnes Ephesios hoc decretum pertineret, sed ex affectu salvandi, si modo crederent, & officium præscriptum facerent. Quæ vero tanta necessitatis ratio? Apostolum aiunt. pag. 59. hac oratione omnes Ephesios complexum esse, & indicasse eos omnes, & singulos una secum ad æternam gloriam ante jacta mundi fundamenta electos à Deo fuisse; Ratio est, quia ad eos omnes scribit, & hoc ipsum, quod ij electi sint, pro fundamento sternit, cui universam deinde adhortationum omnium suarum ad omnes & singulos pariter institutarum molem superstruit. Sciviſſe itaq; Apostolum Paulum necessum est, & quidem speciali aliqua à Deo profecta, (quippe qui solus, quos elegerit, novit) revelatione, omnes, & singulos illos, ad quos scribit, ab æterno electos esse, alioquin quomodo ad omnes æquè pertinebunt adhortationes illæ seriæ, quas Apost. huic electionis fundamento superstruit. & mox. pag. 60. Vt quis regerat, Apostolum ex charitate ita judicasse, quia omnes Ephesii credebant, aut saltem credere se in Christum profitebantur, satis non est, quia sicut de fide, ita de electione antecedente cuiuspiam certus esse non poterat; Si quis dicat, Apostolum hæc de parte præcipua, à qua denominari solet Ecclesia, intelligi voluisse, ille non tollit difficultatem, quia Apostolus ad omnes scribit, & fundamento huic specialis, sive singularis ele-

electio-

*electionis superstruit communes adhortationes ad omnes æque pertinentes, & quidem adhortationes ad gratitudinem & obedientiam DEO benefactori præstandam. At quo modo adhortationes illæ locum habebunt, nisi dirigantur ad eos tantum, ad quos certum est hoc electionis beneficium pertinere? hæc illi!* At primum non necesse fuit Paulo ad suæ assertionis ἀσφάλειαν, ut vel statueret omnes Ephesios esse electos, vel sciret, qui sint electi in individuo? neque enim omnes Ephesios promiscue affatus erat, sed ἡμᾶς (κοινωποιήσει usus) nos fideles, in Christo ipso actu benedictos, adoptatos, gratiosos redditos in dilecto, habentes remissionem peccatorum, credentes sermoni veritatis, obsignatos Sp. S. satis porro erat generalis fides, aliquos esse electos in Ecclesia Dei, in qua semper sunt Electi aliqui, nati Deo: applicationem reliquit conscientiis Ephesiorum, qui de sua fide certi, de perseverantia conditionate, poterant Apostolico fundamento tutò suorum officiorum necessitatem superstruere.

Absurdissima *Huberi* glossa non omittenda, qui pro suâ universali electione ex hoc loco ita divinavit (apud D. Aegid. Hunn qq. de prædest. p.m. 437.) *Electi sumus in hunc finem, ut essemus sancti, & irreprehensibiles. at vult Deus, ut omnes homines sint sancti, & irreprehensibiles. Ergo etiam omnes homines ad hunc finem elegit, vel omnis ad sanctitatem electus est electus.* Resp. in simili forma colligas licet. Justificat nos DEUS, regenerat,

χαρίσματι

χαρίσμασι ornat, ut essemus Sancti. at Deus vult omnes homines esse Sanctos. E. omnes justificat. Minor sane falsa in sensu diviso: Omnis homo ad Sanctitatem est electus: in composito vera, homo, si est electus, ad sanctitatem est Electus. Item nos filii familias testamento sumus scripti hæredes, ut essemus morigeri. at vult Paterfamilias, ut omnes etiam servi in sua Domo sint morigeri. Ergo & servos scripsit hæredes.

§ 57. III. A Prospectu Fidei Christum constanter amplexuræ, quam electionis decreto supponit Apostolus, non nihil obscurius Eph. 1. 4. conferendo cum Ephes. 3. 17. Unde argumentum:

*Omnis electus in Christo, est electus per fidem in Christum.*

*Hic e.g. Abraham electus est electus in Christo. Ergo.*

Major nititur perpetua ac indissolubili copula Christi, & fidei. Ubi fides, ibi Christus in negocio salutis nostræ aspicitur, ibi cōspicitur Fides. Unde noster *Menzer.* in resp. ad defens. Crocii. cap. 12. pag. 115. *Quicquid Scriptura enunciat de nobis hominibus in Christo, & per Christum, illud dicitur cum respectu ad fidem, qua Christus apprehendendus est, propter connexionem relati & correlati. Atqui Scriptura enunciat de nobis hominibus, quod simus Electi in Christo, & per Christum. In Christo tanquam salutis fundamento unico: per Christum, tanquam unicum vitæ & salutis authorem, & Redemtorem. Actor.* 3. 4. 6.

3.4.c.20.28 Rom.3.24.25.Hebr.4.7.8.9.10. Ioh. 2. v.1.
2. Ergo illud intelligendum est cum respectu ad fidem, quæ Christus apprehendendus est. Sic locum Apostoli. Ephes. 1. exponit Theophylactus. Elegit nos per ipsum, hoc est,per fidem, in ipsum. Sic Chrysostomus: Quid est (inquit sermone. 1. ad Ephes.) elegit nos in ipso? per fidem,quæ in ipsum esset,istud Christus, antequam nasceremur,disposuit, imo priusquam orbis fundamenta jacerentur. Hieronymus in commentario posteriore ad Ephes. 1. vers. 11. In quo prædestinati: addit per fidem, sive,præcogniti. Augustinus sic exponit, Elegit nos in Christo,hoc est, membra in capite. tom. 4. in libro ad simplicianum. q. 2. Impius igitur sermo est Bezæ Resp. 2. ad Colloq. Mombelg. pag. 194. Deum quosdam in Christo induraſſe. Quid? num etiam illi damnantur in Christo? Frustra etiam est Joh. Crocius cum hoc argumenti genus in Eckardo ut ἀσυλλόγιστον carpit.part. convers. Pruten. defens. pag. 333.

Omnis porro adoptio in filios Dei est in fide Joh. 1. 12.

Omnis electio per adversarios est adoptio: neque enim in tempore demum illa fit, sed in æternitate facta in tempore obsignatur. Ergo.

Item Id sine quo antecedenti Deo placere ἀρεσκείᾳ consequente, sive temporaria seu æterna non possumus,est id sine quo antecedente non est facta electio.

Fides est id sine quo antecedaneo Deo placere non possumus. Hebr. 11. 6.

Limi-

Limitationes adjectæ obstruunt instantiis Crocianis l. cit. pag. 342. Quibus D. Menz. hæc reponit. l. cit. cap. 13. pag. 141. *Respondet Crocius per distinctionem: posse aliquem Deo placere de præsenti, vel de futuro. Sed nullam hæc regula exceptionem patitur, quocunque modo distinguas: nemo diligitur in Christo, nisi per fidem. Quare aliter distinguit, ut referat fidem ad electionis effectum. pag. 342. sed hoc admitti non potest. nam dilectio in Christo est causa Electionis: E. prior dilectio est in ordine, posterior est electio. nullus autem peccator à Deo diligitur in Christo, nisi per fidem: sive loquare de præscientia æterna, sive de actuali fide. Et aliquoties dixi, Deum (salva sua justitia & veritate) non posse in gratiam recipere peccatorem, nisi interveniente Satisfactione, & per fidem applicata: quod tam verum est in ipsa Electione, quam in Iustificatione, ut contra Photinianos communiter disputamus.* Crocius *dat instantiam: Deo non placemus absque studio bonorum operum. Luc. 6. 46. 1. Thess. 1. 1. 2. 3. & tamen per opera non sumus electi: Ergo licet non placeamus sine fide tamen non sequitur, nos electos esse per fidem. pag. 432. Elenchus est parium: Placemus Deo per fidem, tanquam medium apprehendens Christum, qui est dilectus ille Dei filius, in quo, & per quem, & propter quem Deus nos diligit, & ad vitam æternam elegit. Studium autem bonorum operum non est medium Christi apprehendendi, sed est fructus spiritus in homine credente. Sumus. E. electi, ut simus sancti, & irreprehensibiles. non autem sumus electi, ut simus in Christo per fidem: sed, quia, juxta præscientiam divinam, sumus per fidem, à Spiritu S. per*

*Evan-*

*Evangelium accensam, in Christo; igitur Deus nos in Christo, Mediatore & Redemtore nostro dilexit, & sic dilectos elegit ad vitam æternam. Eph. 1. 4. 5. 6. 7. fides E. nostra in electione nostri ab æterno præsens DEO fuit, uti nos ipsi: nempe non existentia actuali, sed juxta præscientiam infallibilem. Quã vere igitur Deus nos ab æterno elegit, tam vere etiam ab æterno est intuitus nostram fidẽ in Christum, in æterna sua omniscientia.* Repugnat 2. Thess. 2, 13. ἔιλετο (ab αἱρέομαι) ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐν πίστει ἀληθειας, elegit nos ab initio. q. d. non nuper demum, ac nudius tertius, sed à jactis fundamentis mundi jam dum sibi constitit Electio ἀπ' ἀρχῆς ἀϊάρχα. Mich. 5. v. ult. Habac. 1. 12. conf. D. Gerh. ad 1. Petr. 1. p. 31. in fide h. e. Christo fide apprehenso, neque enim hic Fides ἐξ' ἀφαιρέσεως concipienda est. Quem locum frustra est Tropicorum Princeps Calvinus cum significativè tantum exponit in com̃. h. l. p. 565. *certum est aiens nihil aliud velle Paulum, quam electioni subjicere propria signa, quæ illam per se incomprehensibilem nobis patefaciunt, & cum ea individuo nexu cohærent. Signa vel tesseras electionis ponit, quæ ad eius fiduciam sufficere nobis debent.* Est hoc fidei officium, scribit ipse Calvinus ad Act. 15. pag. 155. quod proprium habet Christus in nos transferre, & gratuita communicatione efficere nostrum. Ita inter fidem, & Christi gratiam mutua est relatio. neque enim nos purificat fides, tanquam virtus aut qualitas animis infusa: sed quia mun-

ditiem in Christo oblatam percipit. vide. D. Menzer. in ling. Luth. Synod. θ. 104. pag. 22. Nec plus efficit *Crocius* in defens. secund. part. convers. Pruten. cap. 12. pag. 310. dum fidem hîc restringit ad sola salutis media, non vult esse objectum prævisum antecedaneum electionis. frustra inquam, nam si quis Testator diceret, elegi Te , jam pridem ad bonorum meorum hæreditatem per obedientiam; hæres non aliter acciperet, quam obedientiam, & hæreditatis consequendæ medium esse, & electionis pridem factæ præsuppositæ conditionem. Idem Apostolus scribit. 1. Cor. 1. 21. *Placuit Deo (in æterno consilio suo juxta quod electi sumus) per stultam prædicationem salvare credentes. Vnde concluditur, Consilio Dei de electione nostri ad salutē esse inclusam fidem. & v. 27. stulta mundi elegit Deus, ut sapientes pudefaciat. Vnde patet, electos esse à Deo homines, non absolutè & simpliciter hanc, illam istam personam, sine consideratione mediorum salutis, sed homines stultos coram mundo, qui non fidunt propriæ sapientiæ, potentiæ, & dignitati, qui non gloriantur in seipsis, sed qui omnem fiduciam ponunt in uno Christo.* hæc D. Menzer anti-Croc. pag. 128. Idem Apostolus. 1. Tim. 1. 16. describit electos, qui crediturí sunt in Christum ad vitam æternam. Unde colligitur fidem ab electione seponi non posse. Respondet Crocius, fidem esse effectum misericordiæ Dei p. 317. quod verum est, inquit. D. Menz. l. cit. pag. 153. sed non obstat nostræ sententiæ. Deinde dicit,

dicit, esse descriptionem à posteriori. pag. 328. Quod licet concedatur ratione executionis, tamen manet illud, non nudas personas esse electas, sed in respectu ad fidem in Christum. Confer D. Gerhard. ad 1. Petr. 1. p. 33.

§ 58. Secutus est Apostolus Magistrum Christum, cujus hæc est sententia Joh. 6. 40. *hæc est voluntas Patris mei, qui misit me, ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.* Ubi fides clare satis, ut conditio voluntatis divinæ ponitur. q. d. Pater vult salvari, si credit. D. Menz. in resp. ad defens. Crocii. c. 12. pag. 127. hunc in modum colligit: *Quicquid pertinet ad consilium Dei juxta quod facta est electio, id quoq; pertinet ad ipsam Electionem: quæ planè conformis est suæ regulæ, nempe consilio Dei. Fides pertinet ad illud consilium DEI: cuius hæc summa: Omnis credens in Christum, salvus esto. Ergo fides quoque pertinet ad Electionem. Quod si accipias de voluntate consequente, inter voluntatem eligendi & salvandi nulla relinquitur differentia, quam in cassum hîc scrutatur* Croc. defens. part. 2. conv. Pruten. p. 314.

Suffragatur D. Petrus. 1. Petr. 1. 2. Electis scribit, secundũ præscientiam Dei Patris in sanctificatione spiritus in obedientiam, & adspersionem sanguinis Iesu Christi. E. Apostolica *phrasis est: Electos nos esse in sanctificatione Spiritus (seu, per ministerium Spiritus Sancti, quo nos sanctificat) in fidem, per ministerium Spiritus Sancti in nobis accensam & adspersionem sanguinis Iesu Christi, hoc est, Electi: su-*

mus per Evangelium & fidem, qua aspersi sanguine Christi mundamur ab omni iniquitate. Ex Evangelio enim fides nascitur, quæ in promissione Evangelica apprehendit, & nobis applicat Christi sanguinem, in quo habemus remissionem peccatorum, justitiam, & vitam æternam. Quæ etsi in tempore fiunt, tamen juxta præscientiam suam Deus novit & vidit ab æterno, & proinde juxta hanc suam præscientiam elegit nos Deus ab æterno, sicut etiam nos in tempore salvat, secundum æternum illud suum beneplacitum: omnis in Christum credens electus, & salvus esto. Respondet Crocius, πρόγνωσιν esse duplicem, speculativam & practicam, hîc practicam intelligi negat D. Menzer. nam D. Petrus distinguit electionem à προγνώσει, ut regulatam à regula. Aliàs verum est, quos Deus ab æterno novit in Christum credituros, etiam eos paterne dilexisse, & elegisse ad vitam æternam. Ut enim Deus intuens nos in nobis ipsis propter peccata in nobis irascitur: ita intuens nos in Christo, nos amat, fovet, & beat. Quam nostram sententiam ipse Crocius confirmat. pag. 323. in eo errans, quod obstare eam nobis opinatur. Deinde macerat se in obscurando Sole veritatis: negans per ἁγιασμὸν πνεύματος intelligi ministerium Spiritus Sancti, quo nos sanctificat. Exponit ergo de interiore spiritus renovatione: & Petrum ait de electione judicare ex effectis, hoc sensu: Electis ad id, ut à spiritu renovante, & per obedientiam exinanitionis à Christo Patri præstitam reconciliantur. Audax interpretamentum, & miserabilis mixtura novitatis vitæ, & exinanitionis Christi, in reconciliatione mundi. Absit, ut ad-

*ut admittamus noſtra opera in circulum juſtificationis, vel electionis. Inſignis illa Crocij hallucinatio prodit eius præpoſterum in hoc tàm illuſtri teſtimonio depravando ſtudium. nam primo Textum ipſum mutavit, Electis in ſanctificatione Spiritus Inobedientiam , εἰς ὑπακοὴν ſubſtituit ipſe: Per obedientiam. Secundo per ſanctificationem Spiritus accepit interiorem renovationem. Tertio eam copulat cum exinanitione Chriſti, in reconciliatione generis humani cum Deo. Quarto, Textum alio modo corrumpit, ſcribit electos nos eſſe εἰς ὑπακοὴν, ad fidem. Quarto, interiorem Spiritus revocationem, dicit eſſe vocationem efficacem* pag. 324 *Quæ ſunt indicia vacillantis judicii, & mentis obtenebratæ.*

Subſcribit Jacobus cap. 2. 9. Deus elegit pauperes mundi, divites in fide, & hæredes regni, quod promiſit diligentibus ipſum. Sicut igitur, ſi dixiſſet Gideon, Deus elegit ad victoriam Madianiticam lambentes aquas: hic conceptus naſceretur in animo audientis. Ergo, quia lamberunt. Ita Deus elegit divites fide, Ergo, quia divites fide. Inſtat Crocius loc. cit. pag. 320. *Elegit Deus pauperes in hoc mundo, divites in fide, non quod eſſent tales, ſed ut fierent tales.* Piſcator notat *Accuſativus* πλουσίους, *regitur à verbo* ἐξελέξατο, *non per ſe, ſed mediante infinitivo* τῦ γένεσθαι, *vel* τῦ εἶναι *Similis eſt Syntaxis Rom. 8. 29.* προώρισε συμμόρφους, *pro eo, quod eſt,* προώρισε τῦ γενέσθαι συμμόρφους. *Iſta ellipſis hoc loco diligentius notanda eſt , ne quis ex iſtis verbis colligat, electos credere, antequam eligantur, atq; adeo eligi quia credant.* Reſp. diſtinguendo inter

ea, quæ electionis sphæram, ut conditiones ingredi per analogiam fidei possunt, & quæ non possunt. ipsa regni hæreditas non potest esse regni assequendi conditio per rerum naturam; dilectio non potest esse conditio per analogiam fidei, quæ ut ab actu justificante (non item ab actu justificati) excluditur, ita & ab actu electionis, non item ab actu electi. Unde D. Menzer. in resp. ad defens. Crocii. cap. 12. pag. 115. *explicanda erit ex natura rei. aliud est, si loquare de Sanctitate, & novitate vitæ: quæ non est de essentia, sive, forma Electionis, sed eiusdem effectum, sive consequens, ut patet Eph. 1. 4. At fides ἐνεργοσθέσει meritorum Christi. h. e. Christus fide apprehensus nulla cum repugnantia potest esse obiectum prævisum & motivum electionis.* deinde glossa illa (divites electos esse, non quod essent tales, sed ut fierent) temere scripturæ aliquid addit, quod ut adderetur, nihil cogit. nam quid cogit subintelligi τὸ γένεσθαι & divelli divites fide à verbo ἐξελέξατο? Tum in oppositione divitum seculi contemnentium pauperes, & pauperum divitum fide, omnes ad hunc modum pauperes sunt divites, sicut mulier paupercula plus dedit cum teruncium dedit. granum sinapi exiguum est, sed virtute opulentum satis; ita fides languida exigua est, sed cum Christum summum bonum amplectitur, est opulentissima. Juvat adscribere D. Menzeri responsum. l. cit. pag. 131. *Respondet Crocius. pag. 320. Elegit Deus pauperes in hoc mundo, divites in fide*

fide, non quod essent tales, sed ut fierent tales. Vt hæreditas regni, inquit, ab electione pendet, sic quoque divitiæ fidei. pag. 321. Adducit etiam Augustinum: & distinguit divitias fidei ab ipsa fide. Sed nos urgemus clarum Textum, sine glossa: DEVS elegit divites in fide, hoc est, eos, qui sunt in fide divites, ut maxime sint in mundo pauperes & contempti, Deus elegit ad vitam æternam. Quare non elegit Deus homines absolute, sine consideratione mediorum salutis, sed elegit credentes: atque sic in Electione concurrunt personæ simul, & media salutis, non media sola sine personis, neque personæ solæ sine mediis salutis. Et valdè foret absonum, dicere homines à Deo electos, ut sint in mundo pauperes. Nam & Adam, & Abraham, & David, & alij plurimi non fuere pauperes, sed divites & potentes, non autem confisi in suis divitijs & potentia. Iacobi autem sermone pauperes & egeni in hoc mundo eriguntur, ne deteriore loco, quam divites sefore putent in regno Christi. non autem sequitur: ut regni hæreditas pendet ab electione, ita ab eâdem dependet fides. Causam dixi superius. nam Christus acquisivit jus hæreditatis omnibus: sed eius fructus percipitur à solis credentibus. Confer. D. Feurborn. part. 1. Syntagm. dissert. 3. p. 110.

## Vindiciæ Elenchi.

§ 59. Bucanus hæc colligit argumenta (exceptis iis, quæ ex Rom. 9. exsculpit, de quibus infra) contra Fidem in electione præviſam, seu electionem ex Fide præviſa. loc. 36 p. 394. 1. Quia plane gratuita, & in unica Dei miserentis gratia, certa

est & firma salus nostra, juxta illud: Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Rom. 9. 16. 2. Quia laus & gloria Electionis nostræ soli Deo in solidum debetur: Elegit nos in laudem gloriosæ suæ gratiæ. Eph. 1. 6. haberent autem Electi, de quo gloriari possent, si prævisa opera, fides, dignitas Deum moverent ad aliquos eligendos. 3. Quia Deus nihil dignitatis aut boni hominibus prævidere potuit, nisi quod Electionis suæ beneficio jam prius largiri statuerat. 4. Quia tutior est salus nostra ex Dei electione, quam ex nostris operibus, quæ perpetuo annexam habent dubitationem. 5. Quia sequeretur fidem esse à nobis, non à Deo, aut nos prius dilexisse, & elegisse Deum, quæ falsa & absurda esse Scriptura demonstrat. non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Quia. 6. pag. 395. nihil potuit in rerum natura esse boni, nisi posuisset & ordinasset Deus. 7. Quia natura, causa efficiens, effecto suo posterior esse non potest: est autem Electio causa fidei, & bonorum operum: dicimur enim Electi, ut simus Sancti. Eph. 1. 4. & inculpati, non contra, quia futuros nos tales prævidebat: pugnant enim inter se hæc duo, habere pios ab Electione, ut sancti sint, & ad eam ratione operum pervenire, Et Paulus apertè scribit. 1. Cor. 7. 25. Se misericordiam consecuturum esse à Domino, ut fidelis esset. 8. Quia constans est Dialecticorum regula: quicquid est causa causæ, est etiam causa causati. Si igitur prævisa fides, & opera causa essent Electionis, essent etiam causa Vocationis & Iustificationis, quæ sunt Electionis effecta. Sed contrarium docet Scriptura. ad Titum. 3. 5. Vocavit vocatione sancta, non ex operibus nostris, sed juxta propositum suum. Et Rom. 4. 6. Deus imputat justitiam

stistiam sine operibus. Wendelin. l. 1. Christ. Theol. cap. 1. hæc contexit. pag. 73. *divinæ voluntatis per se causam proprie dictam nullam dari vel instrumentalem, vel finalem: etsi ἄλογ& ea non sit, seu ratione non careat. Rationes contra causam in genere hæ sunt. 1. Quia Deus ita est causa, ut plane non sit causatum: esset vero causatum, si voluntas eius, vel volitio, quæ à volente Deo non distinguitur, haberet causam proprie dictam. 2. quia voluntate Dei nihil prius, nihil maius: Esset autem ea aliquid maius, & aliquid prius, si causa eius esset. Ita concludit Augustinus. l. 1. contra Manich. c. 2. & l. 83. quæst. 3. Quia voluntas Dei est ens independens, quod semper in actu, nunquam in potentia est. Quicquid vero causam proprie dictam habet, id ab ea dependet, & respectu eius est in potentia.* Rationes contra causam instrumentalem in specie hæ sunt. 1. *Volitio est actio Dei immediata & æterna. Ergo causam instrumentalem nullam habet. Ratio consequentiæ: Quia quod fit interveniente instrumento, non fit immediate à causa principali. 2. Causa instrumentalis divinæ voluntatis est aliquid vel increatum, vel creatum. nõ increatum, quia præter Deum nihil est increatum: Non creatum, quia creatura Deo coæterna nulla est.* Ratio contra impulsivam in specie hæc est: *Quicquid agit impulsum ab alio agente, id ab alio patitur. Atqui voluntas Dei ab alio non patitur. E. non agit impulsa ab alio agente. Assumtio probatur. Quia in DEO, qui sua est voluntas, non est potentia passiva. Rationes contra causam finalem in specie hæ sunt. 1. Omne agens habens causam finalem proprie dictam, ad agendum movetur, seu,*

*impellitur. at Dei voluntas ad agendum non movetur. E. non habet causam finalem proprie dictam.* Propositio *probatur: Quia causabilis finis, respectu agentis principalis, in eo consistit, ut efficientem moveat, seu impellat ad agendum. Assumtio probatur: Quia Dei voluntas, quæ ipsa est Deus, est principium movens immobile. 2. Quod habet causam finalem propriè dictam, ei volitio finis est causa volitionis mediorum. atqui divinæ voluntati volitio finis non est causa volitionis mediorum. E. divina voluntas non habet causam finalem propriè dictam.* Confer Judic. Hassiac. in Synod. Dordrac. pag. 524. Respondetur ad. 1. τὸ gratuitum excludit merita, non τάξιν: fides hic non est opus aut meritum, sed manus mendica prævisa. *Crassus* (inquit noster D. Menzer. in respons. ad defensionem Crocii. cap. 12. p. 102.) *eorum error est, qui ut opera, & eorum prævisionem (idque recte) ita etiam fidem, & eius prævisionem negant pertinere ad Electionis definitionem: quasi par sit, & æqualis eorum ratio. non enim gratiæ opponitur fides (quemadmodum opera) sed ei subordinatur, ut eam in Christo amplectatur & teneat. Calumniantur, qui clamant, doceri à nobis, Electos esse nos propter fidem, tanquam aliquod meritum. non ita: Verum electi sumus per fidem, sive fide in Christum dicimur justificari & salvari: non autem propter fidem, h. e. propter fidei meritum, sive dignitatem & præstantiam.* Solus enim Christus *sanctissima sua obedientia & passione justitiam nobis acquisivit.* & ibid. p. 111. *Verè prædicamus gratiam illam Dei & misericordiam, esse merè gratuitam; quia in nobis peccatoribus nihil inveniri*

veniri potest, quod non dico dignum esset divina dilectione, sed quod non esset dignum æterna damnatione, hoc est, ut clarissimè dicam, non erat in nobis ullum meritum vitæ, sed erant sola merita æterna mortis. Quemadmodum autem in iustificatione ita commendatur una Dei gratia, & omnia nostra opera excluduntur, ut tamen Christus verè sit, & dicatur causa justificationis meritoria, eiusdem in Evangelio apprehendendi instrumentum fides: Sic non impedit, quo minus Electio tota sit, & dicatur verè & merè gratuita, ut maxime sit facta in Christo, & per ipsum, & propter ipsum, vera fide apprehendendum. Miserè enim fallunt, & falluntur, qui fidem divinæ gratiæ sic opponunt, ut gratuitam electionem esse negent, si per fidem in Christum dicamur electi ad vitam æternam. Quidni eodem modo concludunt illi contra gratuitam nostri justificationem? & pag. 113. inculcamus contra quotidianas calumnias Adversariorum, nos non dicere ob prævisam fidem, sive propter præcognitam, sive præscitam fidem, nos eligi, tanquam causam meritoriam, sive propter meritum, aut dignitatem fidei. Verum affirmamus, docemus, & asserimus esse nos electos ἐν πίστει ἀληθείας, in vera illa fide, hoc est, per meram fidem. 2. Thess. 2. 13. ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος in Sanctificatione Spiritus. 1. Petr 1. v. 2. hoc est, per ministerium Evangelij, quo Spiritus Sanctus nos sanctificat, fide purificans corda nostra. Act. 15. 8. Damnamus enim clara voce cum D. Augustino, Fulgentio, & alijs Orthodoxis Patribus, Pelagianos veteres, & recentiores, fidei tanquam qualitati, sive virtuti, nobis inhærenti tribuentes meritum aliquod, sive ad electionem, sive justificationem, &

*nem, & salvationem. Et hoc modo explicanda sunt illa Augustini dicta, quibus negat, electos nos esse, quia credidimus, sed potius, ut credamus. Quæ quidem opposita sunt Pelagianis, fidem docentibus esse ex nobis, eique meritum tribuentibus: propter quod electi dicamur. Vide ipsum l. 1. de prædest. Sanct. c. ult. & l. 1. Retract. c. 23. Item hypognostikōn l. 6. cap. 2. 5. 6. Suam verò sententiam* D. *Augustinus perspicue recitat tractat. 42. in Ioh. diserte affirmans, quos præsciverit Deus, qui fuerint crediturі (non ex suis viribus, quod aiebant Pelagiani, sed ex gratia Dei per verbum Evangelij) de ipsis dixisse Christum, quod sint ex Deo. Vid. etiam libro de dono perseverantia. cap. 14. & 18. item Fulgentium ad Monimum, Ambrosium ad Rom. 8. & 9. & 11. & alios.* Unde. 1. nihil gloriolæ, vel minimæ relinquitur fidei, quæ accipit, non donat, aut acquirit. Unde. 2. nihil dignitatis activæ Deus in homine vidit, nihil boni, quod non esset ex ipso. Unde. 3. certitudo Electionis non est absoluta (quam concipere nec tutum est, nec certum) sed conditione fidei perseverātis, satis est tuta & certa. Unde. 4. manet fidem essa à Deo, sed ab homine repulsam, vel non repulsam objecti credendi: neque si fidem prævisam Deus in eligendo homine respexit, ideo homo Deum elegit; perinde ac si dicas Nerva Trajanum adoptavit in successione ob ejus virtutem. Ergo Trajanus Nervam adoptavit. Unde. 5. manet fidem esse ex ordine divino, quem tamen ordinem Deus & statuerit, & præviderit, & juxta illum elegerit.

gerit. Unde, 6. nihil impedit aliquid esse effectum agentis & simul, seu rationem, seu causam ab agente præviſam. nam domus est effectus artificis & causa finalis, quæ artificem movit ad domum fabrefaciendam, ὥστε συμβαίνει πρόπον τινὰ, ὑγείαν ἐξ ὑγείας γίνεσθαι, καὶ τὴν οἰκίαν ἐξ οἰκίας, τῆς ἄνευ ὕλης, ait Philosophus l. 7. metaph. cap. 7. text. 23. Quanquam Apostolus dicat, nos electos ut essemus sancti, ut gratitudinem nostram testemur sanctitate vitæ: sicut servus ad mendicum, ab hero dotatum diceret, tibi sors lautæ eleemosynnæ contigit, quia eam manu amplexus non malignè repulisti, ut imposterum tuo Evergetæ fidelis esses: Ita fide justifica homo est electus, ut actus fidei justificæ edat. Item causa causæ est causa causati in causis adæquatis, at vocatio non est effectus adæquatus electionis in signo voluntatis consequentis, sed in signo voluntatis antecedentis. Frustraneus igitur est Bucani Sorites. Respondet Crocius (ita noster Menzer. loc. cit. p. 139. c. 13.) fidem non esse causam decreti: quod neque nos dicimus: sed affirmamus nullo alio instrumento, quam fide nos apprehendere gratiam DEI ab æterno nos eligentis in Christo per Evangelium manifestatam, & nobis oblatam. ad instantiam (ut maxime fides hominis ipso actu, & quoad realem suam existentiam non fuerit ab æterno, nihilominus tamen eam fuisse ab æterno, in Dei eligentis mente & præ-

scien-

tia, adeoque Deum prius prædiviſſe hominis fidem, quam ipſum elegerit ad vitam æternam) reſpondent Haſſiaci in Synod. Dordrac. p. 524. *id fruſtra excipi. nam homo ex ſe & viribus ſuis naturalibus in Chriſtum credere, aut ad ipſum accedere nulla ratione poteſt: Sed DEVS eſt, qui fidem per Spiritus Sancti gratiam in homine operatur. Vnde fides dicitur eſſe Dei opus. Ioh. 6. 29. Dei donum. Epheſ. 11. 8. non itaque, quia Deus prævidit in aliquibus fidem, ideo eos ad vitam æternam eligit, ſed contra, quia eos elegit, adeoque fidem ipſis dare decrevit, ideo eam in ipſis prævidit.* hæc illi in caſſum. cum non ſint oppoſita, fidem à Deo donari & tamen in electione reſpici. nam Acolaſtus habuit à ſuo Patre facultatem redeundi ad ipſum, & tamen ejus reditum Pater ἐλεήμονι ὀφθαλμῷ reſpexit: ac utrumq; verum eſt, Deus elegit, quia fidem prævidit, & quia fidem dare decrevit, ideo prævidit eam: illud viſione Theorica, hoc practica, de quo diſtinctionis conceptu infra ſuo loco plura. *Wendelinus* multos inutiles ſulcos in littore arat: Quis enim noſtrum ſtatuit voluntate divina eſſe priorem aliquam cauſam proprie dictam? Fides tametſi non ſit cauſa decreti, tamen eſt inſtrumentum ſalutis receptivum in decreto præviſum. προγνωστὴν fidei priorem (noſtro concipiendi modo) aſſerimus non fidem actualem, manet Deus cauſa, nunquam fit cauſatum proprie nihil illo prius tempore: neque tamen voluntas à præviſione dependet, etſi ea prior concipiatur:

non

non omne, quod altero posterius statim est Ens dependens: nam Filius Dei ordine secundus non est à Patre per dependentiam. an enim, male sentit Calvinus (cujus mentem exponit Amyrald. in defens. doctr. Calvin. cap. 16 p. 255.) cum scribit *etsi Dei decretum electivum, utpote æternum, Adami peccatum anteceßit, pependisse tamen ex certa atque indubitata peccati futuri prævisione.* manet Dei volitio actus immediatus & æternus: Fides actualis Deo coæterna non est, quanquá in conceptu objectivo statuant Philosophi propositiones ęternas, quarum veritas est ęterna, etiamsi seorsim res nondum existant: in omni æternitate verum fuit dicere, hominem esse animal, tametsi nec homo extiterit, nec animal: ita in æternitate verum fuit dicare Electio facta est juxta προόγνωσιν fidei, fide licet nondum existente. Absit ut in DEO ponamus aliquem impulsum physicum, activum, violentum: impulsivam causam cum asserimus improprie loquimur, sicut in Bernhardino illo, misericordiam moviße Deum ut à justitiæ rigore aliquid remitteret. Sic Iosua orando movit DEUM, ut solstitium imperaret. Ita & causa finalis movet, sed Intrerprete Philosopho κατὰ μεταφορὰν: alioquin si omnem omninò finis conceptum excluseris, jam nec gloria divina erit finis voluntatis electivæ. Confer D. Menzer. in respons. ad defens. Crocii. cap. 9. p. 80. &c. pag. 88.

Walæus

Walæus in loc. de elect. pag. 392. hæc addit. 1. si DEUS ex prævisione fidei elegit, Ergo & ex prævisione charitatis, tolerantiæ in cruce &c. quia hoc comitatu fides vera & viva gaudet. 2. si ex intuitu perseverantis fidei elegit. Ergo nemo ante obitū electus est, cū nemo perseverarit nisi post ultimum vitæ halitum: at scriptura electionem de vivis prædicat Luc. 10. 20. Phil. 4. 3. Eph. 4. 3. si elegit ex mundo condemnationis reo, Ergò non ex jam credentibus & regeneratis. 4. si Christus habet oves credituras nondum credentes prius Christo datas quam veniſſet, Joh. 10. 16. cap. 11. 52. cap. 6. 37. Ergò non sunt oves hoc est, electi ex fide præcedanea Resp. ad 1. conjuncta non semper conjunctim operari: ut in justificatione ita & in electione sola fides attenditur, quamvis non sit sola. ad 2. similiter colligas si ex respectu perseverantis diei usque ad vesperam æstimari dies debet, Ergò ante vesperam nulla fuit dies. distinguenda igitur perseverantia fluens à perseverantiâ confirmata; esse à dici, nemo perseverantia adhuc fluente à nobis certò electus dici potest calculo nostro; nihil tamen impedit quin calculo divino jam sic electus. in loco Lucæ τὸ ὅτι pro ἐὰν commodè accipitur, neque enim Christus suis discipulis eorum electionem tunc revelare voluit adque securitatem accendere, sed ab hâc iis cavere. in loco Philippico & Ephesino Apostolus ex judicio charitatis loquitur,

quitur, optimè ex præsenti fide de ejus constantia ominante. elegit ex mundo sed non mundanos, fide à mundi contagio separatos ad 4. Oves creditura dicuntur oves Christi ampliativè, quatenus oves futuræ erant ex fide; sed & dati Christo quatenus dabuntur. D. Menz. in resp. ad defens. Crocii. cap. 12. pag. 116. *Objicit adversarius palmarium hoc argumentum: Fides est consequens & effectum electionis. E. non potest dici causa eius instrumentalis, sive pars aliqua antecedens. probat Act. 13. 48. & autoritate August. & D. Lutheri in præfat. german. epist. ad Roman. &c. Respondeo breviter per distinctionem inter locutiones populares & exquisitas. Populares non nulli vocant fidem effectum electionis: & ipsam electionem dicunt fontem & causam omnium eorum, quæ ad salutem nostram requiruntur. Quæ quidem vere prædicantur de electione, propter Dei propositum, secundum quod facta est electio, & propter principem electionis causam, nempe Dei gratiam & dilectionem, ex qua est Christus mundo datus, qui Evangelium nobis manifestavit, ex cuius auditu fides est, qua salvamur. Convenit igitur hic axioma philosophicum: Quædam dicuntur de toto, qua totum est, quædam dicuntur de toto propter aliquam ipsius partem. Sic conclusio dicitur effectum, propter præmissas: dicitur pars syllogismi, qua totus est: familiæ pars sunt liberi: & eiusdem etiam effecta, propter Parentes, qui liberos generant. Totius Ecclesiæ, & totius Scholæ partes sunt Doctores, & auditores. Et tamen per Pastores & Præceptores dicitur Ecclesia & Schola generare Christianos & Eru-*

*ditos viros. Ezech. 16. 20. 21. 1. Corinth. 4. 15. Sic igitur electionis, qua tota est, pars est fides sive causa instrumentalis. nolo enim de appellatione cum quoquam litigare. dicitur autem fides effectum electionis, propter Dei propositum, & gratiam, atque Christi meritum, quod annunciatur Evangelio. Sunt enim in Electione. 1. Dei gratia. 2. Christi meritum. 3. fides. quæ ita sunt comparata, ut primum sit causa secundi. Ioh. 3. 16. & primum & secundum sint causa tertii. Eodemque modo (quantum ad ordinem partium, sive causarum attinet) se res habet in justificatione, quæ tota constat ex Dei gratia, Christi merito & fide. neque tamen inde negandum est, fidem esse effectum Evangelij, & Evangelium esse revelatum à Christo, & Christum esse donum divinæ gratiæ. & pag. 126. neque procedit collectio: sumus electi, ut essemus sancti & irreprehensibiles: E. sumus electi ad fidem, ut crederemus. nam & justificamur à peccatis ut sancte vivamus: & tamen inferre non licet, nos justificari, ut credamus.* Excipiebat Crocius ibid. pag. 128. nos vocari non per fidem, sed ad fidem, ut credamus. E. de electione dicendum, nos electos esse non per fidem, sed ad fidem, ut credamus. Sed respondet D. Menzer. ibid. cap. 12. pag. 128. *dispar est ratio: & de vocatione ipsa quoque non negari potest; quod requirat fidem, sine qua non est nobis salutaris. Qui enim vocantur & non credunt, salvari non possunt. vocamur E. ut credamus; non vocamur, quia credimus. & sic vocatio est causa fidei, fides autem non est causa vocationis. de electione vero sic loqui Scriptura non solet: in*

*qua*

qua totus ordo mediorum salutis concurrit. non dicit, electionem esse causam missionis Filij Dei in mundum: sic enim electio foret ordine prior ordinatione mediatoris: & non rectè dici posset, electos nos fuisse in Christo, sed oporteret dici, electis ordinatum esse Christum redemptorem. ut omnia simul complectar, Electio non est ordine prior consilio Dei de ordine mediorum salutis, sed posterior. Quare in præcognitione Dei ordo mediorum salutis præcedit, & electio sequitur non contra. Siquidem regula est prior regulato, ut loquimur. Facta autem est electio secundum consilium Dei, tanquam normam, sive regulam. E. consilium Dei prius est electione, ratione ordinis. res ipsa loquatur. lapso genere humano decretum fecit Deus de eo liberando. Quæ est misericordia & dilectio illa Dei, commendata à Christo. Ioh 3. 16. & D. Iohanne. 1. Ioh. 4. 9. 10. Liberatio hominum peccatorum sine satisfactione repugnabat justitiæ Dei, & severitati comminationis. Genes. 2. 17. E. constituebatur Christus redemptor & reconciliator mundi. Christus autem non prodest, nisi agnitus. E. ex Dei decreto annunciari debebat Evangelium, ut ex eo accensa fides apprehenderet Christum. Et in eo jam summa vertitur consilii divini. Omnis in Christum credens electus & salvus esto. hic ordo, in Evangelio monstratus, negari non potest. Crocius contra hunc ordinem tenet. Homines sunt lapsi. Quorundam ex illis DEVS misertus, elegit eos ad vitam æternam: cæteros præterijt & deseruit in sua miseria. quia vero dicit Electionem esse factam in Christo, implicat se se difficultatibus inexplicabilibus. nam si ponat decretum de missione Filij Dei ante electionem, non potest

*ostendere particularitatem in Electione, quin eadem statuat in satisfactione Christi. Dum autem fatetur, Christum esse datum toti mundo, & satisfeciſſe pro omnibus hominibus, oportet ut neget præteritionem, ſive desertionem longè maximæ partis totius generis humani. Quæ tantum quaſi digito indice demonſtro, ne ſit opus totum cumulum abſurditatum commemorare.* & mox. pag. 129. *Vnde ad fundamentum Crocij facilis reſponſio eſt: Sic eliguntur credentes, inquit, ut etiam vocantur. Vocantur autem, ut credant. E. etiam eliguntur, ut credant.* pag. 319. *nam vocatio Dei reſpicit homines, ut ſunt in mundo, & eos invitat, ut mundo relicto veniant ad Chriſtum. quare exquiſitè loquendo non vocantur credentes, ſed increduli. ut patet in ablegatione Apoſtolorū in mundum, qui per Evangelium homines infideles vocabant ad fidem in Chriſtum. Perinde ut ſi hodie Iudæi & Turcæ per Evangelium vocentur ad Eccleſiam. at in electione conſiderantur homines, non ut à Chriſto alieni, & extra iſtum, ſed in Chriſto in quo elegit nos Deus. Quare non credentes eſſe electos à Deo, ſcriptura nuſpiam dicit. Imò implicat contradictionem, non credentes in Chriſto eſſe electos à Deo, nam in Chriſto eſſe niſi per fidem nemo poteſt, diſparem igitur rationem eſſe electionis & vocationis patet.*

Vindiciæ pro præviſa fide, valent etiam pro præviſa infidelitate, quam in objecto reprobato ſolam eſſe conditionem requiſitam negat Wallæus l. de reprob. pag, 489. his ſtrophis inductus. *Sola infidelitas non eſt cauſa damnationis, cum multæ hominum myriades de Evangelio nihil audive-*

audiverint. deinde si sola perseverans infidelitas esset conditio requisita in objecto, tum nemo esset reprobatus ante finem vitæ. Resp. 1. negat Apostolus 2. Thess. 1. 8. ubi ἐνδίκησις intentatur τοῖς μὴ ὑπακούσι, τῷ Εὐαγγελίῳ etiam τοῖς μὴ εἰδύσι. Θεὸν. Affirmat Walæus. utri creditis? ad 2. verum est, neminem reprobum à nobis declarari posse ante finem vitæ: qui tamen in sensu composito juxta præscientiam Dei reprobus fuit ab æterno.

§ 60. V. Τὸ ἀπόλυτον παρελεύσεως *decretum præteritivum*, absolutum à prævisione fidei aut ἀπιστίας. *frustra primum excogitatum, deinde* ἀγεφύρως, *tum* ἀντιγεφύρως. *Frustra* inquam excogitatum in id, causam vulneratam tectorio quodam inumbret. nam præteritio à reprobatione inseparabilis est. quos DEUS præterit sua gratia, hi non possunt non peccare, consequenter non possunt non damnari, si enim (ita Maccov. disp. 17. de prædest. pag. 58.) *Deus decrevit non dare vitam tam multis, aut contrarium* (positivam reprobationem) *decrevit, aut nihil de illis certò & affirmatè definiisse putandus est: quod nisi absurdissimè cogitari non potest.* Regerit Walæus. pag. 492. *peccata ascitia sequi primum reprobationis gradum, sed non ex vi præteritionis, verum ex vi liberi arbitrij sibi relicti; ut frigus sequitur aquam calidam, si ignis non suggeratur, non ex vi ignis ablati. sed ex vi formæ ignis, cuius effectus non impeditur.* Imò ut frigus ex utroque sequitur ex vi formæ & ex ablatione ignis ut removente prohibens; ita reprobatio ex vi naturalis

malitiæ & ex gratiæ sublatione, tanquam removente prohibens. Αγεάφως, quia verba judicium DEI æternum, in finaliter ἀπίσως definitum, describentia nunquam nudam præteritionem notant, ὑποδάλλειν, ἀπωθεῖν, ὑποτέμνειν, ἐκλάζειν, σκληρύνειν, nunquam significant nudam tantum præteritionem, rei non electionem; sed semper decretum positivum rejiciendi à salute, sive damnandi, vel potius pœnalem destinationem ad exitium. Αντιγεάφως, quia Adversatur Codici Sacro, quo auctore DEUS neminem deserit, absolutè, nisi prius desertus, neminem deserere sua gratia decernit, nisi quem ante vidit refractarium fore. Ita enim Azarias ad Assam Regem, *si derelinquetis Dominum, derelinquet vos.* 2. Chron. 15. 2. ex quo loco hunc in modum colligit D. Taufrer disp. apol. 5. θ. 16. *Cuius affirmatio est causa affirmationis, illius causa est causa negationis: juxta verißimam regulam Arist. l. 1. post. anal. cap. 10. atqui affirmatio desertionis, qua homines Deum deserunt, est causa affirmationis desertionis illius, qua Deus vicißim illos deserit, ut ex hoc loco patet: neque diversum ex Scriptura ostendi potest. E. negatio desertionis qua homines Deum deserunt est causa negationis desertionis illius, qua Deus vicißim eos deserit; vel quod idem est, neminem deserit Deus, qui non prius Deum deseruit. Ac proinde, sicut affirmativa universalis valet: qui Deum deserit, is vicißim à DEO deseritur: ita è contra universalis negativa valebit; qui DEVM non deserit, is vicißim à Deo non deseritur: vel Deus neminem deserit, nisi prius*

se de-

*se deserentem.* Confer. ibid. responsa ad Piscatoris cavilla. *Seligam ad pœnam eos, qui rebellant & deficiunt à me.* Ezech. 20. 38. Vos estis non populus meus, nec ero ego vester. Ose. 1. 9. *Quia Deum non glorificarunt &c. ideò eos tradidit.* Rom. 1. 24. *propterea, quod amorem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideò eis mittet DEVS efficaciam erroris.* 2. Thess. 2. 11 Equidem etiam Hiskias à DEO derelictus est 2. Chron. 32. 31. non tamen nulla sua præcedente culpa, id quod notamus contra Maccov. disp. 18. de prædest. pag. 63. Est omnino præteritio ista gravis Dei pœna, at pœna supponit culpam, eamque non communem utrisque tàm electis, quàm non electis (fac enim noxam luemque originalem simpliciter consideratam esse causam præteritionis, omnes tàm electi, quàm non electi pariter fuissent derelicti, cum ubi fomes æqualis, ibi ignis iræ divinæ æqualiter exardescat) sed aliquâ non electis propriâ ἀπιστίαν sc. finalem, seu culpam cum ἀπιστίᾳ finali conjunctâ, semper eandé in ratione causandi, sive simpliciter, sive comparatè loquare. si quæras simpliciter, cur. v.g. Judas proditor est æternum damnatus? Respondeo, propter ipsius peccata, cum finali ipsius impœnitentia conjuncta. Sin comparatè, quæras cur Judas ille, præ Apostolo Petro, est æternum damnatus? Respondeo pariformiter, quia iste itidem in suis peccatis impœnitens perseveravit: hic autem egit pœnitentiam. Confer. D.

Feurborn. part. 1. Syntagm. dissert. 3. pag. 101. & seqq.

§ 61. Vanum igitur est, quod regerit Amyrald. in defens. doctr. Calvin. cap. 5. pag. 57. *Hoc primum constitutum esse debet, hominem sponte lapsum sua culpa in exitium iviſſe. Deseruit E. Deum priusquam à Deo desereretur. Vt si nullam ei spem veniæ Dominus feciſſet, deseruiſſe tamen dicendus non esset, niſi prius ab homine desertus.* hæc ille! at non hic quæstio est de primo peccato Adæ, sed de radicali & originali omnibus hominibus communi. si ea desertio, quæ est communis mortalibus causa est desertionis divinæ, pariter omnes ex æquo derelinquendi fuiſſent: igitur actualis illa, & infidelitate comitata desertio causa fuit non eligendi. optimè noster D. Menzer. in respons. ad defens. Croc. cap. 9. p. 83. *falsum est peccatum originale in infantibus extra Eccleſiam esse causam adæquatam reprobationis. nam peccatum originale commune est omnibus hominibus. Et quia etiam pro illo satisfecit Chriſtus, nuspiam in Scriptura dicuntur homines tantum propter illud reprobati. Generale autem est theorema: Qui non credit, damnabitur. Quare etiam infantes ei subiacent. Et hîc quodammodo & ex parte apparet scopus, cur sola incredulitas à Crocio negata fuerit causa reprobationis. Oppono igitur axioma: nemo hominum damnatur ideo tantum, & ex hac causa, quod sit peccator, siquidem contra peccata est efficax remedium in Chriſto. Quisquis igitur damnatur, damnatur ideò, & ex hac immediata causa, quia non credidit in nomen*

men unigeniti filij DEI: ipso teste & judice Christo. Ioh. 3. 18. Est etiam illud si indistinctè ponatur, falsum, quod affirmat Crocius pag. 278. adultos reprobari à gratia propter originale peccatum & actualia. Quales enim erant in mundo homines, quibus promittebatur, & in temporis plenitudine mittebatur filius DEI? & quibus per Apostolos annuntiabatur Evangelium? num erant à peccatis liberi? Imò quis est terminus à quo divinæ vocationis ad regnum Christi? annon omnes vocamur ex statu peccati, & potestate tenebrarum, ad regnum gratiæ & lucis? Crasse. E. errores isti corrigendi sunt. Et hactenus quidem docuit Crocius, reprobationis causam esse peccatum. & p. 84. Peccatum, inquit, est causa reprobationis, si absolutè loquaris: Sin comparatè, absoluta Dei voluntas. Ita etiam Steinium loqui memini, & alios. Perperam? nam quod absolutè verum, non evadit falsum in comparatione. Cur reprobatus Cain? Propter peccatum inquis. Cur Cain potius reprobatus, quam Abel? Quia, inquis, Deo ita placuit. Ergone inquam ego, in hac ipsa comparatione peccatum non est causa reprobationis? quare deseruit (ita enim loqui vobis libet) Deus maximam hominum partem in sua miseria, paucis ex ea liberatis? respondes præter liberrimum placitum te causam nullam assequi. Itane reprobationis causa peccatum est, & tamen alia nulla præter liberrimum Dei placitum? num hoc est præstare constantiam in asserenda veritate contra Bezam, quem in quibusdam à te deseri supra fatebare pag. 267. sed de hoc ex professo disputas cap. 10. ubi videbimus. Iam Molinæum testem citas. p. 284. cuius hæc verba sunt: etsi, inquit, peccatum sit causa de-

ſtinationis ad pœnam, non eſt tamen cauſa diſcriminis inter electos & reprobos. Quænam ergo diſcriminis illius cauſa? mera DEI εὐδοκία. Si res ita habet falſum eſſe oportet, quicquid dicitur de cauſa reprobationis alia, nempe peccato. Sed dicendum erit juxta Molinæum peccatum eſſe quidem cauſam damnationis, ſed non eſſe cauſam reprobationis: quæ vox frequentiſſime repetita eſt in votis Dordrechtanis. & pag. 45. Objicis, objectum reprobationis eſt homo peccator. E. reprobatur propter peccatum. Reſpondeo. ita reprobatum eſſe totum genus humanum, propter peccatum, ut ſit eiectum ex Paradiſo. Hæc reprobatio, quæ omnes indifferenter comprehendit, non poteſt aut debet opponi Electioni, quæ ex omnibus aliquos ſegregat. Et hic claudicat ſimile allegatum ex Molinæo. pag. 284. Objicis, Deus ex ſingulari miſericordia aliquos elegit & liberavit: reliquos juſto ſuo judicio deſeruit, & reliquit in ſua miſeria. Reſp. hæc vox non hominis eſt, nedum Chriſtiani. ſed eſt boatus blaſphemantis miſericordiam, charitatem, & dilectionem DEI, toti mundo, & omnibus in ipſo hominibus, dantis filium ſuum redemptorem. Fatetur Crocius, Chriſtum pro omnibus ſatisfeciſſe. Atqui Deus dici ſine blaſphemia non poteſt, eos præteriiſſe, deſeruiſſe, reliquiſſe, quibus dedit Filium ſuum unigenitum, ut pro ipſis ſubiret mortem. Niſi abſtineant Calviniani toties moniti & rogati, ab atrociſſima hac blaſphemia, ſentient graviſſimas à DEO pœnas. Deus neminem deſerit niſi ipſe prius deſertus. Et cum poſſet juſtiſſime animadvertere in totum genus humanum peccato contaminatum, ex mera miſericordia dedit nobis filium ſuum. Ioh. 3. 16. 1. Ioh. 4. 9. 10. quare

extre-

*extrema ingratitudo est, accusare DEVM, quod maximam humani generis partem deseruerit in sua miseria, non enim deseruit, sed misit mundo filium redemptorem, in cuius nomine vitam habebunt, quotquot in ipsum credunt.* Remonstrantes hæc opponunt in defens. circa primum artic. pag. 236. *Quis non videt ex hac præteritione prædamnationem necessario secuturam, ut perinde plane sit, ac si quis dicat, Deum quidem mortem alicui nolle inferre, sed tantum non continuare vitæ conservationem, cum hanc conservationem nemini absolutè debeat? Quid ergo, si alicui imperet, ut annos mille vivat, interim tamen dies decem tantum vim vitæ conservatricem ipsi continuet, postea irascatur hoc nomine, eumque velit æternis cruciatibus punire, eo quod ex hac vita decesserit, à Deo non quidem occisus, sed conservationis tantum continuatione privatus? an aliquis inanium eiusmodi distinctiuncularum ludum ferat in re seria? Cum enim nemo sine DEI sustentatione ad horæ momentum subsistere possit, quid ad rem ipsam interest, sive Deus vitam aufferre, sive non continuare dicatur? Et revera in Evangelico fœdere possumus quidem mente & cogitationis nostræ subtilitate duos istos actus distinguere: at causa, obiecto & fine distingui apud DEVM negamus. Eadem enim causa, idem obiectum, idemque finis non salvationis, vel non dationis vitæ æternæ & damnationis: neque ullus unquam reprobus ex egregia hac distinctione, vel ad horæ momentum minimum pœnarum suarum levamen sentit. Siquidem medium quid esset inter vitam & mortem, salutem & damnationem, mediusque status nonnullorum nec viventium, nec mori-*

*en-*

*rientium, cum huiusmodi sententia locum haberet, at vero cum nihil tale sit, & omnes non electi sint reprobati, reprobati non electi, cumque non electionem reprobatio, sive prædamnatio necessario sequatur secundum illorum opinionem, siquidem consentanea sibi dicere velint, omnino repudiandum est novum hoc Pontificiorum inventum, tanquam efficium ad offundendas tenebras veritati, & evadendum fortißimos ictus pro veritate depugnantium.*

§ 62. V. τὸ ἀπόλυτον peccati à reprobationis decreto positivo. Reclamat Dominus Joh. 3. *qui non credit, jam judicatus* E. in quæ verba hæc notat August. tract. 12. in Joh. *quid ait Christus: qui non credit, jam judicatus est. nondum aperuit judicium, & jam factum est judicium. novit enim Dominus (ab æterno) qui sunt eius, novit, qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammam, novit in area sua triticum, novit & paleam, novit segetem, novit & Zizania:* Hanc Christi sententiam de æterno reprobationis decreto esse conceptam, suadet verbum præteriti temporis κέκριται: judicatus est sc. non à se per ἀυτοκατάκρισιν quæ hoc quidem in seculo in omnibus reprobis non apparet, sed à Deo Judice; judicatus est non solum causaliter quia causam judicii in se habitam circumfert sed actualiter. Sicut ex opposito qui credit non damnatur sc. hic & illic: ita qui non credit judicatus non hic solum in sua conscientia sed & nõ judicatus est illic in foro decreti æterni Reclamat συμφωνία decreti & executionis. Si exe-

cutio

cutio decreti non fit sine prævio peccati respectu, nec voluntas exequendi sine hoc prævio esse potuit. Sequeretur alioquin illud grande absurdum, DEUM esse justum in exequendo, injustum in decernendo; illud, quia nocentem damnat; hoc quia sine noxæ respectu, adeoque, ut sic, innocentem damnare decreverit. hinc Episcop. ep. ad Rom. cap. 9. pag. 405. *quid aliud sequitur. 1. quam executionem justam esse, at non decretum? Imò contrarium potius hinc colligitur. Si executio justa est, propterea, quod causas supponat, propter quas malum homini in decreto destinatum infligitur; ergo decretum de infligendo malo injustum est, propterea quod causas illas excludat. Si enim non licet infligere malum sine causis; nec licet velle infligere. non enim in inflictione injustitia primo & principaliter est, sed in voluntate infligendi. Rectitudo enim in voluntate primo & per se est; per denominationem autem extrinsecam solum in executione. 2. Sequitur ex eo executionem diversam esse à decreto; ac proinde executionem, non esse illius decreti executionem, sed aliud quid. Et quid sibi quæso vult, id quod dicit Beza de causis subordinatis? an causa subordinata illa respectu reprobationis est peccatum? utique, quia peccatum damnat juste, inquit. At quomodo & à quo est subordinata hæc causa? an à Deo? atqui sic non modo non redditur justa executio, propter causam hanc inter decretum & executionem intervenientem, sed dupliciter magis injusta fit: quod videlicet Deus non tantum destinet odio aliquos insontes atque innoxios, sed etiam ut odium illud exequi possit quod causam*

*sam velit intervenire, id est, quod insontes illos peccare, & sontes fieri velit, ut executio justa videatur. Quid enim hoc aliud est, quam quod non tantum miserum velit esse hominem, sed etiam peccatorem fieri velit, ut sic jure quasi miserum facere possit. Si dicas, Deum non subordinare causas has per aliquam actionem suam positivam; nihil dicis. Sive enim per actionem positivam, sive privativam, peccatum illud subordinetur, certum est actionem illam, quæcunque sit, ex vi decreti antegressi subordinari; ac proinde peccatum illud, tanquam medium serviens executioni, à Deo intendi, & sic injustitiam non tantum non tolli, sed augeri per hanc DEI actionem.*

§63. VI. Τὸ ἁμάρτημα συστοιχειώσεως ordinis, seu, Catenæ eclogariæ, non unâ, sed aliquot categoriis dignum. prima Categoria est. 1. τὸ αὐτίγεφον. nam in rei veritate Apostolica catena salutis aurea hac serie graduum absolvitur, ubi primus gradus est

I. Πρόθεσις philanthropica, gratuita, & hypothetica de specie ac natura humana lapsa, adeoq; singulis mortalium personis per Christum redimendis à Sp. S. efficaciter vocandis, & in vocatione fidem habituris, si ad finem credant, hoc est, mediis cœlitus oblatis non recalcitrent, & perseverent ad finem salvandis. *Hoc beneplacitum* (ait D. Menzer. in resp. ad defens. Croc. pag. 92.) *Dei æternum, ratione ordinis esse prius electione, quam, tanquam regula dirigit & mensurat. Porrò consilium hoc Dei, sive beneplacitum*

com-

complectitur totum ordinem mediorum salutis: nempe de missione filij DEI in mundum, de eius satisfactione, de Evangelij prædicatione, & fide. Quæ si quis ab electione excludat, is negat, electionem esse factam juxta consilium DEI: cuius hæc summa: Omnis credens in Christum, beatus esto. 2. πρόγνωσις eorum qui constanter crediturí sunt, vel non crediturí. 3. προορισμὸς præscitorum eclogarius ad salutem æternam, tanquam scopum, cui ex adverso opponitur præscitorum reprobatio. 4. κλῆσις. in tempore catholica ad fidem, fidei & beneficiorum divinorum efficax oblatrix, quæ respondet philanthropiæ catholicæ, & est quasi προθέσεως æternæ obstetrix. 5. γνῶσις κλητῶν κατὰ πρόθεσιν, notio ac designatio eorum, qui juxta (non contra) propositum divinum vocationi constanter obsequuntur. 6. γνωσῶν justificatio & glorificatio. Omnia in CHRISTO. Contraria catena in cerebro Calviniano fabrefacta hæc est. 1. πρόθεσις, seu, decretum absolutum de fine hoc est, salute quorundam divinæ misericordiæ glorioſa, & damnatione justitiæ glorioſa 2. Παρόραμα, sive non prævisio antecedanea constanter crediturorum. 3. prædestinatio absoluta à fidei intuitu, præteritio (quicquid sit de reprobatione positiva) absoluta ab ἀξιώσιας respectu. ita enim Croc. in defens. part. 2. cap. 11. p. 296. *Cur potius relinquat Esavum, quam Iacobum in perditione, id est, peccato & reatu, in quo natus est uterque, præter Dei εὐδοκίαν nulla causa è*

Scri-

*Scriptura afferri potest. Sic decreti de illis potius, quam his in miseria relinquendis; præter DEI placitum causa nominari non potest.* 4. vocatio particularis, absoluta, respectu plurimorum inefficax. 5. justificatio ex fide antecedanea. 6. glorificatio condemnatio. II. τὸ ἐλλιπὲς luminis prædestinatorii, & quasi clinodii, è quo hæc catena pendet JESU CHRISTI, Mediatoris fide apprehensi. III. ἄπακτον, ac præpostera Christi collocatio, qui sero demum ad media executionis dejicitur, ejus in Senatus-consulto ipso, tam altum est silentium, quam in Eleusiniis sacris. IV. τὸ παράδοξμα fidei, ac infidelitatis futuræ? cujus aspectus hic excluſus, oculo divino ad peccatum electorum congenitum connivente, nondum placato, & tamen in homine maximè pulchro, sed Thersite deformiore delicante. Τὸ συγχύτον καὶ ταυτόλογον. dum præscientia cum prædestinatione confunditur, cum tamen κατὰ πρόγνωσιν, ut priorem prædestinatio facta sit. VI. τὸ ἀσυλλόγιστον, καὶ ἀνακόλεθον. Sicut enim hæc sententia verissima est, omnis præscitus, præelectus, prædilectus. Prædestinatus, est vocatus, justificatus: Ita hæc falsissima est, omnis non præscitus, non præelectus, non prædilectus, non prædestinatus non est vocatus, non est justificatus. perinde ac si dicas. Omnis homo est animal, mortale, bipes. E. omnis non homo est non animal, non mortale, non bipes, Item verissima ista, omnis glorificatus est justificatus

ficatus, vocatus, prædestinatus, prædilectus, præelectus, præscitus, parit hanc falsissimam, Omnis non glorificatus, est non justificatus, non vocatus. Perinde ac si colligas, Omnis in ludis olympicis coronatus fuit ad istum ludum vocatus, cucurrit ad metam. Ergo omnis non coronatus non fuit vocatus, non cucurrit. Propositiones Universales non reciprocas in consequenter colligere, nisi convertantur per contra positionem, pueri logicorum sciunt. VII. τὸ ψεῦδος, καὶ βλασφημὸν. necessitas scilic. patefaciendæ divinæ justitiæ ex necessitate peccandi, tanquam executionis medio, & misericordiæ ex miseria in quam homo conjectus est per absolutam horum electionem, illorum reprobationem. Num enim omnia Dei attributa necessarium fuit patefieri? num nihil amplius gloriæ divinæ in ἀποκρύφῳ Dei luce latet, quod nondum patuit? Benè noster D. Pappus ad Malach. 1. pag. 292. *Deus justus fuisset, etiamsi vel homo non peccasset, vel omnes reciperentur in gratiam: Justitiæ enim divinæ, etiamsi nemo damnaretur, tamen pretiosum lytron mortis Dominicæ satisfaceret.* VIII. τὸ ἀντιφατικὸν ordinatio absoluta. *Tacitam* inquit noster Menzer. in resp. ad defens. Crocii cap. 11. pag. 90. *implicat contradictionem, si quis dicat, ordinari aliquid à DEO absolutè. siquidem absolutum, & certo ordine determinatum, opponuntur. Et certissimum est ex tota scriptura, eos divinitus esse ordinatos ad vitam æternam, qui Evangelio credunt: & vicissim,*

*qui id contemnunt, & non credunt, eos non esse ad vitam æternam ordinatos. Ita* (juxta Crocium) *decretum in Christo determinatum & tamen absolutum.* vid. Menz. p. 93. Item Electio ad salutē non credentis abstrahendo sc. à fide vel infidelitate; & tamen voluntas salvandi credentis, seu, non nisi credentis. *non pugnant* (inquit Molinæus in anatom. Arm. vid. Corvin. pag. 337.) *eligere ad salutem non credentem, ut credat, & velle salvare credentem.* cui respondet Corvinus in censura, c. 24. *Eligere ad salutem nihil aliud est, quam velle salvare. Substitue ergo pro vocibus eligere salutem, istas voces, velle salvare, & dic mihi: annon pugnent velle hominem salvare, ut non credentem, & velle eum salvare, ut credentem?* sed dicis, DEUS eligit & vult salvare non credentem, ut credat. *Resp. 1. Esto; non evitatur contradictio per istud additamentum. nam sive illud additamentum adsit, sive absit, manent semper contradictoria affirmatio & negatio eiusdem de eodem, & oppositio duarum voluntatum, volo salvare, eum qui actu credit, & volo salvare eum, qui non credit actu: quia istarum propositionum una requirit formalem rationem fidei in subiecto, altera negat eam esse necessariam. Præterea illud additamentum etiam per se ineptum est. Nam per illud coniunguntur duæ volitiones, seu electiones distinctæ, una quæ est ad salutem, altera quæ est ad fidem, quæ una volitione frustra à vobis comprehendi, supra docuimus. Itaque ex sententia vestra primo vult Deus salvare eum, qui nondum credit. Deinde vult ut is, quem voluit salvare, credat, eumque eligit ad fidem, estque hæc volun-*

*voluntas altera posterior.* Idem Molinæus fidem non agnoscit in eligendo esse prærequisitam, statuit tamen fidem in eligendo esse prærequisitam, ut vult Arminius; tamen statuit commode & ex mente scripturæ accipi posse, fidem in electione esse requisitam, si scilicet fides ponatur ut conditio consequens electionem, & sine qua Deus non vult esse saluetm. ita & Grotius in defensione secund. partis Pruten. p. 308. electi sunt crediturí, non quia sunt crediturí, sed ut credant. Electi sunt enim, quos fide donare voluit. Mera αὐληφατικὰ. Fides non requisita in eligendo, & tamen requisita in electione. Requisita in electione, quia postquisita. perinde ac si dicas Deum in creando mundo requisiviſse hominem, quia hominem post quæsivit, ut sui glorificatorem & encomiasten: vel Deum requisisse ad missionem Messiæ eius resurrectionem, quia eam post requisivit. *Quomodo* regerit Corvin. pag. 344. non *elegit Deus sine fide, si non elegit sine fidei intuitu? Quomodo eligit cum intuitu fidei, si non eligit secundum fidei intuitum? Si enim electio est quid fidem antecedens, fides non requiritur in electione. nam electio jam erit facta ante fidem. adde, quod considerari non possit quomodo fides respectu electionis vocetur conditio, si electio fidem antecedat; cum de natura conditionis sit, ut antecedat id, cuius est conditio.* IX. τὸ ἀσύμφωνον, decreti & executionis. exquisitissimam ac summam harmoniã indicat Apostolus in τὸ SICUT *benedixit nobis*

*in seculo*, SICUT elegit ante secula. Eph. 1. 3. & 4. exigit Dei immutabilitas, qua fit, ut ex quibus causis homo justificatur & glorificatur in tempore, ex iis etiam ante tempus fuisse electum: suadet analogia cum prophetiis & earum complemento. nimirum ut color noctu obscurus idem est cum seipso matutino Sole illustrato: ita Evangelium æternis temporibus tacitum, cum seipso in tempore patefacto: ποιήμασι γὰρ νοεῖται τὰ ἀόρατα. Rom. 1. 20. at ἀσυμφωνίαν clare fatetur Wendelin. l. 1. Theol. Christ. cap. 3. pag 123. *non inquiens sunt eædem causæ electionis & salutis: ratio diversitatis est: Quia electio est actio Dei æterna, interna & à Deo immediate profecta: unde causam instrumentalem nullam admittit: Salvatio autem est actio Dei temporalis, externa & mediata, quæ multis alijs causis secundis, & medijs perficitur.* quanta asymphonia decreti cum executione in cerebro Calviniano nata? ut patere potuit ex hamartemate primo. illic propositum universale, conditionatum, efficax: Hic vocatio particularis, absoluta, respectu plurimorum inefficax. illic πρόγνωσις hîc παράδειγμα: illic prædestinatio absoluta à fidei intuitu, & præteritio absoluta ab ἀπιστίας intuitu; hic justificatio & glorificatio ex fide: non justificatio & condemnatio ex ἀπιστία antecedanea. Nec evadit suo, quem obducit, colore Crocius Dices, scribit ille in defens. part. 2. cap. 11. p. 198. *Justificationis obiectum sunt credentes: E. etiam electionis.*

*Resp.*

*Resp. justificatio non est tota electionis executio. præcedit eam efficax vocatio; an verò illa pro obiecto habet hominem credentem?* Sed malus analogista decreta confundit. est enim decretum suæ executioni analogæ, non disparatæ conferendum. Vocatio respondet proposito, justificatio prædestinationi. illic quidem fides non prærequiritur, sed hic utrobique substernenda est. Objicit Molinæus in anatome. *Si salus est finis, fides vero medium ad salutem (quod dicis significari cum dicitur nos per fidem salvari) oportet Deus prius cogitaverit de salute danda Petro & Paulo, quam de danda eis fide, per quam ad salutem perveniant. Finis enim intentione prior est mediis. eandem crambem* idem Molinæus prætexuit in Synod. Dordrac. sess. 141. p. 400. *Quanquam Deus prius dat fidem, quam salutem, non idcirco decretum de fide danda, prius est decreto salute conferenda. Deus enim prius intendit finem, quam media, & finis semper intentione prior est. Salutem igitur Deus prius intendit, quam fidem, quia fides est medium ad salutem.* idem respondet Gomarus in anal. ep. ad Rom. 9. pag. 60. ad obiectionem propter quod Deus nunc damnat, propter illud damnare decrevit; quippe decretum verum & immutabile. Sed propter peccata Deus damnat. E. propter peccata damnare decrevit. negat consequentiam syllogismi. *Quia fallacia est homonymias. nam propter significat, aut causam impulsivam, aut ei subordinatam. In conclusione significat causam impulsivam & antecedentem decretum, de qua*

quæritur, sed in propositione causam subordinatam: aliàs falsa est. nec propterea tamen à decreto discrepat executio, ut objici solet: Quia quæcunque in decreto sunt statuta, ea executioni mandantur convenienter decreto: sed causa impulsiva decreti, ea decreto non est statuta; eoq; neque inest illi: Sed decretum omnino ordine antecedit. Objectio illa, quam urgent infirma, imo rationis rectæ principio invicto contraria. Quia finis (ac per consequens causa destinationem finis antecedens) prior est medijs suis, in intentione destinantis: posterior vero in executione. Media vero quia fini subordinata sunt, ordine posteriora sunt intentione; executione vero priora. Respondet Corvin. in censura. cap. 19. p. 286. Negando majorem. sequitur quidem si salus est finis, fides medium ad finem, DEVM prius cogitasse de communicanda salute, quam de medijs. sed eo sensu ut communicationem salutis per modum finis in genere prius intenderit, quam elegerit media: hoc est, prius quam statuerit media ordinare ad finem obtinendum, adeoque ut prius statuerit gloriam communicare, quam quibus esset communicanda. Sed non sequitur, si salus est finis, prius DEVM intendisse absolutè eam communicare his vel illis singularibus personis, Petro puta & Paulo: quam statuerit quibus mediis eam communicaret. Nam intentio finis præcedit quidem intentionem mediorum: sed quæritur an prima intentio salutis, ut finis, sit absoluta respectu singularium? ita ut DEVS absolute decreverit huic vel illi conferre salutem in particulari antequam quicquam statuerit de medijs, Id tu quidem supponis, sed nos contradicimus. nam quæ ratio boni est prior &

abstra-

*abstractior, ea statuitur prius volita. Sed communicatio salutis generatim accepta prior est & abstractior, quam communicatio respectu singularium. E. prius etiam est volita. Istam vero communem intentionem sequitur quidem altera, qua statuitur, quibus DEVS velit salutem communicari. Sed distinguendum est inter finem, ut donum gratuitum, & ut præmium.* hæc ille! præstat distinguere inter donum gratuitum absolutum & conditionatum. illud qua finis, absolutè intenditur, hoc conditionatè, si scilicet, quam DEUS est oblaturus fidem, amplectantur homines, fore ut salventur. illic fidei respectus excluſus est, hic intimè inclusus Confer. D. Hülsemann breviar. extens. c. 15. p. 233.

§ 64. Denique repugnat S. Codici τὸ ἀσφαλὲς electionis, absolutum: cui reclamat Apostolus cum hypopiasmum sui corporis de se prædicat hoc fine susceptum, ne reprobus efficiatur. 1. Cor. 9. 27. Unde firma ratiocinatio: Si Paulus ideò corpus suum castigat ne reprobus efficiatur. E. in sensu diviso fuit reprobabilis. Ergò suæ sibi electionis non fuit absolutè certus. Inepte sane colligeret, qui hunc in modum colligeret: Ego castigo corpus meum, ne mihi comparendum sit in noviſſimo judicio, ne mihi in morte (sine resurrectionis spe) manendum sit: nam hoc absolutè decretum est. at aperte & congrue Paulus colligit, quia novit ejus electionem esse conditionatam. Equidem Beza ad h. l. pag. 203. ridet ut ineptos.

*qui ex hoc loco effici volunt non esse firmam electionem, quibus oppono, quod scribit noster Apostolus. Rom. 8. 38. non pugnat ergo Apostoli solicitudo cum electionis firmitate, sed ab ea potius dependet. nam sicut firma est, & certa perseverantia electorum, ita constituit Dominus, ut hac pia solicitudine foveatur. Deinde quod est istud argumenti genus Laboravit Paulus ne reprobus fieret. E. reprobus fieri potuit. Sic enim etiam liceat colligere Christum potuisse non mori, quia rogavit, ut calix iste à se transiret, & similia infinita, quibus nihil absurdius fingi potest.* hac ridendus ipse! nam quomodo solicitudo cum absoluta electione sit ἀσύστατον supra habuimus. instantia à Christi deprecatione calicis incongrua est. nam Christus in statu exinanitionis ut homo ignorare potuit sibi necessario moriendum fuisse, unde & deprecari calicem lethiferum potuit: quamvis in Christo potius velleitas fuerit, quam perfecta voluntas, vellem si fieri posset, 2. Sam 23. 15.

§ 65. Et porro VI. hoc Idolum extreme invisum adeoque βδέλυγμα quia Numini extreme dedecorosum ac ignominiosum, cui nefanda εὐδιαφθορία rapit gloriam *Bonitatis & φιλανθρωπίας* dum primam perditionis humanæ radicem in Deo ponit. probationis labore Piscator nos liberat. Is enim adversus. Taufrerum pag. 57. minorem nostram ultro largitur ac nulla probatione indigere fatetur: quin disertis verbis addit, *scripturam causam primam perditionis humanæ in Deo ponere, Fatetur ibidem, reprobationem*

esse

*esse principem peccatorum causam, addita tamen hac cautione, non quatenus sunt peccata, sed quatenus actiones vel pœnæ.* At cum reprobi, juxta Piscatorem & alios præcipuos contra Remonstrantium Doctores, *ad peccata sint absolute Prædestinati, ut ad media & causas damnationis; peccata autem non sint nec possint esse damnationis æternæ media, vel causæ, nisi quatenus peccata; apparet, ex ipsorum sententia, ad peccata qua peccata reprobos esse prædestinatos: quod diserte fatetur Doctissimus Zanchius & res ipsa docet.* ita Remonstrant. in act. pag. 244. noster D. Taufrer. in disp. 1. contra absol. decret. thes. 34. hanc nectit catenam Calvinisticam, *Maxima pars generis humani damnatur, cur? quia non credit. at cur non credit? quia Deus simpliciter ei non vult dare fidem. at cur non vult dare fidem? quia absolute eam reprobavit. at cur absolute eam reprobavit? tandem respondet. Quia Sic Voluit. Hinc evidentissimè perspicitur, stante absoluto reprobationis decreto, DEVM primam & principalem causam perditionis maximæ hominum partis statui.* Jam Pessimi diaboli character est ζωγρεῖν ut probe saginatos perdat. 2. Tim. 2. 26. id quod facit optimus Deus dum reprobos conservat in vita & bonis temporalibus saginat ut æternum cruciet. Tenere enim convenit (juxta Calvin. ad act. 27. pag. 250.) quæcunque Deus impiis beneficia largitur, tandem illis cedere in exitium. Eadem hic reproborum conditio quæ captivorum barbarorum apud Tovu pinambaultios quos capiunt ut mactent, ma-

ciant ut deglutiant. de quibus Lerius in hiſtor. navig. Braſil. c. 15. p. 183.

§. 66. MISERICORDIÆ, Miſericordia natura fertur in hominem *miſerabilem*, divina etiam *in hoſtem* (*gratiæ* tamen oblatæ non obſtreperum) eumq; *omnem, maximè infantem. Miſerabilem* Hominem inquam. nam Dæmonum hic à nobis ratio non habetur de quorum lapſu lapſuſque cauſis & circumſtantiis non perinde ex revelatione conſtat, ut de humano genere lapſo. ſunt quidem à veteribus rationes excogitatæ φιλανθρωπίας præ φιλαγγελία collectæ à D. Gerh. ad 2. Petr. 2. pag. 205. ad quæſtionem, *Quid ſi homines recepti ſunt prælapſis angelis, quod hi quidem peccarunt, non ab alio ſeducti: primi verò parentes Satanæ tentatione circumventi ſunt lapſi.* Reſpondet D. Aeg. Hunn. in qq. de prædeſtinat. pag. 253. *Aliquid ſane dicitur; ſi principem illum lapſorum angelorum & coryphæum ſpectes. Hic enim à nullo alio eſt ſeductus. Si verò cæteros angelos conſideres: non minus illi à Duce & Anteſignano illo ſeducti & in ſocietatem ſceleris pertracti.* Hæc D. Hunnius, quanquam hic quoque maneat differentia inter Angelos lapſos & Evigenas, nam illi etſi ſeducti tamen αὐθαιρέτως liberrima peccarunt, hi neceſſitate naſcendi in peccati reatum incidere. Imparitatem agnoſcit *Spanheim.* de grat. Univerſ. pag. 1809. *Annon ut hi diaboli gravius peccatum peccavere, ſic ſtatim graviorem ſenſere iram Dei in ſeſe, & graviores pœnas partim experiuntur in præſens, partim experientur in æternum?* hæc

ille

ille. *Miserabilem* inquam, *non miserum*, nam & actu damnati miseri sunt non miserabiles, quia gratiam oblatam malitiosè decoxerunt. Unde Spanhemius de grat. univers. pag. 1185. ipse distinguit inter statum viæ & termini. *Hostem* inquam, nam normæ divinæ normatum est nostra misericordia & χρηστότης. Luc. 6. 35. 36. ac, uti sentit Calvin. harm. ad Matth. 5. pag. 85. nostræ adoptionis nota. at hæc ardet etiam inimicos: & hilariter ignoscit Rom. 12. 8. exempla legas licet collata à Lipsio in monit. & exempl. polit. cap. 12. pag. 148. Illustris est sententia Davidis perconantis 2. Sam. 9. 2. num aliquis superest de domo Saulis ut faciat cum eo misericordiam DEI? hoc est, non vulgarem sed talem quæ in hostes etiam fertur. in quibus verbis si non spectasset Saulis intestinū odium & rabosā Davidici sanguinis sitim non dixisset misericordiā Dei, ut q. in Jonathâ habuerit potius quod antidorali officio compensaret, quam quod Zelo ulciscceretur hostili Confer l. 1. Sam. 20. 14. *gratiæ* inquam *non obstreperum*, nam cum gratia λύσῃ conciliaturæ, ἀμνησείας, ἀσυλίας, pertinacia quadam ferrea & finali spernitur, conculcatur, miserabilitas deficit, *Omnem*, inquam si enim esse posset homo qui omnibus hominibus benefacere posset ex lege Christi allegata omnibus ad benefaciendum teneretur; neque enim licet Medico cui Nosodochii cura commendata, discretione uti, alios ægros præterire

atque

atque medicam manum admovere. Quod homo ex lege tenetur, id Deus est ex affectu divino, nimirum pater misericordiarum non crudelitatum, *maximè infantum*, inquam; *Deus Angelum nullũ damnavit* (verba sunt Chamier. tom. 3. l. 8. c. 8. n. 23.) *nisi propter peccatum actuale & ut loquuntur Papistæ, propter malum usum liberi arbitrii at homines etiam sine ullo suo actuali peccato, sine ullo malo usu liberi arbitrij, ut patet in Infantibus.* Nam si cœlestis Pater Ninivitis pepercit ne perderet morte prima ex respectu infantum *Ego inquiens non parcerem Ninivæ in qua sunt plures duodecim myriadibus hominum, qui non norunt discrimen inter dextram & sinistram.* Jon. 4. vers. ult? quidni parceret infantibus ipsis ne perderet morte æterna? quamvis quousque misericordia Dei amplianda definire ἐνδέσει nostrum non sit, tamen in Ninivæa hypothesi ex opposito ostendit Dominus nisi peperciſſet se misericordem futurum non fuisse. Infans quidem simulac natus mortis æternæ damnas est, merito, sed temperamento divino reconciliabilis. ut verum est illud Molinæi in Synod. Dordr. sess. 141. d. 402. *Corruptio naturalis est causa, sufficiens ad reprobationem, non secus ac serpentes rupto ovo recens in lucem editi merito necantur, quamvis neminem adhuc infecerint veneno*; Ita falsum Infantes ob solum peccatum originis actu damnari. Illustrare hoc thema licet 1. *exemplis parabolicis hebrææ sobolis* (quæ imago fuit totius generis humani lapsi) Ezech. 16. 6.

ubi

ubi cum Dominus vidisset hebræam sobolem, expositam, derelictam, illuvie fœda in materni sanguinis volutabro pollutam, exarsit ac vivere jussit. *Hominis in latrones incidentis* sauciati, semimortui, in quem Judæum licet ac hostem miserendi affectu incaluit samaritanus Luc. 10. nobis in exemplum propositus, ut essemus misericordes sicut Pater noster cœlestis est misericors Luc. 6. 36. qualis igitur est misericordia patris cœlestis ex bonitate naturæ, talis nostra esse debet ex officio debito, ac ut hæc objecto miserabili quocunque posito fervere debet, ita talis est misericordiæ divinæ affectus. Heu! quam riget triste ac funestum illud Bezę in volum. 1. de Prædest. contra Sebast. Castellion. p. 347. *obsecro, qui fit ut tantopere de excusandis reprobis labores? nos quæso illos sinamus potius & æterno Judici damnandos relinquamus.* & mox, *non illorum causam agamus.* Regerit *Spanheim.* de grat. univers. ad Luc. 6. 36. pag. 2323. *Deum promiscue benefacere etiam impijs & ingratis hominibus,* ἐξαγώνιον *est: interdum quoad* τὰ βιωτικὰ *tantum, quatenus solem suum & pluvias suas illis etiam indulget: interdum vero etiam quoad* τὰ ἐπουράνια, *sed tunc illi, qui antecedenter & objectivè impij & ingrati fuere, desinunt tales esse per gratiam sibi oblatam. 2. Demus etiam Christum ex eo, quod Deus promiscuè benefacit etiam impijs & ingratis hominibus eum appellare* χρηστὸν & οἰκτίρμονα, *Luc. 6. 36. Egregia verò illatio. Deus est* οἰκτίρμων *ergo impios & ingratos, Ergo Deus omnes & singulos vult salvari.*

An à

*An à genere ad speciem procedit illatio affirmativè? Et an ob alia beneficia impijs & ingratis indulta οἰκτίρμων vocari nequit, nisi illis velit salutem æternam? Qualia verò beneficia & officia à nobis præstantur alijs. Vtique externa tantum, qualia Deus etiam indulget impijs. 2. Ex collatione loci paralleli. Matth. 244. quia Deus solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluvias dimittit super justos & injustos. Videt ergo Vir doctus, quæ χρηστότης Dei hic commendetur.* Resp. si ad *βιωτικὰ* tantum restringenda esset divina misericordia, jam non major illa esset, quam qualis est hominis in suos pecudes, vel patris *ἀστόργου*, qui suis liberis providet, de bonis temporalibus, æternorum incurius? sanè inter nos misericors non est, qui proximo suo de animæ salute periclinanti, hãc spiritualem eleemosynam non largitur. neque argumentum nostrum à genere ad speciem colligit affirmative, sed à minori ad majus. si Deus est misericors in minori miseria, multo magis in majori, si in temporali miseria, multo magis in æterna. sicut si homo miseretur asini bovisque, eumque solvit vinculis: multò magis hominis miseretur, eumque, si possit solvit sathanæ compedibus, ita Dominus ipse colligit Luc. 13. 15. Ita si Deus in minori necessitate multò magis in majori vide Calvin. harm. ad Luc. 13. pag. 182. Verissimè Apostolus celebrat *χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν* Tit. 3. 4. non illam generalissimam ad bona hujus duntaxat vitæ porrectam, sed salutarem salvivicam illam catholicam

Tit. 2. 11. quæ omnibus illis illuxit quos Dominus vult εὐσεβῶς δικαίως καὶ σαφρόνως vivere: à quo officio nemo hominum exemtus est primum in uno quovis genere ut est mensura aliorum ita est majus & excellentius.

§ 67. *Temperamenti in victos*, quod χριστιανὸν & naturali æquitati consentaneum est. Philosophus accurate distinguit inter ἀτύχημα, ἁμάρτημα & ἀδίκημα, infortunium, culpam & injuriam l. 5. ethicor. cap. 10. quod ab ignorantia fit, infortunium est; quod ex προαιρέσει injuria: quod prævideri poterat, nec tamen improbo animo factum culpa [ Themistius in elogiis Valentis hoc quoque deprædicat καὶ διακρίνας τὸ ἀδίκημα καὶ ἁμάρτημα, καὶ ἀτύχημα: καὶ γὰρ εἰ μὴ τὰ πλάτωνος ἀποσωματίζεις μηδὲ τὰ Ἀριστοτέλους μεταχειρίζῃ, ἀλλὰ τάγε ἐκείνοις δοκοῦντα τοῖς ἔργοις βεβαίοις· οὐ γὰρ τῆς ἴσης ἡμωρίας ἀξίως ᾠήθης τοὺς ἐξ ἀρχῆς βουλεύσαντας τὴν ἐπανάστασιν καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ὅπλων παρασυρέντας καὶ τοὺς ἤδη τῷ δοκοῦντι κρατεῖν ὑποκυψαντας ἀλλὰ τῶν μὲν κατέγνως, τοὺς δὲ ἐμέμψω, τοῖς δὲ συνήλγησας. *Distinxisti inter injuriam & culpam & infortunium. Quanquam nec Platonis verba edisces, nec Aristotelem tractas, ipsorum tamen placita facto exsequeris. Non enim pari pœna dignos existimasti, qui ab initio bellum suaserant, & qui postea abrepti sunt de-*

*mentium*

*morum impetu, & qui succubuerunt ei qui jam rerum potiri videbatur, sed illos damnasti, hos castigasti, postremos miseratus es. nimirum ut Levinius apud Livium. lib. 26. Agrigento capto, qui capita rerum erant virgis cæsos securi percussit: cæteros prædamque vendidit. Idem alibi. Atella Calasiaque in deditionem acceptæ: ibi quoque in eos qui capita rerum erant, animadversum. Rursum alibi. Quoniam defectionis auctores meritas pœnas à Dijs immortalibus & à vobis habent. P. C. quid placet de innoxia multitudine fieri? Tandem ignotum est illis & civitas data.* Sed & in S. historia Gideon à proceribus Soccothensibus pœnas exegit, ut qui spinosis verbis læsissent, spinas experirentur: populo interim, qui forte innocens erat, nec cum magistratibus in negatione panis postulati, consenserat, prætermisso. Jud. 8. contra crudelitatis notam vix effugiet David in ea quam ab Ammonitis popposcit pœna. Immanis quidem erat injuria, barbam vellere, unde Alexander ne hoc Macedonibus accideret, jubebat, ut milites prælium inituri barbam raderent. Ita Plutarchus in Apophtegmatis Alexandri. Immanior dimidiatam radere & caput decalvare. immanissimum vestes abscindere à natibus usque ad pedes sine dubio in circumcisionis contumeliam. hæc hujusmodi ludibria contigere nuntiis Davidis contra jus gentium. At supplicium barbarum sane quod describitur 2. Sam. 12. 31. si irrogatum fuisset iis solis qui in peccati societatem venerunt, ju-

stitiæ

stitiæ consentaneum fuisset, sed quia etiam eos corripuit quos οὐκ ἀδίκημα ἀλλ' ἀτύχημα in belli necessitatem adegit, utiq; crudelius fuit quam ut excusari possit, unde ad sermonem Uriæ, hoc est, historiam Uriæ, in quo solo David peccasse dicitur pertinet, adque ea tempora quibus in fermento adhuc fuit impœnitens David. confer furores suppliciorum crudelium collectos à Piccart. dec. 4. observ. polit. cap. 6. pag. 207. In altero ejusdem judicii exemplo quod extat. 2. Sam. 8. 2. non congruunt. Interpretes.

וַיַּךְ אֶת מוֹאָב וימדדם בחבל השכב אותם ארצה וימדד שני חבלים להמית וּמְלֵא החבל להחיות ותהי מואב לדוד לעבדים נשאי מנחה.

*Et percussit Moab & mensus est eos funiculo, coæquans terræ: mensus est autem duos funiculos, unum ad occidendum & unum advivificandum,* Osiander sic vertit. *Et mensus est eos funiculo prosternens eos ad terram, & mensus est duos funiculos ad occidendum, & plenitudinem funiculi ad vivificandum, factusque est Moab, David serviens sub tributo.* Er schlug auch die Moabiter also zu boden / daß er zwey Theil zum Tod bracht / vnd ein Theil beym leben ließ: Also wurden die Moabiter David vnterthänig / daß sie jhm geschenck zutrugen. Sunt qui in sensu proprio totam historiam accipiunt & hi iterum bifariã vel duas sortes morti, vel duas vitæ tradunt. priorum agmen ducit Theodoret. ad h. l. *Tanta,* inquit, *erat vis victoriæ & tanta erat multitudo eorum, qui capti erant viri, ut eos numerare non permit-*

teret. Quare jußit eos pronos dejici in terram divisos trifariam, & duas quidem partes occidit, unam vero vivam reservavit. Posteriores sequuntur vulgatam versionem quam tamen recte correxit Osiander pro uno ad vivificandum, legit plenitudinem funiculi ad vivificandum. hinc Sanct. ad h. l. pag. 652. Divisit David in duas partes eos, quos habuit adversarios in acie, ut putat Abulensis q. 3. alteram addixit ferro; alteri vivendi facultatem concessit. Neque tamen hi funiculi fuerunt æquales; multo enim plures reservati sunt & redditi vectigales, quam occisi. Quod indicat non obscure textus Hebraicus, qui plenum esse dicit funiculum eorum, quibus vitæ usura concessa est. Hebraicus textus obscurus est, & nisi attente expendas, duos videtur aßignare funiculos morituris, unum tantum his, quibus gladius hostis, & furor ignovit. Sic enim habet, Mensus est duos funiculos ad occidendum & plenitudinis funiculum ad vivificandum. Sed si ita dißpungas ut post funiculos addas divisionem, & unum addas, quod sine ulla distorsione, addidit vulgatus Interpres, ac quod Abulensis, & Cajetanus faciendum esse dicunt, nihil habebit vulgata lectio impedimenti ab Hebraico textu. Sic enim habebit: Mensus est duos funiculos: ad occidendum, subaudi, unum; & unum plenitudinis funiculum ad vivificandum. Idem tamen Sanctius figuratum & proverbialem sensum amplectitur ib. p. p. 652. Vt ergo nos terram funiculo metimur, non numeramus glebas; quia longus ille esset, & inutilis labor. Sic etiam David quasi pulverem dimensus est Moabitas, aut jam cæsos & exanimes, aut ita subiectos, ut qua-

ut quasi mortui essent, mutire non auderent, aut se contra victoris nutum commovere. Vt autem funiculo metimur agros, & varijs illos usibus destinamus, illos armentorum pabulis, hos serendis frugibus, aut vinearum plantatione; & illi quamcunque in sortem dati neque metatori neque aratori resistunt: sic etiam strati, & quasi coæquati terræ Moabitæ veluti funiculo subjiciebantur mensorio, sive ad mortem essent, sive ad servitutem miseram destinati. Sopranes in suo Davide p. 292. Omnia tentat ut Davidem ab immanitate defendat, Tantam inquit Lanienam, quanta erat miseros homines pecorum ritu caulis inclusos etiam sævius quam ovium greges soleant occidione delere, non est qui non exhorreat vel auditam. quomodo addit ib. pag. 292. tanta multitude potuit, nullo quicquam se commovente, pecudū ritu jacere, dum ferrum expediretur in mortem otiose circumspectando? Nam, vincti ne erant, an soluti? Si vincti; quanti id operis & moræ? Si soluti, cur ferrum supra se vibrari cernentes, saltem ut fugerent non insurgebant? Mortem inquit timebant, video; sed ea certa quiescentibus, incerta pugnantibus, differebatur si surgerent, inferebatur jacentibus. Certum ipsi est. ibid. nec omnes, nec majorem partem, sed exiguam tantum Moabitarum occidione fuisse deletam. Saltem dubitari non potest extra prælium nullum, aut omnino paucissimos, à Davide fuisse necatos. Non enim eius mansuetudinis erat ferrum in miseros stringere, & omni injuriæ paratos; & imprudenter etiam feciſſet, si quos servos & mancipia habere poterat, perdere maluisset. Non sic autem despuisse verba scripturæ demonstrāt; Factus est, inquit,

*Moab Davidi serviens sub tributo. Et in libro Paralipomenon nulla facta mentione cædis, nisi quæ in pugna contigerat. Factum est, ut percuteret Moab, & fierent Moabitæ servi David afferentes ei munera. Si enim volebat illos ad tributa sibi pendenda servare; non erat cur illorum, quos jam in potestatem redegerat, tantam stragem ederet, & tam immensam. Neque enim tributa pendunt urbes, sed homines, quibus agri coluntur & urbes frequentantur. denique putat ib. pag. 293. Sensum expeditissimum esse; debellatos à Davide Moabitas, in deditionem acceptos ea conditione fuisse, ut vectigales sibi fierent, non quomodocunque. sed ut mancipia servitutem etiam serviendo, sc. juxta illud Horatij.*

*Vendere cum possis captivum, occidere noli.*
*Serviet utiliter: sine pascat durus aretque:*
*Naviget: ac medijs hyemet mercator in undis:*
*Annona prosit: pertet frumenta penusque.*

*Gravissimum enim fuisse tributum, quod illis imposuit, optio proposita declarat. Nam alterutrum erat illis eligendum, vel ut omnes in ore gladij necarentur excisis arcibus, & urbibus solo æquatis, vel ut si vivere vellent; impositam servitutem & onera subirent. Hoc est enim percussisse Moab, id est victos ingenti strage affecisse. Mensum autem illos esse funiculo coæquantem terræ; proposuisse illis certum gentis & regionis excidium, ni parerent. Explicando autem Scripturæ more distinctius quod fuerat universe dictum subjicitur; mensus est David duos funiculos; unum ad occidendum, unum ad vivificandum; duas nempe conditiones illis proposuit, mortis & vitæ. Mortis, si servitutem reciperent, & paratos*

ratos se omnibus exhiberent; Vitæ si imperata facturi. Funiculi ergo hic figurate conditiones appellantur. Et id sive funes accipiantur, ut olim erant Hebræis instrumenta metiendi, sive ut vincula per illos innectuntur: nam & conditionibus utrinque propositis excussis humanæ vitæ negotio metimur; & ijsdem utrinque acceptis homines illigati quibusdam quasi vinculis tenentur, ut indicat alicubi D. Hilarius. Recte autem alter funiculus ad occidendum, alter ad vivificandum est appellatus, quod ex duabus conditionibus altera vitam, altera mortem proponebat. Hanc istorum verborum sententiam Iosephus, obscure licet indicavit. Agens enim de hac Moabitarum debellatione, eorum copias, inquit, ita concidit, ut tertia tantum pars supereſſet, quam in deditionem accepit, eisque annuum tributum imperavit. Per hæc enim significat, quod paulo ante pro certo posuimus nullos Moabitas, nisi in acie cæsos; in ea autem tertiam fermè partem cœdi superfuisse, reliquis omnibus ad internecionem deletis; superstites vero in deditionem receptos, cum prius illis optionem dedisset, ut quam vellent servitutem & onera subirent, aut certe omnes morti succumberent. Fecit ergo David cum Moabitis, quod cum Latinis Æneas. Virg. lib. 12.

*Vrbem hodie causam belli regna ipsa latini,*
*Ni frænum accipiant, & victi parere recusent;*
*Eruam & æqua solo fumantia culmina pœnam.*

Vel quod avorum nostrorum memoria Tamerlanes servabat, de quo hæc non obscurus historicus. Tendi prætorium sibi jubebat primo die, quo in conspectum urbium se dabat colore candido; ut intelligerent homines

*clementiam & salutem statim sedentibus fide sinceræ promitti. secundo die, rubro tentorio utebatur; quo denunciabat in cunctabundos gladium esse districturum: Tertio porro die, atri coloris papilione extenso indicabat se cuncta ferro & flamma absumpturum. Et hoc quia flagellum se Dei nuncupabat ad hominum scelera plectenda terris immissum. David ergo cum vere missus esset à Deo circumiectas gentes affligeret, non diversi tabernacula coloris, sed funiculos duos obtulit Moabitis. Alterum mortis symbolum, alterum vitæ; ut scirent moriendum sibi esse si imperata renuerent; si acquiescerent, in vita servandos. An ergo Duos vero funiculos Davidem Moabitis obtulisse putandum est; an conditiones oblatas Scriptura funiculos appellavit? Quid hic definiri posit; ambiguum est; & utrumvis admittatur, conjecturæ probabiles assertæ parti non deerunt. Certe præter morem militarem non est, his externis symbolis pacis aut belli conditiones exprimere. In hoc sinu (legatus ille Romanus Carthaginensibus dicebat) pacem vobis, vel bella fero; in adstricto pacem in fluenti bellum. Vtrum vultis eligite. Et respondentibus utrum mallet offerret; excusso sinu, bellum ergo inquit accipite. Quod ergo legatus iste per togæ sinum vel fluentem, vel adstrictum; & Tamerlanes per diversi coloris prætoria; potuit etiam David per duplicis generis funiculos, conditiones belli vel pacis, vitæ vel mortis, exilij vel servitutis Moabitis proponere.* Prima expositio etsi planior videatur tamen durior est & diritatem aliquam Davidi tribuit. altera quæ plures vivificatos contendit quam neci devotos eatenus hic valet, quatenus

tenus ostendit in peremtoria quorundam reprobatione saltem plures servatos quam mactatos. at absoluti decreti patroni plures damnatos volunt quam servatos, contra misericordiæ præsertim divinæ rationem quæ amplior justitia vindicatrice. Unde in pœnis sorte temperandis decimationes, centesimationes usitatæ; [Julius Cæsar aliquando, ut scribit Appianus & de Appio consule tradit Livius, eum; cum exercitus fugisset, capita capite puniviſſe: Sed cætera (inquit) multitudo, sorte, decimusque ad supplicium lecti: Exemplum Vicesimationis, & centesimationis extat Capitulinum in Opilio Mano. Cum seditiones militares pateretur, multo sæpius decimavit; aliquando etiam centesimavit; quod verbum proprium ipsius est, cum se clementem diceret, quando eos centesimaret, qui digni essent decimatione, atque vicesimatione.] Tertia præsens negotium eleganter illustrat. Omnes enim Moabitæ victi jacent, ut pariter miserabiles, quibus David ex misericordi affectu omnibus parcere voluit, si conditionem explerent, quia vero multi illorum non explerunt, ideo mactati. Similis tatio Temperamenti divini circa lapsum generis humani. [Hanc æquitatem ad Deos immortales accommodat Thucid. lib. 4. Credibile esse apud Deum quoque paratam esse veniam his qui bello aut qua simili necessitate coacti aliquid admittunt. nam & Deorum

altaria perfugium patere culpis non voluntariis: & injustitiam iis adscribi qui ultro mali sunt, non his quos ad audendum res extremæ impellunt. ] non est quidem in Evigenis merum ἀτύχημα, sed juxta stylum scriptnræ S. ἀδικία æterna morte digna; attamen in comparatione cum peccato sathanico ac in respectu necessitatis peccandi ex venenata propagine, sors eorum miserabilis est. Ubi autem objectum miserabile, ibi divina misericordia ardet, sicut ubi combustibile, ibi ignis urit. Est enim Deus δίκαιος hoc est, ἐπιεικὴς χρηστὸς placabilis 1. Sam. 12. 9. Rom. 1. 19. Johan. 1. 9. Confer. Matth. 1. 19.

§ 68. Hanc dicam ut eludat Beza ad 1. Petr. 2. pag. 568. reperit. *Ergo, dices, crudelis est Deus. Imo infinite misericors, qui vel unum servet. Quis verò illum adstrinxit ad servandos omnes?* Resp. nemo infinite misericordem dixerit qui è myriadibus miserabilium infinitis sibi generatione succedentium unum servat, qui non pari affectu in omnes feratur. Spanhem. de grat. Universs. pag. 1187. ubi, inquit, *serius miserendi animus est, ibi ea adhibentur quæ ad effectum miserationis producendum sunt necessaria.* Resp. si de necessariis ad salutem efficacibus sermo sit, ecquid amplius faciendum erat vineæ solymitanę (de qua ib. Spanhemius agit) quod non feciſſet in ea Vinitor? si de necessariis fatalibus, irresistibilibus, ineluctabilibus? petit principium.

§ 89.

§ 69. II. Justitiæ, agnoscendæ cum è scripturis tum à posteriori ex ejus imagine imitatrice justitia humana; *contra justitia altior*, quam sublimem vocat Piscator, nimis sublime signatum est. Est autem Deus Injustus qui 1. punit non peccantem.

Omnis enim Judex qui punit non peccantem est injustus.

DEUS per te est Judex qui punit non peccantem. Ergò est injustus. Minor trifariam probatur, quia 1. quod committitur ex antecedanea irresistibili inclinatione, fatali præteritione, impulsu divino, lapsum necessitante determinatore & effectivo idque ex gloriæ divinæ motu causali non eventuali, id quia est à sanctissimo motore peccatum esse nequit. At talis ἀπιστία Reproborum juxta Piscatorem & Thomistas Calvinianos: cum incredulitas non sit ipsis reprobationis causa, sed contra reprobatio princeps causa incredulitatis. sicut iniq; omnino Tiberius novi juris repertor Sejani filiam strangulari jussit suo prius jussu à Carnifice vistupratam, passivam magis quam activam: Ita si Deus rogo infernali addicit eum quem ad causas damnationis actum magis quam agentem determinavit, inique damnat, quia qui agit secundum voluntatem Dei (licet non præceptivam, tamen decretivam) is salrem non male agit, Impossibile enim est esse malum quod decreto divino est consentaneum; sicut

non

non peccat qui agit contra voluntatem arcanam; ut David templum Domino ædificaturus quod Deus ab ipso condi nolebat: Item Paulus deprecatus est colaphos sathanæ quos Dominus nolebat auferri; ita nec peccat qui agit secundum voluntatem arcanam. Jam Reprobus in Christum non credens agit quidem contra voluntatem præcepti, attamen secundum voluntatem decreti, uti post alios Wendelin. in proleg. Christ. Theolog. cap. 2. thes. 5. quia. 4. id ob quod Reprobus damnatur nempe infidelitas & repulsa gratiæ efficaciter oblatæ peccatum non est quam non est ingratitudo, aut repulsa eleemosynæ, quæ efficaciter non est oblata. Imo tunc Reprobus infidelis esset, si crederet, id quod ei nunquam promissum est. Quis surdo irascatur si non audiat symphoniam quam nullis nativis viribus audire possit, cui dativæ nullæ porrigantur! hæret hic *Spanhem.* licet multa effugia quærat. de grat. Univers. pag. 1879. *nec opinor,* inquit, *incredulos negative hic à viro docto intelligi, sed privative duntaxat tales; istis enim solis hoc exprobrari potest. Hoc itaque nec pertinet, nec pertinere potest, nisi ad vocatos per verbum.* & ibid. *Si de vocatis per verbum restricte jam agamus, (quamvis nihil id faciat pro gratia universali) certum incredulis summam ἀχαειστίαν & summam stultitiam exprobrari, idque merito, tum quod pœnitentiam agere detrectarint, quam agere debebant, & quæ ab illis exacta fuit, ut officium Deo debitum, tum*

*quod*

quod non crediderint, Iesum Nazarenum esse Dei filium & ἀρχηγὸν ac τελειωτὴν unicum salutis, tum quod non crediderint, fidem in eum esse salutarem & omnes in eum credentes servandos. Ampla in eo exprobrandi ἀχαειείαν & stultitiam materia, quamvis illis hautquaquam exprobretur, quod non crediderint se à Christo redemptos esse? Et pag. 1880. Liberaliter supponere compertum nobis esse, qui sint illi in individuo, quibus nec Christus destinatus est, nec salus. At quum ministris verbi in exercitio sui ministerij non sit respiciendum ad Dei decretum, sed ad suum officium nec quid Deus de hominibus facere velit, sed quid ab illis fieri debeat, merito à nobis incredulitas exprobratur omnibus & singulis, qui ex vocatis per verbum se non credere profitentur, quia nostrum est ex canone Charitatis quos vis ex ita vocatis pro illis habere, quibus Christus destinatus est, & salus per eum, prout præsumimus, omnes eos qui sunt tales esse electos. An quæso ex exprobratione incredulitatis in Christum instituta à Ministris verbi magis sequitur, Deum tales voluisse per Christum servari, vel Christum salutem illis destinasse sub ista conditione, quam exprobratione inobedientiæ legalis instituta olim à Mose, à Prophetis, Deum voluisse populum Israeliticum servari sub conditione obsequij in lege exacti; quotiescunque illi impingebatur τὸ hoc fac & vives. exprobrationibus istis locus erat amplissimus, quamvis Deus nosset, neminem per obsequium perfectum Legi suæ præstitum unquam servatum fuisse, vel servari etiam posse ob corruptionem hominum, an quia Deus Pharaoni exprobrat suam pervicaciam, & inobedientiam contra mandatum à Mose

& Aa-

*& Aarone propositum, sequitur Deum voluisse Pharaonem servatum per istud mandatum.* Hæret inquam, nec emergit. nam prima instantia exprobrandi causam laxat saltem incredulis negativè, de quibus Apostolus ἀναπολογήτους εἰ, ὦ ἄνθρωπε! Rom. 2. 1. altera nodum non solvit, nam nec pœnitere nec lumé assensum de fidei ex se possunt habere reprobi: præsertim cum damnetur homo non solum quia non assensus est, sed vel maximè, quia sibi non applicuit beneficia divina, sicut contra solus assensus non salvat, sed fiducialis applicatio. Tertia ministris quidem exprobrandi potestatem tuetur, Deo autem adimit, in novissimo die damnaturo ob ἀπιστίαν quam in reprobis auferre noluit: quãquam nec ministerio liceat contra canonem fidei ex canone charitatis linguam suam mentiendi periculo exponere. Quarta piscatur in turbido & confundit vires nativas cum dativis: exprobratio divina non cadit in defectum virium nativarum, sed in repulsam dativarum hoc est, non quia improbi legem ex suis viribus nativis præstare nequeunt, arguuntur, sed quia vires in Adamo decoxerunt in Christo recuperatas à Sp. S. datas negligunt, Christum ipsum perfectissimis viribus legem vitę nostræ præstanté aspernantur. quia porrò reprobat sine peccati intuitu adeoq; sine causa. nõ est quidem Deus in jus nec ad rationis reddendæ calculos vocandus: attamen, quæ mitissimæ naturæ

tutæ est σύγκατάθεσις ipse se quasi reum sistit in foro conscientiæ & vult judicari ut ad ἀυτοκατάκεισιν plenissimamque hominis convictionem nihil reliqui faciat. vid. Esai. 1.8. Mich. 6,3. Chamier tom. 3. l. 8. c. 8. n. 11. negat reprobationis causam omninò nullam esse, *nam reprobari aliquid propter gloriam DEI non est injustum, quomodo destinari vas ad ignominiam propter artificis utilitatem nihil habet, quod quis meritò reprehendere possit.* at de alliis ille nos de cœpis: de causa meritoria quæstio est non finali. ac si ratio illa valeret ex gloriæ divinæ respectu ducta, potuisset & innocentissima creatura dirissimis Erebi tormentis addici, Instat Bucanus pag. 402. *Inter decretum seu arcanum & irreprehensibilem DEI voluntatem de quibusdam reprobandis & humani generis corruptionem, qua vera & prima est damnationis Reproborum origo, voluntas primi illius hominis intercedit, quæ cum bona esset creata, sponte sese depravavit, ideoque justo Dei judicio ad eos perdendos, quos sua misericordia non dignatur, aditum patefacit, Adhæc, nemo damnatur, nisi qui juctas damnationis causas in sese habere comperitur.* hæc ille, inutiliter! annon posset Deus decretum suum absque peccati interventu exsequi? Si affirment, objectio nostra stabit. Si negent, quæram rursus, cur id non possit? Respondebunt, qua foret injustum. Inde autem quid sequatur nemo non videt? nimirum injustum quoq; fuisse decretum quod factum est sine ullo ad peccatum respectu. Nam quod

non

non potest juste executioni mandari, neque juste potest decerni. Ac licet causa damnationis sit in homine, ipsa nimirum corruptio naturalis, tamen hæc ipsa est ab ordinatione divina. Cum ergo in sua corruptione perit, nihil aliud quam pœnas luet ejus calamitatis in quâ ipsius prædestinatione lapsus est Adam ac posteros præcipites secum traxit. annon itaque DEUS est injustus, qui creaturis suis tàm crudeliter illudit? *Fateor* (respondet Calvin. l. 3. instit. cap. 22. n. 4.) *in hanc in qua nunc illigati sunt conditionis miseriam, Dei voluntate decidisse universos filios Adam, atque id est, quod principio dicebam, redeundum tandem semper esse ad solum divinitatis arbitrium, cujus causa sit in ipso abscondita. Deinde, cum decretum reprobationis non debeat esse irritum, & tamen ad illius exsecutionem peccati interventus sit necessarius, oportet Deum rem ita occulta sua providentia administrare, ut peccatum necessario in mundum ingrediatur, & totum genus humanum pervadat inficiatque. Quod quidam eum fecisse docent, non dando Adamo & Evæ sufficiens auxilium, ad resistendum tentationi Sathanæ, alij vero, subtrahendo, id quod ante dederat, suisque eos naturalibus viribus permittendo; alij, alia ratione. Alioquin enim fieri potuisset ut homo in primæva sua integritate perseveraret, & ita Deus idoneam ad exequendum reprobationis decretum viam non inveniret. Præterea cum non satis esset primum hominem peccare, sed necesse foret ut omnes eius posteri peccati labe inquinarentur, ut Deus in eo electis condonando misericordiam & in reprobis ulciscendo*

tiscendo justitiam suam patefacere posset; Dicunt ijdem Deum decreviſſe ut universum genus humanum, quod in Adami lumbis incluſum erat quum peccavit, simul cum eo caderet & damnationis æternæ reum fieret: Deincepsque omnes qui ab eo originem traherent adeò depravati & corrupti nascerentur, ut toto vitæ suæ tempore in odium Dei & proximorum proni esset & ad omne bonum inutiles. Hoc posito, putant Deum juste miseros illos reprobos in inferorum baratrum demergere posse, eosque nullum de ipsius inclementia conquerendi jus habere, quod dignam condemnationis causam in se inveniant. Sed tantum abest ut ea ratione medeantur incommodo quod vitare voluerunt, ut contra multis partibus aggravent, Deumque multo injustiorem nobis depingant, quam si æternis cruciatibus insontes vexaret. Præstaret enim innocentem perire, quam necessario in peccatum incidere ut exitium meritus esse, videaris. Hæc Curcellæ. in vindic. cap. 1. p. 111. Fac magnam turbam hominum sua incuria in foveam profundiſſimam incidiſſe, suapte facultate evolare ex abyſſo non posse! Esse foris Auxiliatorem qui unus opem ferre queat, is præcipiat omnibus ut funibus porrectis graves non essent, occidendos nisi exeant, attamen funibus efficacibus irresistibilibus, tractoriis (arcano quodam mentis sensu) aliquos tantum tangat, aliquibus duntaxat porrigat funes, extrahat cæteris derelictis: hos postea igne injecto ob solam funium non apprehensionem, comburat,

rat, qua cum justitia hujusmodi supplicium conciliabitur?

§ 70. Quia 2. judicat ex προσωποληψία. *Persona* (ita Calvinus ad Rom. 2. v. 11. p. 15.) *Scripturis usurpatur pro rebus omnibus externis quæ aliquo in pretio & honore haberi solent. Quum ergo legis, non esse Deum acceptorem personarum, intellige illum respicere cordis puritatem, ac interiorem innocentiam: non autem ejs immorari quæ solent in hominum æstimationem venire, genus, patriam, dignitatẽ, copias & similia: ut hic Acceptio accipitur pro delectu, ac discretione inter gentem & gentem.* At Deus gentem Jacobæam quæ à Jacobo sanguinem habuit, dilexit, gentem Esavicam odio habuit & æternis cruciatibus adjudicavit, Fuerit licet initio in prima radice adoptio facta sine respectu gentis (quod excipit Calvinus ad act. 10. pag. 108.) mansit tamen in gente. Dominus ideò personam hominum non accipit, quia omnes æquè opera manuum ipsius sunt Job. 34. 19. Quia 3. Ut impares reatu pari supplicio, e. g. diabolos & Infantes humanos, afficit, ita pares reatu impari judicio tractat hos absoluto amore absolvit, ac eligit, illos reprobat, damnat, agnoscit Beza, ad Rom. 9. pag. 107. *si qua hic esset iniquitas non in eo esset quod istum puniat, sed in eo potius quod non etiam illum puniat. Itaque non esset Apostolo asserenda Dei justitia in reproborum exitio, sed potius in electorum salute.* In beneficiis locum habeat illud Augustini l. 2. contra 2. epp. pelag c. 7. *quispiam duos habeat debitores, &*

*res, & alteri vellet admittere debitum, alterum exigere, cui vult donat, sed neminem fraudat; nec acceptio personarum dicenda est, quando iniquitas nulla est.* Confer Jac. Laurent. in Paulo δυσνοητ. pag. 283. At in judiciis est omnino justitiæ contraria censura illa quæ dat veniam corvis, vexat columbas; & qua (quæ Ciceronis verba sunt. 2. Offic.) iisdem de causis alii plectuntur, alii ne appellantur quidem. Justitiam sane non tantum pœnam æqualem culpæ admetitur absolute, sed in relatione ad alterum. Justitia est quæ suum cuique tribuit, non tamen absolutè, sed in respectu ad alterum sit. e. g. par adulterorum æqualiter secundum omnia se habens: unus à Judice impunis, alter punitus abeat; ille vitam servet, hic amittat: hic sane regnabit iniqua προσωπολη-ψία, tametsi enim decollatus ferat, quod justum est absolutè, non tamen fert quod justum est in respectu ad alterum, hinc cum D. Apostolus Rom. 2. 11. negat Deo προσωπολη-ψίαν, insinuat, si alios improbe viventes supplicio afficeret, aliis pœnam condonaret, nonnullam fore personarum acceptionem. Jacuit ante oculos Dei tota gens humana lapsa, æquè originali peccato infecta; Fac Deum multa millia ob solum peccatum originale damnare (id quod de infantibus reprobis cita morte peremtis omnino asserendum) aliquot paucos electos salvare, nonne ea fuerit iniquitas in Deum redundatura? Quę injustitia tunc major

est,cũ objectorũ conditio est impar:impar sane est electorũ & reproborũ cõditio,semper enim electio est melioris, sunt autem meliores h. e. minus mali illi qui beneficia divina amplectũtur,pejores hi qui aspernantur. hinc justitia divina inæqualiter sed juste procedit. sanè ubi judex neutri reorum sine satisfactione ignoscere ibi nec alterutri gratiam absolutam facere potest. sunt quædam scelera ad quæ Magistratus connivere nequit. de quibus Bucan. loc. 49. q. 42. pag. 870. Et Maccov. disp. 18. de prædestin. scribit *quia peccatum obligat DEVM ad sui recompensationem, ideo illud DEVS non potest non punire. nec sequitur, si privatus potest de jure suo aliud remittere, quod idem etiam possit Iudex universi orbis, cum & privatus possit servum manumittere, at DEVS non potest suo dominio in creaturas renunciare, sic enim essent creaturæ & non essent, ut quæ à Deo non amplius dependerent.* hæc Maccov. at divinam justitiam ex æquo in omnes homines ardere, sine satisfactionis intuitu nemini parcere posse, demonstravimus in hodosoph. phænon. 8. p. 460. confer. D. Feurborn. syntagm. disquis. sacr. dissert. 3. pag. 92. Quia. 3. damnat juste indemnabilem. Nam nullus infidelis negative, juste damnatur. Sola enim infidelitas privativa damnat, juxta analogiam fidei. At innumeri reprobati sunt infideles negativè, quia in nõ vocatis nulla est infidelitas privativa, juxta Spanh. de grat. univers. pag. 105. Ergo innumeri reprobati juste

non

non damnantur. Quia. 4. amat peccatorem nondum satisfactione redemtum aut reconciliatum, nam absoluta electio incidit in peccatores, electos non quia redemti aut reconciliati, sed quia electi, hoc est, impensissime dilecti redimendos & reconciliandos, unde Wendelin. l. 1. Christ. theol. c. 3. pag. 122. ceu grande absurdum explodit *obiectum electionis in prævisione Dei fuisse non hominem peccatorem & æternæ mortis reum, sed per fidem in Christum instauratum & DEO reconciliatum.* Amyrald. in defens. sent. Calv. c. 15. pag. 238. *quam, scribit, admirabilis bonitatis est atque clementiæ eam creaturam tanto favore complecti, tantis prosequi beneficiis, quæ nullo præmio quam odio & maledictione digna est.* At Deus sanctus & justus peccatores qua tales non potest non odisse. *Dices*, odisse ut peccatores, diligere ut homines. at à quia adde omni valet consequentia. si diligit qua homines omnes homines elegerit, quod velit Huberus, nolit Calvinus. *atq; hæc causa est*, (ita censet noster D. Menz. in resp. ad defens. Grocii. cap. 12. pag. 115.) *cur Beza, & quidam alij, nolint concedere, objectum electionis esse homines, ut considerantur in Dei præscientia jam lapsi in peccatum: Sed dicant, decretum à Deo factum esse de homine creando, ut laberetur, quo nimirum misericordiæ Dei locus esse posset.* vid. Colloq. Mompelg. pag. 523. & seqq. & resp. 2. ad Colloq. Mompelg. pag. 157. & 164. & ibid. cap. 13. rem totam complectitur brevi sermone. pag. 137. *Deus in æterna sua προγνώσει intuetur*

*tuetur Paulum primo persecutorem, postea fidelem Apostolum, in vera fide constanter perseverantem usque ad finem. Hunc Paulum Deus elegit ab æterno ad vitam & salutem, juxta hanc suam æternam & infallibilem præscientiam. Intuetur igitur illum Deus, ut peccatorem, imò persecutorem Christi & Evangelij: num in hac consideratione eum elegit ad vitam? Haut puto te asserturum. In Christo, inquies, eum elegit. Atqui in Christo non est, sed contra Christum, qui ipsum persequitur.* Quia 5. in reprobos jure experitur ἀνειβίτατῳ nullo clementię oleo oblito. nimis Rhadamentea inexorabilitas est, quam profitetur Polanus tom. 1. l. 2. cap. 26. pag. 1168. *super reprobos manet ira Dei, æque minus impediri potest, atque amnis exundans sisti.* Minus riget ille iniquus Judex qui se exorari sustinuit Luc. 18. Quia 6. Deus est auctor ejus peccati quod punit, id quod paulò post luculentius probabitur, hic repetimus duntaxat illum syllogismum quem ante nos in hac eadem cathedra proposuit D. Taufrer. p. m. disp. 1. contra absolutum reprob. decret. thes. 27. *Qui est prima per se & absolute causa causæ per se omnium peccatorum, is etiam est causa prima & per se omnium peccatorum. Atqui juxta hoc dogma de Absoluto decreto Deus est prima, per se & absolute causa causæ per se omnium peccatorum E. juxta hoc dogma de absoluto Decreto Deus est per se quoque causa omnium peccatorum. Blasphemum! Ratio majoris est, quia quicquid est causa causæ, est etiam causa causati, juxta certissimam Logicorum regulam: quæ in causis & effectibus per*

bus per se universaliter vera est. Minor probatur, quia Deus est prima per se & absolute causa Reprobationis: (quod est in confesso apud adversarios) hæc autem reprobatio est causa per se omnium peccatorum. Quod iterum ex Zwinglij Calvini & assectarum formalibus verbis, quæ nullo modo palliari possunt, oculariter patefecit. Zwinglius (qui alias disertis verbis Deum authorem adulterij esse, item latronem ad occidendum à Deo cogi blasphemat. in libro de provident. cap. 6. in Elencho contra Catabaptistas part. 2. fol. 36. ita scribit: Cum igitur à feralı tandem Esau mente discimus, virum à Deo repudiatum esse, jam frustra dicemus, utinam infans mortuus esset. mori enim non potuit, quem divina providentia in hoc creavit ut viveret, atque impie viveret: Calvinus lib. 3 instit. cap. 23. sect. 4. Rursum excipiunt, nonne ad eam, quæ nunc pro damnationis causa obtenditur, corruptionem Dei ordinatione prædestinati ante fuerant? Cum ergo in sua corruptione pereant, nihil aliud, quam pœnas luunt ejus calamitatis, in quam ipsius prædestinatione lapsus est Adam, ac posteros suos præcipites secum traxit. Annon itaque injustus, qui creaturis suis tam crudeliter illudit? Fateor sane, in hanc, qua nunc illigati sunt, conditionis miseriam Dei voluntate decidisse universos filios Adam: atq; id est, quod principio dicebam, redeundum tandem semper esse ad solum divinæ voluntatis arbitrium, cuius causa sit in ipso abscondita. Et sect. 9. Excusabiles peccando haberi volunt reprobi, quia evadere nequeunt peccandi necessitatem, præsertim cum ex Dei ordinatione sibi injiciatur huiusmodi necessitas. Nos verò negamus rite

*inde excusari, quandoquidem Dei ordinationi, qua se exitio destinatos conqueruntur, sua constet æquitas: nobis quidem incognita, sed illa certissima. Et sect. 1. unde sequitur absconditum Dei consilium obdurationis esse causam.* Beza Vol 1. fol. 417. *Quod subjicis, Deum non tantum ad damnationem, sed etiam ad causas damnationis prædestinasse quoscunque libuit: verum quidem esse agnoscimus cum Paulo, qui vasa commemorat ad interitum comparata, sed eum quidem justum, quoniam justus ad exitium ferentes causas eodem decreto subordinavit.* Zanchius. lib. 5. de Nat. Dei. cap. 2. p. 742. a. *Ergo sicut ex eo, quod figulus fecit matulam ad fæces excipiendas, & vult, ut fæces excipiat, atque ita vult, ut matula aliud non possit, quam fæces excipere, non sequitur, figulum injuste stomachari matulæ, si plena sit fæcibus, aut iniquum esse, quod eam in cloacam projiciat: sic mala est consecutio: Deus fecit hoc vas in contumeliam, induravit, excæcavit, & ad hunc usum immutabili suo decreto ac voluntate deputavit, nimirū ut sit receptaculum iniquitatum: ergo injuste de illo conqueritur, quod sceleribus plenum sit, eoque & injuste illud vas damnat, atque à suo conspectu in cloacam infernalem projicit: cum non possit aliter facere illud vas, quam ut plenum fæcibus peccatorum male oleat, propter immutabilem Dei voluntatem, qui illud vas ad hunc usum deputavit. Hæc (inquam) sequela bona non est: quia sicut figulus jus habet in lutum, sic multò magis Deus, qui est absolutissimus omnium Dominus, liberam in omnes habet authoritatem: Idem Zanchius in Miscell. pag. 243. Ac primum quidem sacræ literæ, quod impij vel non credant*

*dant in Deum ac Christum vel non bene operentur: apertè ajunt (falsissimum) hoc ideo fieri, quia non sunt prædestinati à Deo ad fidem & ad opera.* Piscator in disp de Præd. thes. 91. *Si intelligit* (Schaffmannus) *solos electos, cur non dat gloriam Deo, & ingenuè affirmat, principem fidei causam esse ipsam electionem itemque principem in credulitatis causam, esse reprobationem.* Et Beza Resp. 2. ad acta colloq. Momp. pag. 207. *dicit: homines in eam semper partem sponte inclinare, quam Deus ab æterno determinavit. Docent insuper Doctores Calviniani, Adamum lapsum esse ex decreto, ordinatione & prædestinatione Dei, ut Calvinus Zanchius, Beza, & alij: quorum verba brevitatis causa non attingo.* Et Rennecherus in sua catena. p. 31. inquit: *illa à bono ad malum transmutatio & lapsus ad æterni decreti executionem fuit omnino necessarius.* Piscator in præf. Disp. de prædest. pag. 11. scribit: *vi consilii divini fieri aliter non poterat, quin (primi parentes) peccarent. Et thes. 27. Deus hoc consilio condidit (eos) ut re ipsa laberentur: quippè cum non nisi hac ratione pervenire potuerit ad fines illos principales &c. sed desino plura loca adversariorum cumulare. Ex allegatis verò ita infero: si ex immutabili Dei decreto & propter illius executionem Adam necessario lapsus est, si reprobatio est princeps incredulitatis causa: si reprobis peccandi necessitas injicitur: si reprobi ad damnationem, & causas damnationis sunt destinati & creati, ut impiè vivant, & sint vasa plena facibus peccatorum &c. sequitur invictissimè, quod immutabile illud Dei decretum absolutum causa sit omnium scelerum & flagitiorum in*

*toto mundo. At prius concedunt Doctores Calviniani citati. E. etiam posterius horrendum & blasphemum absurdum concedant necesse est.* adeò (ad summam) verum est quod notat Marloratus ad Rom. 9. pag. 63. Deum in electione non solum contra nostram existimationem sed etiam suasmet leges agere.

## Vindiciæ Elenchi.

§ 71. Nec tamen, inquit, Spanhem. dub. Evangel. d. 140. pag. 807. *hic Deus in jus vocari potest, vel peccati culpa in illum transcribi, quia in gratiæ indebitæ denegatione Dominus hic agit partim ut* αὐτοκρέτως *partim ut judex, ut* αὐτοκρέτως *edit actum libertatis, de suo facit quod vult, quod à nemine nisi à mercenario murmuratore & à similis commatis hominibus exagitatur, quum in gratiæ prorsus indebitæ dispensatione Deus nemini sit obnoxius. Vt judex verò non beneficium debet homini, sed pœnam, adeoque non condonando peccatum homini, edit actum justitiæ. Nec qui debita non remittit obærato & nepoti, injustus ulla ratione vocari potest, si ad id nulla lege & nulla ratione teneatur. Sic Deus id negat justè uni, quod dat gratiosè alij.* Resp. Qui fit, quod omittatur patris relatio? Deus qui post lapsum judex esse potuisset, patrem se dedit toti generi humano per ipsam Protevangelii oblationem, nolit igitur gratiam præbere ut Dominus aut Judex: vult tamen ut Pater. discrepant beneficia à suppliciis. beneficium DEUS nemini, sed nec ut Rector universi immeren-

merentem punire debet, aut inæqualiter justitiam dispensare, idque non obligatione quadam ad superiorem relata, cujus radios in cordibus nostris impressit, ratione damnavit Pharao pistorem absolvit pincernam; si impares fuerunt noxa, justè; iniquè si pares, præsertim si utrique spem veniæ feciſſet. Regerit Piscator part. 2. Respons. ad amicam Vorstii duplicat. p. 313. scribat: *Imò juste à DEO & reprehenduntur & puniuntur omnes vocati, qui nec credunt, nec resipiscunt: quia contemnunt mandatum DEI, credere & resipiscere eos jubentis: Incautè justitiam divinam, cum humana tanquam similem comparans: quia homo quispiam, si ita ageret (id est, facere aliquid juberet, quod tamen fieri nollet, atque etiam ne fieret, impediret) jure pro iniusto & tyranno haberetur &c. Quippe homo* (ut inquit porrò Piscator pag. 318.) *cum homine tenetur agere secundum legem Dei, ac proinde non solum externè & apertè facere ea, quæ ad bonum illius conducunt: sed etiam internè in animo suo bene ei velle. At Deus nulli homini bene velle tenetur, quippe nulli per legem ullam obligatus, Itaque et si pro liberrima sua potestate reprobis non bene vult, quippe quos ad interitum creavit, tamen summo jure, tanquam summus omnium Dominus, rebellibus, perversitatem ac rebellionem ipsorum exprobrat ac pœnas tandem infligit.* Resp. 1. nemo contemnit cujus faciendi vel amplectendi facultatem nullam nec suam nec cœlitus datam habere potest, quis dicat mortuum contemnere sui vivificationem quam præstare nequit.

quit. 2. nec reprobis omnibus præceptum credendi datum esse scribit Spanhem. de grat. univers. pag. 18. & pag. 1812. *An absurdum, Deum illis, quos in eodem statu tandem esse voluit cum dæmonibus non magis misericordiam salutarem destinasse, quam dæmonibus? τὸ, credere, scilicet Christus suum esse redemptorem, præcipi ulli reprobo à Deo, falsum.* 3. radius divinæ justitiæ homogeneus est suo soli: nec fieri potest, ut quod humanius vere injustum, in Deo justum sit.

§ 72. III. Sapientiæ quæ 1. exoculatur. *cæca est* electio cum oculum præscientiæ erueris ait noster D. Ægid. Hunn. qq. de prædest. p. 288. si Deus (juxta Alsted. in summa cas. consc. cap. 52. p. m. 273.) est μονόφθαλμος cum tantum est misericors non etiam justus Ergo & monophtalmus erit, cum tantum est justus non misericors. at talis est in reprobos severus non misericors. Fuerit licet electio in absolutè electos satis oculata, tamen quia facta est non secundum præsciam antecedaneam electionis respiciendum futuram vel fidem vel ἀνισίαν quam parum abest à fortuita electione? an sapientis hoc numinis est, eligere & non prævidere, quos eligat? Omnis electio vel prævisione rationabilis alicujus seu meriti, seu cõditionis non meritoriæ vel sorte constat. Electio meritoria est qua Dux è militibus ad coronam eligit qui stationem suam præclarè tenuit, vel Rex certatores in torneamentis ad bra-

brabeum designat, exempla legas licet apud Limnæ. l. 6. Juris publ. c. 5. n. 127. Electio conditionata qua pater hæreditatem destinat filio adoptivo eam non respuenti: sortilega est illa absoluta quæ sic eligit, quia sic placet, quemcunque fors divinæ prædestinationis tanget, Deo quidem certa, sed hominibus juxta eum incertissimis incerta ut mox probabitur. prima eligendi ratio utrinq; inter nos exclusa est: altera ridetur à Calvinianis: manet igitur tertia absoluta illa, cujus nulla sibsit ratio, nisi quia sic placuerit quasi sortitò, nemo hic audeat de ratione aliqua scisitari: non sapit adversariis illud Juris Canonici decretum dist. 40. can. si papa. *Si papa innumerabiles populos catervatim secum ducit, primo mancipio gehennæ, cum ipso in æternum vapulaturus multis plagis nolunt, mortalium aliquem præsumere eius culpas redarguere.* num sapiet si pro Papa Deus substituatur? quia 2. non temperat actus misericordiæ cum actibus dominii & justitiæ absolutæ. Dominio absoluto eligit reprobatve: eligit peccatores nondum conciliatos contra justitiam, reprobat conciliabiles, si illis eadem efficacia salutis media contingerent, contra misericordiam, quos tamen se invicem oscular dicebat, juxta illud Psalmi 85. 10. Utrinque temperamentum misericordiæ & justitiæ divinum miramur; nos ad idem objectū relatum; illi ad disparata objecta determinatum. nostra de sententia idem homo & misericordem

cordem habet Deum & si misericordiæ divitias repellat, justum vindicem sed in Schola Calvini alii soli misericordiam, alii soli justitiam sentiunt. Rectum hic est judicium Sibelii in concion. 24. in ep. Judæ. tom. 4. p. 135. Non diffitemur, Deum esse liberrimum agens: sed ita tamen liberum, ut contra naturam suam, cum ejusdem læsione, & imminutione justitiæ suæ, non solitus sit unquam vel possit quicquam agere: alias asserendum esset, quod bonus simul esse possit & malus, justus & injustus, verax & mendax; qua nulla major blasphemia unquam extitisset. Et certè, si Deus per naturam potest peccata remittere, nulla interveniente satisfactione, quid opus erat pro nobis in mortem tradere & tot ludibriis ac cruciatibus exponere, Filium suum proprium. quia 3. mandat electis obedientiam sub pœnæ æternæ interminatione, quos tamen absolutè à mortis æternæ periculo exemit, perinde ac si Angelis confirmatis mandaret obedientiam sub eodem mortis metu id an sapientis? quia 4. gloriam quærit ab actibus justitiæ & misericordiæ gloriæ suæ adversis: similis sit figulo qui irascatur vasis à se factis quod talia sint, qualia ipse finxisset: per hortulano qui assiduo ac indefesso studio laboret in plantis ad maturitatem ac frugem educendis, quarum tamen pleraque nolit ad frugem venire. Titus sane noluit virtutem suam punitorum calamitate clarescere

apud

apud Joseph. l. 7. bell. c. 24. Ferrius in specim Scholast. Orthod. c. 28. negat justitiæ manifestationem esse formalem rationem reprobationis quia potius sequitur ad reprobationem, quam ponat illam, & loquitur Apostolus de eo consecutivè potius & interpretativè, quam causaliter, potuit enim alio modo suam justitiam manifestare, quia 7. decreto absoluto de fine subordinat decretum conditionatum de mediis. *At ubi peremtoria voluntas de salvando præcesit, ibi neque sapienter aliquid ad obediendum illud bonum salutis præcipi potest, neque præceptum comminatione mali contrarij, vid. infelicitatis æternæ sanctum locum habere, saltem nec à Deo hujusmodi conditionale decretum proficisci potest, qui decretum illud absolutum ante fecit, & vult ut is cui legem fert, certò & firmiter credat ac sibi persuasum habeat, tale de se Decretum factum esse; nec apud eum quicquam valere potest qui hanc esse Dei voluntatem novit & firmiter apud animum suum statuit. Deinde ubi peremptoria & absoluta voluntas reprobandi præcesit, ibi promissio boni contrarij, puta salutis æternæ, à DEO sapienter institui nequit, & comminatio mali jam ante peremtorie destinati, non nisi ineptè homini reprobo proponi. Quis enim prudens legislator malum comminabitur sub conditione ei cui malum non infligere jam ante voluntate irrevocabili decrevit? Et quis bonum promittit etiam sub conditione illi, cui malum infligere ad gloriam suam jam multò ante peremptorio proposito constituit?* Hæc Remonstrantes in declin. art. 1. p. 51.

§ 73.

§ 73. IV. Veracitati, quæ in bilingue mendacium degeneret, id quod sole clarius patebit infra in Antinomia tertia. V. Gloriæ divinæ dum ne potestas ἀυτοκρατορικὴ Deo pereat, reliquarũ divinarũ virtutum concentus dissipatur, illarum maximè in quibus suam gloriam ipse Dominus posuit Exod. 33. 18. & c. 34. 6. Teneatur temperamentum ac se invicem osculentur in Deo justa misericordia & misericors justitia, severitatis condimentum sit χρηστότης, id ad gloriam DEI pertinebit plusquam absoluta illa potestas. Lerna paradoxorum quæ cum gloria sapientiæ divinæ conciliari nequit, hæc est; non solum in antica parte (id enim fatetur Spanhem. in ep. ad Cottier. pag. 20.) sed & postica 1. par sors dæmonum & infantum humanorum reprobatorum. nam ut illi ita & hi absolutè reprobati, id quod fatetur Calvinus lib. 3. Instit. 23. §. 4. *si quæratur* (ait Spanhem. de grat. univers. pag. 1810.) *de misericordia salutari, vel ad salutem, innumeris hominibus* (*quos inter innumeri infantes*) *ineluctabilem esse damnationem, æquè ac diabolis, quatenus illis gratia ista denegatur, sine qua homo salvari non potest.* & mox pag. 1818. *An etiam absurdum, Deum illis quos in eodem statu tandem esse voluit cum dæmonibus non magis misericordiam salutarem destinasse, quam dæmonibus.* & pag. 1818. *An vero hæc ipsa, quæ nobis intendatur criminatio, non cadit in ipsum Christum illos inter se comparantem, & satis innuentem, utrisque simul paratum fuisse ignem æternum.*

Matth.

Matth. 25? At diabolo & Angelis ejus paratum esse ignem legimus, non legimus hominibus. 2. Restrictior misericordiæ divinæ amor quam justitiæ vindicatricis rigor. Est quidem καθ' ἑαυτὸ utriusque attributi idem ambitus: sed καθ' ἕξω si inclinationem Dei φιλανθρώπου spectes, si beneficam naturam ejus, qui est ipsa charitas, si benefacere propriũ punire alienum Dei opus esse recolas: si temperamentum sinaicum misericordiæ in millesimam generationem propitiæ, iræ in tertia & quarta generatione detonantis: si quem affectum in judice probat, ut sit ad clementiam quam severitatem proclivior, consideres, fatendum est Numen cœleste, cum absolute agit, non lacessitum suopte affectu pluribus bene velle quam male; at juxta Scholam Calvini absolute pauciſſimis præeligendo consultum voluit plurimis ante respectum peccati irritantis absolute prędamnando male voluit, In communibus beneficiis ampliorem misericordiæ peripheriam largitur Chamier. l. 7. c. 8. n. 5. at riget in cœlestibus & salutiferis in quibus tamen misericordia divina glorioſior esse posset: nec ratio dari potest cur DEI justitia in omnes peccatores irâ, misericordia non in omnes homines qua miserâbiles amore exardescat? neque magis naturaliter fertur ira DEI in objectum punibile, quam misericordia in objectum miserabile. Instantiæ de Angelis lapsis nullus hic locus est, (contra

tra Spanh. de grat. univers. p. 1870.) quos supponimus miserabiles nō fuisse. 3. Spes & Charitas in ministerio sine fide, est spes lusca, charitas cæca. Nihil crebrius audias in lycæo Calviniano quam ministris Ecclesiæ, quibus ignota sunt arcana electionis de singulis bene sperandum esse ex canone charitatis. sperare quidem licet e. g. de singulis defunctis, de non malitioso contemtore verbi divini, pœnitentiæ signis conspicuo, ex judicio charitatis (quæ temere suspicari non debet) humano ex ignorantia invincibili, deceptibili: sperare licet de toto aliquo cœtu visibilis Ecclesiæ aliquos in eo esse electos, idque judicio scripturis S. illuminato; At ex spe bona & canone charitatis, nomine Dei adeoque judicio divino, verbis divinis dicere ad baptizatos singulos, ego te baptizo in nomine Patris &c. hoc est, Deus tuus pater est misericors: item dicere ad singulos S. cœnæ convivas, Tibi Deus ad salutem æternam favet, accipe hoc est corpus Christi pro te traditum: Ea est, quod dixi non solum spes lusca, charitas cæca, sed & temere mendax. 4. Salus æterna sine fide. sine quo enim homo electus est ac Deo dilectissimus esse potest, sine eo etiam potest salvari, id quod de infantibus electis cita morte abreptis clare profitetur Piscator ad Matth. 19. Observat. 11. pag. 196. *etiamsi ponatur, sermonem hic de infantibus esse: tamen non potest hinc certò concludi, illos præditos esse fide. Etenim*

*infan-*

*infantium potest esse regnum cœlorum, etiamsi non credant: dummodo sint electi. Fides enim in scripturæ nusquam requiritur nisi ab adultis, ut qui capaces sint auditus, per quem datur fides.* Confer D. Gerh. part. 1. disp. theol. 10. pag. 1200. Causa electionis in electo nulla, & tamen in reprobo aliqua. Quam absurditatem vidit Paul. Ferrius in Specim. Scholast. orth. cap. 28. *sane,* inquit, *illa opinio quæ ponit ex parte prædestinati, nullam esse causam prædestinationis, vel rationem, sed tantum ex parte reprobati, pulchra est & subtilis positio, quã multi Orthodoxorum amplectuntur: utpote quæ multum inservit retundendis calumniis adversariorum, qui ut sycophantæ criminantur doctrinam ecclesiarum reformatarum quãque libenter amplecterer, nisi me superiora moverent, & non viderem prædestinationem & reprobationem pari passu currere, Apostolum & Augustinum (adde si velis & Magistrum) semper loqui de ipsis conformiter & uniformiter, ac proinde & nos debere similiter loqui, utriq; assignando, vel non assignando causam: Deum etiam non minus rationalem esse in dando, vel in miserendo, quam in dando: ac proinde si in non dando habeat causam, & rationem, videri etiam habere in dando, quod non admittunt; Apostolum loqui de utroque similiter Esau & Iacob. 6.* Executio justa decreti injusti. Quamvis scribit Beza ad Rom. 9. pag. 108. *Deus absque ullo qualitatum respectu, amori destinet, & odio destinet, quoscunque ipsi libuit, tamen procul eum abesse ab omni injustitia, quoniam inter æternum Dei decretum & eius decreti exequutionem sunt causæ subordinatæ, quibus*

*electos ad salutem adducit, & reprobos justè damnat.* Confer resp. adacta Colloq. Montisb. part. 2. pag. 158. 161. Respondet Episcopius part. 2. oper. pag. 405. quid hinc aliud sequitur *quam executionem justam esse, at non decretum? Imo contrarium potius hinc colligitur. Si executio justa est, propterea quod causas supponat, propter quas malum homini in decreto destinatum infligitur: ergo decretum de infligendo malo iniustum est, propterea quod causas illas excludat. Si enim non licet infligere malum sine iniustitia primo & principaliter est, sed involuntate infligendi. Rectitudo enim in voluntate primo & per se est; per denominationem autem extrinsecam solum in executione. 2. Sequetur ex eo executionem diversam esse à decreto; ac proinde executionem non esse illius decreti executionem, sed aliud quid. Et quid sibi quæso vult, id quod dicit Beza de causis subordinatis? An causa subordinata illa respectu reprobationis est peccatum? Vtique; quia peccatum damnat juste, inquit. At quomodo, & à quo est subordinata hæc causa? an à Deo? Atqui sic non modo non redditur justa executio, propter causam hanc inter decretum & executionem intervenientem, sed dupliciter magis iniusta fit. Quod videlicet Deus non tantum destinet odio aliquos insontes atq; innoxios sed etiam ut odium illud exequi possit quod causam velit intervenire, idest, quod insontes illos peccare, & sontes fieri velit, ut executio justa videatur. Quid enim hoc aliud est, quam quod non tantum miserum velit esse hominem, sed etiam peccatorem fieri velit, ut sic jure quasi miserum facere possit. Si dicas, Deum non subordinare causas has per*

*aliquam*

*aliquam actionem suam positivam, nihil dicis. Sive enim per actionem positivam, sive privativam, peccatum illud subordinetur, certum est actionem illam, quæcunq; sit, ex vi decreti antegressi subordinari; ac proinde peccatum illud, tanquam medium serviens executioni, à Deo intendi; & sic iniustitiam non tantum non tolli, sed augeri per hanc Dei actionem.* Referas huc licet ineptas & absurdas phraseologias quas castigat noster D. Menz. in anti-Croc disp. 2. thes. 54. Quærit Petrus Molinæus in sua ad Synodum Dordrechtanam missa, & ab eadem valde commendata, confessione: Utrum Christus sit Electionis fundamentum? Et respondet pag. 400. his ipsis verbis: *Christum quatenus est homo & mediator esse caput electorum, sed non causam electionis, cum ipse, qua homo, sit electus. Est quidem, inquit, causa meritoria salutis, & λύτρον. Sed non est causa, cur de duobus pariter peccatoribus, alter alteri præferatur. Causa quærenda est in Dei beneplacito, & amore gratuito, qui ordine antecedit intercessionem filij, quandoquidem pater misit filium, & dedit redemptorem.* Hactenus Molinæus, periculose errans. *Nam, si Christus non est elector* (vide Joh. 16. v. 16. 18. Ego elegi vos) *Sed electus ad vitam æternam: quæritur de termino electionis, à quo. Docent autem, idque rectè Dordrechtani electionem factam esse ex genere humano lapso. Ergone & Christus in Adamo lapsus est? & ex miseria peccati electus ad æternam vitam? Blasphemum. Aliud est loqui de officio Christi, & ejus præcognitione. 1. Petri. 1. v. 20. Et si Christus primus fuit electus ad vitam*

*æternam: & postea in eo, tanquam capite, nos tanquam membra, etiam electi sumus: consequitur nos in Christo verè electos esse, & Christum esse nostræ electionis fundamentum. Quod utrumque Molinæus negat: Sic interpretans verba D. Pauli. Elegit nos in Christo: hoc est, destinavit nos ad salutem in Christo, seu per Christum adipiscendum. & ib. Pareus gratiam Dei electione posteriorem facit, quæ tamen ib. pag. 35. est causa prima & summa sicut etiam justificationis. & glorificationis: Et ideo electio tendit ad laudem gloriosæ gratiæ Dei; quia illa in electione primas tenet.* Ejusdem precii est & prædestinationis notio in electionem & reprobationem divisa, ex qua sequitur omnes damnatos esse salvatos. Nam juxta eum stylum qui est ὡς λόγια θεῦ Omnes prædestinati sunt glorificati. Rom. 8. 30. per te, omnes reprobati sunt prædestinati, juxta eum stylum, qui est ὡς λόγια θεῦ. Ergo. Ita & ακύρως dicitur electionis causa efficiens apud Ravanell. in voce electio. p. 522. inepta est distinctio inter ἐυδοκίαν & ἐυαρεσίαν apud Chamier. tom. 3. l. 7. c. 5. n. 10.

§ 73. III. Scandalosum. totius sc. Christianæ religionis pestis, peccatorum illex, pulvinar securitatis, laqueus desperationis fons Venenatus, qui totum decalogum inficit, ut probant Darmstatini Theologi in gründlicher Außführung. cap. 2. pag. 25. & seqq. dici hic potest in Calvini sequas quod Calvinus in Judæos, comm. ad Rom. 10. pag. 98. *quamvis non defecissent Iudæi ad crassam illam & externam idololatriam*

nihil

*nihil ad eos excusandos facit: quandoquidem suis figmentis profanaverant totum Dei cultum.* Equidem Dordracena Synodus (ita Sibel. tom. 4. conc. 17. in ep. Jud. pag. 95.) *Sancte testatur & protestatur, eos falsum dicere testimonium, qui populo inculcant, doctrinam Ecclesiarum Reformatarum de prædestinatione reddere homines carnaliter securos, quippe ex ea persuasos electorum saluti, quomodocunque vivant, non obesse, ideoque eos secure atrocissima quæque scelera posse perpetrare.* non quidem negamus ex absolutæ electionis persuasione documenta & solatia subnasci posse e. g. *admirationem bonitatis divinæ* (à Molinæo intimatam) erga electos declaratæ, *quando suam sortem cum sorte Reproborum comparantes, cogitant se nihilo i pſis meliores, è lapsu communi ad salutem absolute esse electos, cum cæteri in eodem lapsu sine spe salutis absoluto decreto sint reiecti.* Gonfer Bucan. loc. 37. pag. 409. Vedelii. S. Hilarium cap. 3. p. 102. sed hæc & similia oriuntur ἐ διοτι ἀλλ' ὅτι: sicut ex falso quandoque verum sequitur. nulli tamen hactenus fructus boni ex absolutæ reprobationis persuasione in animis reproborum (quorum nulla cura tanguntur absolutè electi) assignati sunt à parte adversa. omnia hic tragica, meri horrores & timores serviles. finis reprobationis est (juxta Polan. tom. 1. l. 4. cap. 10. pag. 1628.) *ut fides licet temporaria & alia dona eis collata magis convictos & inexcusabiles reddant, quod sua culpa pereant.* heu! quã frigent ista Zanchii. l. 5. de nat. Dei. part. 3. de

Reprobat. pag. 7. 18. *Imò neque reprobi habent cur de Deo conquerantur, sed potius cur ei gratias agant, quia licet ad interitum destinati sint, tamen non eos frustra destinavit Deus, sed ad fines multos & optimos & imprimis ad gloriam suam.* Idem ibid. pag. 716. *An non hoc etiam beneficij loco habendum est, quod eos vasa sibi fecit, in quibus patefaciat suam justitiam, iram atq; potentiam?* Idem ibid. pag. 550. *Melius enim est esse matulam, quam simplex lutum, ita reprobi non habent quod Deum accusent ullius iniustitiæ quod sint reprobati, sed potius quod DEO gratias agant, nempe quod se crearit ex luto non bestias sed homines idque ad suam in ipsis patefaciendam iram atque potentiam.* Veniamus autem ad fructus hujus doctrinæ concisius, ac scandala primum detegamus ex *Consequentia justißima*, validissimaque his argumentorũ nervis inclusa: Nullus fataliter ac irresistibiliter ad finem & media salutis aut electus aut reprobatus vel timebit mortem æternam, aut sperabit vitam æternam. Omnis homo fataliter ac irresistibiliter aut electus est aut reprobatus. Ergo Nullus homo vel timebit mortem æternam, vel sperabit vitam æternam. Minor propositio tota est spiritus adversi Majorem agnoscit 1. Sana ratio subnixa principio contradictionis. Finge enim aliquem fato inexpugnabili ac indeclinabili, ad certum finem esse destinatum, & tamen metuere finis ἀσοχίαν sive exitium contrarium; jam idem simul erit & non erit, idem simul erit indeclinabile

bile & declinabile: finge aliquem indeclinabili fato ad finis ἀσοχίαν esse destinatum & tamen sperare finis εὐσοχίαν curare media, tantundem contradictionis sequetur. stat! fatum est! fixum refigi nequit. Quis voluntati divinæ resistet? quis *solis occasum, Rheni* cursum sufflaminabit? ut Angeli in bono confirmati nullam mortem reformidare ita Angeli lapsi nullam salutem sperare possunt. ἀδεῖς βελεύεται περὶ τῶν ἀπελπίσων, inquit Philosophus. l. 2 Rhet. c. 5. hinc furor, hinc impatientia, hinc blasphemia, hinc atheismus

*Invadam Deos*, ait Media Senecæ
*Et cuncta quatiam; sola est quies*
*Mecum vicina cuncta si video obruta*
*Mecum omnia abeant: trahere, cum pereas, licet*

Suppeditat. 2. *Metus & spei definitio.* φόβος est secundum Philosophum λύπη τις ἢ ταραχὴ ἐκ φαντασίας μέλλοντος κακοῦ, ἢ φθαρτικοῦ ἢ λυπηροῦ. hoc est, *Metus est dolor quidam ac perturbatio ex opinione impendentis mali, quod vel perniciem, vel molestiam afferre possit.* non igitur metunt, qui se nihil mali passuros existimant, sive à rebus sive à personis, Certè & stoicorum sententia vir sapiens & justus, quia nihil sibi prestandum putat præter culpam, haud extimescit, si saturnius oculus in domum incubuerit: aut Nausiclidis instar ὅτε ἔαρ, ὅτε φίλυς ἔχῃ. contra spes (definitore Gerh. Voss. l. 2. instit. orat. crp. 6. pag. 249.)

*est gaudium ex opinione impendentis boni, quod aut conservare, aut voluptatem adferre possit.* jam absolutè electus nulla animi anxietate percelli potest ex opinione impendentis inferni, absolutè reprobatus nullum capere gaudium ex opinione impendentis alicujus boni. Asserit 3. *historia exemplis. Tiberius* (auctore Sueton. cap. 69.) *Circa Deos & religiones negligentior erat. quippe addictus Mathematicæ persuasionisq; plenius omnia fato agi.* II. Nullus aut non metuens jacturam vitæ æternæ hoc est, securus suæ æternæ salutis; aut non sperans vitam æternam h. e. æternæ mortis certus, virtuti studebit, aut vitiis abstinebit, minis absterrebitur, quæ ut in Angelos indeficibiles non cadunt. ita nec in absolute electos: vel certos salutis quicquid mali designarit, exemplo Davidis adulterium cædemque commiserit, saltem in ultimo agone cum latrone converso rediturus: vel desperabundus salutis quicqud boni feciſſet; genio igitur indulgebit dū vivit, deficiet à fide orthodoxa ex ratione status & commodi temporalis: si enim electus est ad vitam, tàm non officit illa apostasia quam petro: Decretum enim DEI solvi non potest: absolutum est, (quod nomen non deprecatur Martinius im Bericht von der Regierung GOttes p. 452.) ergò & absolutè aget. si non est electus cur in fide manendo bis perit, Cur tot mala perfert in hoc seculo atrociora latu-

laturus in infelici ævo? Eccur ejusmodi reprobus S. conciones audiat, cur sacramentis utatur, cui tamen, quamcunque pædagogiam adhibeat, Deus efficaciter fidem salutarē consequenter fidei fœcunditatem hoc est, vires bonorum operum largiri nolit. Venatd igitur primogenituram hoc est, spem hæreditatis cœlestis, ac dicet, mihi cras moriendum. Edet, bibet, ludet, quia post mortem nulla voluptas. Verbum DEI non audiet, Quid enim inquit illud ad me? non orabit, quia Pater noster in Cœlis non est suus Pater: nullas DEO debebit gratias, quod cum vas iræ fecerit, mallet bos creatus esse quam homo. *Desperatione*, inquit, Voss. l. cit. pag. 250. *temerarij sunt, atque impij in Deum, unde & eos Aeschylus vocat θεμὸς, ac τοῖς ἐυσεβέσιν opponit. Dido argumento nobis est, quam ij, qui sibi videntur jam inter orci cancros adhærere, nihil ultra extimescant. Quippe ea derelicta ab Aenea, quod ei supplicioram omnium gravissimum videbatur, mortem non fugit, sed orat: tædet cœli convexa tueri. Se quoque increpat, quod Aeneam non fuerit bello persecuta. Ait enim: Quem metui moritura? Itidem Euriali mater interemto filio, quasi rebus jam omnibus conclamatis, nihil plane mortem reformidat*, itaque ait: l. 9. Æneid.

*Figite me si qua est pietas, in me omnia tela*
*Conjicite ô Rutuli, me primum absumite ferro*
*Aut tu magne Pater divum miserere, Tuoq;*
*Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo.*

*Quare & periti rei militaris duces jubent aureum quod*

*dicitur pontem hosti struere fugienti. Neque enim nesciunt ipsam quoque necessitatem spiritus interdum addere desperatione audaciam pariente. Ac ratio hujusce rei in mundo est. Nam quia nulla est spes reliqua, timere nequeunt. Timor enim requirit dubiam consultationem inter spem metumq;, ita ut ubi alterutrũ horum abest absit alterum.* hæc ille! licut ἀυτόχειρες Saul, Cato (mirum alias in modum à sui similibus vespertilionibus laudatus, à Seneca. lib. de provid. c. 2. Cic. l 9. ep. fam. 18. Valer. Max. l. 3. 2.) desperatione honoris sui tuendi mortem sibi sponte conscivere: ita Calviniano fato illaqueati, ut cita morte gradus Cruciatuum infernalium mitigarent ac redimerent: acuente præsertim melancholia suspiciosa (quæ ut silias amnis apud strabonem, omnia in profundum rapit, nihil innatare sinit) mortem à se quæsitam facilè experientur. Sanè quod de stoicis olim Tullius l. 5. de finib. affirmavit, de his neo-stoicis quoque prædicare licet. Mirabilis est apud stoicos contextus rerum: respondent extrema primis media utrisque, omnia omnibus. Quid sequatur, quid repugnet, vident: & ut in geometriâ prima si dederis, danda sunt omnia. Frustra est Piscatoris instantia: *posito atque concesso quod reprobi vi illius decreti & illo asserto, non possint neque debeant bonis operibus studere, hinc tamen non sequitur, quod illo asserto, studium bonorum operum in eis evertatur: quia ut hoc fiat, necesse,*

est

*se est, ut eis prius de illo decreto constet. Nam res ignota non potest quenquam vel ad studium alicuius rei, vel ad omissionem studij movere. Nunc verò reprobis non constat, se in numero reproborum esse: tum etiam magnæ illorum parti non constat, Deum tale decretum de reprobis fecisse. Hoc enim è solis sacris literis cognosci potest, quas maxima reproborum pars ignorat.* hæc ille! at licet non constet definitè, constat tamen disjunctivè, aut se absolutè electum esse aut reprobatum, unde alteruter basiliscus ex ovo venenato. etsi non constaret reprobo tamen electo id constare volunt; ex quibus characteribus electo constare potest sua electio ex eorum animadverso defectu constare potest reprobo sua reprobatio. vid. D. Taufr. disp. 6. thes. 3. Instat Piscator ibid. thes. 4. *etsi hominibus ex absoluta ordinatione Dei, necessitas peccandi injicitur, nihilominus tamen pietati & bonis operibus studere debent, idque propter legem Dei, cui jure creationis obedire omnes tenentur.* hæc ille inextricabili contradictione. nã, quomodo hæc duo simul stabunt? Reprobis, seu maximæ hominum parti, ex absoluta Dei ordinatione peccandi necessitas injicitur: & tamen illi ipsi, legi Dei obedire debent. h. e. debent non peccare? Item: Deus voluntate propriè dicta, arcana & beneplaciti (juxta hypothesin Calvinianorum) non vult ut legi Dei obediant, vel ut expressè loquitur Zanchius l. 5. de nat. Dei cap. 2. p. m. 336. *non est voluntas*

*lunt æ Dei, ut reprobi legi obediant*; & tamen (quod hic Piscator verbis profitetur) omnes homines, adeoque etiam reprobi, nihilominus pietati & bonis operibus studere debent: idque propter legem Dei: Quæ duo in æternum non conciliari possunt. Confer responsa Taufreri ad motiva pietatis à Piscatore producta ibid. disp. apolog. 6. thes. 11. & seqq. *Idem patet ipsa confessione spiritus adversi. Si quis*, inquit Calvinus l. 3. instit. cap. 23. n. 14. pag. 340. *ita plebem compellet. Si non creditis, ideo fit quia jam divinitus exitio destinati estis: is non modo ignaviam fovet, sed etiam induget malitiæ. Si quis in futurum quoque tempus sententiam extendat, quod non sint credituri qui audiunt, quia reprobati sunt: imprecatio erit magis quum doctrina.* Ideo perinde est ac si scripsisset, Calvinus si quis doctrinam meam dereprobatione coram populo ad vivum depingeret, hoc facto ad omnem nequitiam & impietatem fenestram aperiret. Idem Calvinus ib. n. 412. pag. 339. *Hoc quoque ad evertendam prædestinationem exagitant, quod ipsa stante concidat omnis solicitudo, & bene agenti studium. Quis enim audiat, inquiunt, æterno & immutabili Dei decreto sibi fixam esse aut vitam aut mortem, quum protinus in mentem veniat, nihil interesse quomodo se gerat: quando suo opere nihil aut impediri aut promoveri queat Dei prædestinatio. Ita omnes projecient se, deporatum in morem, quacunque libido tulerit, præcipites ibunt. Et sane non in universum mentiuntur.*

*tiuntur. Semper papistæ in suspenso relinquunt conscientias: placeant nec ne Deo opera, dubitare jubent. Vbi talis animos trepidatio occupat, annon desides & ignavos flaccescere necesse est?* hæc illead act. p. 10. lb. 101. ubi quidé porcos nominat ibid. p. 339. qui prædestinationis doctrinâ impuris istis blasphemiis cõspurcant, atq; hoc etiã obtentu admonitiones & objungationes quaslibet eludunt. sed unde hi porci alimenta hauriunt, nisi ex ipso fimento? nihil mirum ex harâ tam fœdida porcos exire: (in qua præstat Herodis esse porcum, quam creaturam DEI reprobam) è grunnitu tam absono, hos congrunnitus sequi; κακὴ κοιλία κακὸν εἶναι ὦν Incubo cuculo atroscripturis suppositum. *Qui præmissas porrigit, conclusionem negare non debet, rectè dictum est* (ita Grynæ. part. 2. disp. theol, pag. 151.) à platone in Philebo: τῶν δεδομένων, ἀφαίρεσις οὐκ ἔστι. *Negando tolli ea non possunt quæ rectè data sunt; & vera est regula Logica: Quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ sequitur & antecedens. Nam ex vero nil nisi verum sequitur, & verum vero consonat.* Conf. D. Gerhard. part. 1. disp. theol. disp. 10. p. 1. 1206. & seqq. D. Zvvingerus hic hæret & dum vult eniti, in lutum relabitur, & manus dat invitus, *de reprobis* (ait in defens. Calv. pag. 542.) *non posse dici, quod propter reprobationem operam sint perdituri, si sanctimoniæ incumbant, quia hæc non nisi ex electione.* At si non nisi ex electione est sanctimonia, ergo non

electio

electio sive exclusio absoluta ab eligibilitate, est causa non sanctimoniæ. similiter non diceret Zvvingerus de piscatu petrino quod Petrus propter benedictionis divinæ subtractionem operam in piscatu nocturno, sit perditurus, quia hic non nisi ex benedictione divina pendet. Imo si non nisi ex benedictione piscatus tam felix pendet, benedictionis negatio causa fuit piscatus non felicis. Vidit hanc ἀσυγκατάθεσιαν decreti absoluti cū meta securitati opposito *Casp. Strezo* Hagiensis in catechesi, cujus verba Curcellius vindiciis suis adversus Amyrald. subjunxit. pag 147. sed conatur conciliare, hęc duo ait simul testatur scriptura; *Ratio verò humana iudicat ea inter se adversis frontibus pugnare, & simul consistere non posse. Sed fides supra rationem humanam se debet attollere & confidere eum qui utrumq; in verbo suo testatur, utrumque etiam facere posse; ipsumque suum efficax, immutabile & irresistibile regimen ita posse instituere, ut præveniat & evitet omnia illa absurda & malas consequentias, quas ratio humana inde quærit elicere. Quomodo autem istud fiat nos latet.* At hujusmodi fides soli liquidæ revelationi divinæ ad speciem contrariæ debetur: non monstro alicui erroris non revelato, sed prædamnato in S. literis. Quid est Rabbinizare, & fidem contradictoriis adhibendum esse, si hoc non est?

Vindi-

## Vindiciæ Elenchi.

§ 75. Hic Clamat D. Zvvingerus in defens. Calvin. pag. 541. *porcinus est & blasphemus hujus doctrinæ abusus*, cur non vaccinus? Objicitur his consequentiis. 1. Consilium ἐποχῆς. *non probamus* (ita Confessio helvetica posterior in harm. cōfess. pag. 94.) *impias quorundam voces, qui dicunt, Pauci sunt electi, & quum mihi non constet, an sim in illo paucorum numero, genium meum non fraudabo. Alij dicunt, si prædestinatus vel electus sum à Deo, nihil impediet me à salute certò jam definita, quidquid tandem designavero. Si verò sum de reproborum numero, nulla me vel fides vel pœnitentia juvabit: quam definitio Dei mutari non potsit. Itaque inutiles sunt doctrinæ & admonitiones omnes. Nam contra hoc pugnat illud Apostoli: Oportet servum Domini propensum esse ad docendum, erudientem eos qui obsistunt, si quando det Deus illis pœnitentiam, ad agnoscendam veritatem, ut resipiscant à laqueo diaboli, capti ab eo ad eius voluntatem. Improbamus itaque istos, qui extra Christum quærunt, An sint ab Aeterno electi? Et quid ante omnem æternitatem de ipsis statuerit Deus. Audienda est enim prædicatio Evangelij, eique credendum est: & pro in dubitato habendum, si credis ac sis in Christo electum te esse.* Concilium ἀχ' ὑγιὲς! nam si ut ajunt in electionis æternitate ingens situm est solatium, hæreditatem cœlestem electis eripi non posse, quod æternis sit tabulis fixa: istius solatii indagine & ἀσφαλεία non sunt defraudandi Ecclesiæ filii: si ele-

si electio facta est extra Christum, uti fateri coguntur, quidni extra Christum quæri deberet? II. Ministerii Calviniani Zelus virtutum monitor, vitiorum averruncus. *Quasi* inquit Tullius de Epicuro, *ego curem, quid ille aiat aut neget, illud quæro, quid ei, qui in volunptate summum bonum putat, consentaneum sit dicere.* Cœcus hic Zelus est principiis suis incongruus, contradictorius. Frustra Faber est qui una manu follem inflat, altera incendium aqua extinguit. II. Objecti vel sperandi vel metuēdi præsentia. *Quando arcana Dei voluntas* (ita Amyrald. defens. calv. cap. 10. pag. 124.) *quæ homines inter se discriminat, non aliter patefit quam per ipsum eventum, adeo ut ij electos esse se sentiant, qui reapse credunt, reprobos verò quos incredulitatis & invictæ pœnitentiæ conscientia arguit, quid obstat quo minus quisque & speret & metuat. Vtamur sanè simili quod ad eam rem adhibuit egregius Dei servus Wolfgangus Musculus. Venit in πλωχοδοχεῖον medicus, & tanta artis peritia præditus ut nemini Sanitatem non restituat, qui modo sese præscriptionibus præbeat obsequentem: & pariter sapientia usque adeo præstans, ut ipsum in tanto ægrorum numero nemo lateat, quin certè sciat utrum præscriptionibus sit obtemperatus, annon. Novit ergo alios futuros pervicaces atque protervos, qui medicum habituri sunt pro aliquo impudenti & imperito circulatore, atque adeo nonnullos ita insanituros ut pro venefico contumelijs insectentur: alios verò prævidet sese præbituros magis morigeros & docliores. Supprimit autem ille apud se suam istam admirabilem divi-*

divinandi scientiam: neque de quoquam pronunciat, iste docilis ille indocilis & immorigerus futurus est: Sat habet omnibus indiscriminatim suam in arte peritiam modestè quidem, sed fidenter tamen ostentare, spem facere bonæ valetudinis indubitatam, morte interminari pertinacibus, hortari, admonere, invitare, nihil earum rerum omittere quæ pertinent ad hominum animos permovendos, si qua ratione possent omnes ab obstinatione deduci, obsecro, nonne illis omnibus ex æquo spem & metum posuit ante oculos? Quod certo prævidit quid futurum esset in eventu, efficit ne quidquam quo minus ille vel spe allici, vel metu deterreri aut potuerint aut debuerint? Planè hîc ita se res habet: nisi quod Deus non solum prævidit electos credituros sed etiam decrevit id se in illis efficacissimè præstiturum; quod ni facere decrevisset, futurum sanè non prævidisset. At decretum de nonnullorum cordibus singulari beneficio emolliendis nihil omnino vel adjicit vel detrahit isti dispensationi respectu reproborum. Non ideò minus erigi in spem eos oportuit, aut verò metu percelli. nempè duo sunt ibid. pag. 123. quæ spem timoremque faciunt: Propositio obiecti, quod boni vel mali futuri rationem habet; & veritas enunciationis qua illud promittitur sub conditione denunciatur: Proponi autem objectum etiam reprobis & Calvinus docet & experientia comprobat. Omnibus enim promiscuè ista Christi verba prædicantur, qui credit, non veniet in judicium; qui non credit, ira Dei manet, super eo. Verè autem utrumque dici, ita ut, conditione præstitâ, eventus sit necessariò consecuturus, Calvinus ubique affirmavit. hæc ille! At verò qui novit distinctionem in-

ter voluntatem decreti & præcepti facile instabit ac dicet, verba mihi dari audio, ego si credidero salvus ero, mandari ut credam, sed fidei χάρισμα mihi datum iri unde constat? sensus meus me fallere potest: nam si reprobus sum, fidem mihi habere videor sed non habeo. simile de medico etsi pedibus careat, tamen claudicat, si medicus ille diceret, se quidem signo velle ut omnes ægri seu bonâ spem concipiant seu metu percellantur immorigeri: clam tamen non solum divinaret aliquos fore immorigeros, alios obsequiosos: sed & efficaciter irresistibiliter ac prædeterminativè vellet uthi sint morigeri, illi immorigeri; efficaciter convalescant hi nõ item illi quid vel sperare possent ægri vel metuere? annon nostro illo dilemmate illum astricturi? aut ego â te medico sum ad sanitatem efficaciter destinatus aut ad mortem. Si ad sanitatem cur metuam mortem? si ad mortem cur sperabo vitam? III. Collatio Angelorum bonorum, Prophetarum, Apostolorum, *Angeli boni præcise ad salutem amati atque electi sunt, & tamen in operibus charitatis & ministerij divini obeundis, nobis passim in exemplum proponuntur. Sancti Prophetæ & Apostoli omnium quoque Christianorum consensu de hac Dei erga se dilectione, atque electione fuerunt plenissime persuasi. Christo etiam eandem ipsis sæpè coram attestante, an eo minus laborarunt, ut divites essent bonis operibus.* hæc Walæ. in loc. de fruct. elect. pag. 484. *Vnde Apostolus Iohannes* Epist. 1. c. 4. v. 19.

4. v. 19. *Nos diligimus eum, quoniam prior dilexit nos*: Respon. Angeli jam sunt confirmati in bono, ex qua confirmationis corona hæc habent ne unquam peccare possint. At electi in hoc seculo adhuc militant adhuc peregrinantur. In Prophetis & Apostolis peculiare fuit sanctitatis χάεισμα, quale non habent fideles alii: ipse Apostolorum apex Paulus metuit prudenter ne fiat reprobus: igitur sui reprobationem possibilem statuit. Apostoli Johannis argumentum est conceptum de debito non perpetuo facto omnium, de motivo non fato. Paulus fuit præco prædestinationis, nequaquam Calvinisticæ ex qua pestis exhalat, sed orthodoxæ, quæ studium pietatis inflammat. IV. Officii Christiani debitum, quod gratia electionis potius inflammare debet quam sufflaminare. Ita enim Synod. Dordr. pag. 342. *Ex huius electionis sensu & certitudine, filij Dei maiorem indies sese coram Deo humiliandi, abyssum misericordiarum eius adorandi, seipsos purificandi, & eum qui ipsos prior tantopere dilexit, vicißim ardenter diligendi, materiam desumunt: tantum abest ut hac electionis doctrina atque eius meditatione in mandatorum divinorum observatione segniores, aut carnaliter securi, reddantur. cui enim tanta facta gratia, quomodo gratus non erit? ut qui sciat* (verba sunt Calvini l. 3. Inst. c. 23. 8. 1.) *non esse se vocatum ad immunditiem. Si miles ait* Sibebelius tom. 4. conc. 17. in epist. Jud. pag. 96. *auctoratus & sacramento obligatus dicat, non implicabo*

*me rei & labori militari; derisor audit & fucus ignavus, quum ad hoc nomen militiæ dederit & stipendium mereat, ut & sibi & imperatori totique exercitui utilis sit: ita Deus irridetur quum qui electos se gloriantur, integrum sibi esse dicunt & putant, cuticulam curare, & nulla sanctitatis habita ratione, in diem vivere: electi enim sumus, ut simus sancti. Ipsa natura docet, redamandos esse eos, qui amore nos complectuntur: Ergo fieri non potest, quin ignis divini amoris in nobis igniculum amoris reciproci accendat & foveat.* Et Petrus Martyr. ad Roman. 1. pag. 6. *qui desperant ac si nullum remedium sint habituri, quo evitent reprobationem: vel nimis confidunt laxe libereque vivendo, dicentes id nihil referre, se enim cum sint prædestinati, damnari non posse: quid aliud faciunt, quam ut re bona pessimè abutantur? Quælibet res ea parte capi debet, qua teneri potest. Non enim gladius stringitur aciè, aut mucrone, sed capulo: neque vas capitur in medio ventre, sed ansa vel aure.* contra colligit noster D. Taufr. in disp 1. cõtra absol. decret. thes. 37. Qui unicè ad damnationem & causas damnationis à Deo sunt destinati & creati, eorum officium est strenuè peccare. Ratio est quia unumquodque agit, vel certè agere debet propter finem, ad quẽ conditum est à Deo. At juxta dogma hoc Calvinisticum maxima hominum parsunicè ad damnationẽ & causas damnationis à Deo est destinata & creata. sed ad instant. Resp. non quæritur de debito prædestinati, sed de consequentia argumenti, debet ille tantæ gratiæ gratitudinem;

dinem; sed num illa necessariò & per se sequatur ex hoc dogmate, id quæritur. Sanè ut homo sibi relictus (quod omninò electo fieri potest exemplo Davidis, Petri, aliorum) millies proclivior est in vitia quam in virtutes, ex ista electionis persuasione securitatè potius κακῶς κόρυκος κακὸν ὦὸν quã gratitudinẽ deducet. servo incumbit fides, probitas, industria; at si Dominus vel verbo vel exemplo scandalum præbeat, ex quo perfidia, ignavia sequitur, jam herili verbo & exemplo rectè imputabitur vitium, etsi contra officium admissum esset. si satellites Saulis sacerdotes Nobæos ex decreto regio jugulassent, an non vitium redundaret in Decretum Domini? VI. Scopus ab Apostolo insimulatus. *Scriptura.* S. inquit Calvinus l. 3. instit. c. 23. n. 10. pag. 339. *prædestinationem non eo commemorat ut in audaciam erigamur & inaccessa Dei decreta excutere nefaria temeritate tentemus: sed potius ut humiliati ac dejecti, ad judicium eius tremere, misericordiam suscipere discamus. Ad hunc scopum fideles collimabunt. Ille autem fœdus porcorum grunnitus à Paulo ritè compescitur. Securos se in vitiis pergere dicunt: quia si sint è numerò electorum, nihil obstatura sint vitia quominus tandem ad vitam perducantur. Atqui in hunc finem electos esse nos Paulus admonet, ut sanctam ac inculpatam vitam traducamus. Si electionis scopus est vitæ sanctimonia, magis ad eum alacriter meditandam expergefacere & stimulare nos debet, quam ad desidiæ prætextum valere. Quantoperè enim hæc inter se dissident, à bene*

*agendo cessare, quia electio ad salutem sufficiat, & electioni propositum esse finem ut in bonorum studium incumbamus? Facessant ergo eiusmodi sacrilegia, quæ totum electionis ordinem perperam invertunt. Quod autem suas blasphemias longius extendunt dum eum qui sit à Deo reprobatus, perditurum operam dicunt si innocentia & probitate vitæ se illi approbare studeat: in eo verò impudentissimi mendacij convincuntur. Vnde enim tale studium oriri possit nisi ex electione. Nam quicunque sunt ex reproborum numero, ut sunt vasa in contumeliam formata, ita non desinunt perpetuis flagitiis iram Dei in se provocare, & evidentibus signis confirmare quod jam in se latum est Dei judicium, tantum abest, ut cum ipso frustra contendant.* hæc ille! Asino clitellas non nostrum hoc onus! Apostolus de electione conditionata loquitur, quæ ad fidem quæ est per charitatem efficax respicit, at longè alia prædestinationis absolutæ est indoles. conditionatum decretum studium pietatis non extinguit sed accendit. Decreto divino Saul fuisset coronam suam derivaturus in posteritatem, si obediisset, at quia non obediit non derivavit; idque sine decreti divini infamia, quia conditionatum hoc fuit non absolutè. decretum divinum fuit omnes pauli comites in nave servandas, qui non fuissent servati nisi in navi mãsissent: decreto divino Joseph culminare debuit super fratres, qui si improbè vixisset & tentationem adulteræ non excusisset, num ad istud fastiguum ascendisset? decretum DEI ordi-

ordinis conditionem suppoſuit. quæ de reprobatione addit, in iis lutum luto purgat & ut difficultatem effugiat ad confatalitatis regionem ſe recipit, de qua mox. VII. Confatalitas, quam his verbis laudat P. Martyr ad Rom. 1. p. 6. *Deum ex præviſis bonis operibus nos minimè eligere: quandoquidem illa in prædeſtinatione comprehenduntur. Quos enim deſtinavit Deus facere ſalvos, illis eisdem & gratiam & ſalutem definivit eſſe dandam, perquã ad ſalutem pervenirent.* Sibelius hęc habet. tõ. 4. conc. 17. in ep. Jud. p. 95. *certiſſima enim eſt regula: Poſito fine, ponuntur omnia media ad finem, & qui deſtinat ad finẽ deſtinat ad media. Idẽ Deus qui nos ac ſalutem elegit, etiam media ordinavit, per quæ nos ad ſalutem perveniamus; quos ad vitam æternam, eos etiam ad fidem & bona opera deſtinavit. Hæc media ſunt veluti ἐφοδοκλίμαξ qua homini aſcendendum ut ſalutem ſibi ab æterno paratam conſequatur.* Hoc ipſiſſimum Chryſippi fuit effugium: cujus acumen alibi eſt retuſum & hebetatum: ſanè ipſa confatalitas tollit ſtudium pietatis. nam qui novit non tantum finem ſed & media eſſe fatalia, quî ſtudebit rei, quam novit neceſſariò eventuram ad quam novit ſe neceſſariò actum iri? Si quis in navi ſecundo vento ageretur num remigationis curam ſuſciperet? quanquam illam confatalitatis confibulationem. fregerit Petri lapſus Davidis adulterium ex eadem confatalitate reprobi non poterunt non impiè vivere. V. Conſtrictio conſcientiæ ex magnitudine beneficii.

beneficii *Ingens* (inquit Amyrald. in defens. Calv. cap. 10. pag. 131.) *si fides occurrit examinanti, habebit ille in ea haud dubie electionis suæ argumentum pariter magnum. At obsecro, hoccine fieri posset ut cognita in se magna fide occasionem inde arriperet vivendi licentius? aliter sanè Apostolus judicavit, qui se Christi charitate constringi profitetur, eo quod sciat Christum pro se esse mortuum: quique negat ullius rei tantam esse posse vim ut ipsum à dilectione Christi separet & abducat, eo quod persuasum habet se esse à Deo prægnitum ab æterno atque prædestinatum.* Resp. quæstio non est, quanta sancte vivendi necessitas moralis, consideratione beneficii Christi (si liquido cõstet ad me illud pertinere) sequi debeat; sed quid ex absoluti decreti θέσει fluat ad ὑπόθεσιν? nec statuit Apostolus se cũ à nulla creatura separari posset à charitate Dei etiam à peccato in sensu diviso nõ posse, ut qui fateatur, se nisi corpus suum castigaret reprobũ fieri posse 1. Cor. 9. VI. Gravioris damnationis metus. *Ita enim* Rennecher. in aurea salutis catena. pag. 117. *Qui se reprobatos putant, ob id illis male agendum non est. sed omnia mala maximè illum odisse & fugere oportet, ne gravioribus sceleribus graviorem damnationem in capita sua accersant. nam longe mitius agetur cum illis qui vitia hæc vel illa fugiunt, nec se omnibus criminibus & peccatorum inquinamentis polluunt, quam cum illis qui omnibus sceleribus & flagitijs indulgent.* hæc ille! heu quam frigidè. At sic præstaret simulac se reprobationis conjectura offert, se ipsum occi-

occidere, ne cumulus peccatorum & hinc pœnarum in superstite augeretur. Quid si ille etiam peccatorum gradus ex eodem reprobationis decreto & prædeterminatione temporali inevitabiliter admittendus esset? Si ex eadem prædeterminationis lege nemo plus mali facere posset quam facit? hæc enim ejusdem spiritus est sententia ut infra patebit. VIII. experientia, *ex qua constat multos huius doctrinæ assertores probos esse pioque, quod non esset si doctrina per se esset scandalosa, gryphes equi jungi non posse.* Resp. id fit per accidens ex ignorantia tàm horribilis decreti, cujus sensa si perciperent multi aliter viverent. ipse etiam Epicurus probitatis & temperantiæ laudem habuit. eius vita à luxuria alienissima fuit, aqua solum pane & sale contentus remotas non esuriit epulas. testis Epicureæ continentiæ locupletissimus fuit Juvenalis, qui Satyra 14. ita canit.

——— *mensura tamen quæ*
*Sufficiat sensus, si quis me consulat, edam.*
*In quantum sitis atque fames & frigora poscunt.*
*Quantum Epicure tibi parvis suffecit in hortis*
*Quantum Socratici cœperunt ante penates.*
*Satyr. 13.* ——— ——— *non Epicurum*
*Suspicit exigui lætum plantaribus hortis. Iuvenal. sat. 13. de eodem*
*Epicuri vivario Statius Sylvarum. l. 1. Carm. 3.*
*Hic (in Tiburtio Manly) premitur fœcunda quies*
*virtusque serena*

*Fronte gravis, sanusque decor, luxuque carentes*
*Delitiæ, quas ipsa suis digressus Athenis*
*Mallet deserto senior Gargettius HORTO.*

Dicitur autem (ut obiter dicam) *Senex Gargettius*, quod licet ille Athenienſis eſſet, patrem tamen Nioclem habuit ex pago Gargettio: ut auctor eſt Laertius. *Atque ob hanc ſiccam & ſobriam* (ut Seneca appellat) *Epicuri voluptatem, an Philoſophiam? noſter hic ait, Hortum illum Epicuri exſpirare ſuaves auras florentis Sophiæ.* Tradit idem Seneca Stoicus, Epiſtola 21. illi Horto inſcriptum fuiſſe; aut ab ipſo potius pro argumento rei inſcriptum: *Hoſpes hic bene manebis: hîc ſummum bonum voluptas eſt.* Et addit Seneca: *Hic hoſpes te polenta excipiet, & aquam quoque largè adminiſtrabit; & dicet: ecquid bene acceptus es?* Atque ipſe Epicurus, apud Stobœum, exclamat: *Cui parum non ſufficit, ei nihil ſufficit. Additque: Paratum ſe cum Iove de felicitate certare, ſi polentam habeat & ſalem.* hæc poſteriora ad Virg. Cirin, notat Taubmann. p. 14. Interim negavit Dei providentiam, quæ ſi nulla eſt, nulla etiam honeſtas erit, omnia patebunt licentiæ ac libidinibus. Elegans eſt ad hanc rem illuſtrandam locus Epicteti apud Arianum. l. 1. cap. 12. *De Dîs ſunt qui dicunt, non eſſe Numen alij, eſſe quidem, ſed ignavum & negligens nullique providere: tertij, & eſſe & providere, ſed magnis & cœleſtibus, terrenorum autem nulli: quarti, etiam terreſtribus, ſed in commune duntaxat, non autem unicuique privatim: quinti quorum fuere & Vlyſſes & Socrates,*

*qui*

*qui asserunt, se clam Deo ne moveri quidem posse. Itaq; ante omnia necessarium est probe meditata habere hæc singula, recte ne dicantur?* NAM SI DII NON SUNT, FINIS ESSE QUI POTEST DEUM SEQUI: SIN CUM SINT, NULLAM REI CURAM GERUNT, ETIAM SIC QUOMODO RECTUM ILLUD ERIT? QUOD SI ET SUNT ET CURANT, NEQUE QUICQUAM TAMEN HOMINIBUS, ATQUE ADEO MIHI IMPERTIUNT, QUO PACTO JAM VEL SIC ALIQUID SANUM ERIT? Alterum dogma Epicuri fuit animæ humanæ mortalitas, qua posita stultus sit qui genio non indulgeat, qui cuticulam non curet. *An Censes*, ait, Cato, in Ciceronis senectute, me tantos labores diurnos nocturnosque domi militiæque suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam essem terminaturus? *Nonne melius multo fuisset otiosam ætatem & quietem sine ullo labore & contentione traducere?* Confer vindicias hujus sequelæ apud Hurt. Mendozam disp. metaph. 20. sect. 1. Atque sic Epicurus sibimet contradixit, *laudat tenuem victum*, ait Cicero. l. 5. Tusc. qq. *Philosophia quidem sed si Socrates aut Antisthenes diceret, non is, qui finem bonorum voluptatem esse dixerit. Negat quenquam jucunde posse vivere, nisi idem honeste, sapienter, justeque vivat. Nihil gravius, nihil Philosophia dignius nisi idem hoc ipsum honeste, sapienter, juste ad voluptatem conferret &c.* & mox: *Acute disputantis illud est,*

*non*

*non quid quis dicat, sed quid cuique dicendum sit videre.* Eadem Saducæorum indoles fuit, nam (juxta Calvinum in harm. Evang. pag. 287.) *non negabant sancte & juste vivendum, nec tam profani erant, ut DEI cultum supervacaneum esse ducerent, quin potius asserebant Deum esse mundi Iudicem ac eius providentia res humanos regi: & tamen tam mercedem priorum quam debitas impiis pœnas ad præsentem vitam restringebant.* Verveces! nam cur sanctè viveret, qui præmium hic, ubi sanctorum sors infelix est, nullam illic præstolatur vide 1. Cor. 15. 19. *Suam orationem vita refellit, atque ut cæteri existimantur dicere quam facere melius: Sic Epicurus videtur melius facere, quam sentire.* Cic. l. 2. de fin.

§ 76. 3. Otiosam doctrinam proponit in cujus conclusionem per se vita flagitiosa ingreditur, esto per accidens ex principio falso verum, ex doctrina improba vita proba sit secuta ἃ διότι ἀλλ' ὅτι, uti Aristoteles loquitur. bene observavit Vossius in theol. gentil. l. 2. c. 49. pag. 580. *cogitemus ipsum sectæ conditorem, à quo proverbium illud τῦ φιλοσόφυ Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. Philosopho Zenone continentior. Cogitemus etiam, Catonem, Senecam, Epictetum & tot alios. Fateri cogemur, genuinos stoicos vitæ probitate nulli ex sectis alijs fuisse inferiores. Vt videri queant alia habuisse principia vivendi, alia disserendi.* Eadem Calviniscquarum indoles, si honeste vivunt, aliunde sic vivunt, non ex absoluti Decreti præscripto, otioso nulliusque frugi. Instat Amyrald. loc. cit. pag. 120. *quos ille viros*

viros bonos & pietate præstantes appellat, ij non modò doctrinam Calvinianam firmiter retinent, verum etiam ad actiones ipsas revocant & eâ sese ad pietatem vel præcipuè incitari & sentiunt & profitentur. Vt si illis hanc persuasionem eripias, quod credunt, id se debere non gratiæ cuipiam universali atque communi omnibus, sed peculiari prærogativæ: quod discrimen tanti momenti inter se & reliquos mortales vident atque persentiscunt, id proveniisse non ex arbitrio suo libero, sed ex singulari quadam efficacitate gratiæ Dei erga se: quod certissimam salutis obtinendæ spem animo conceptam habent una cum incredibili voluptate, id esse δῶρον ἀμεταμέλητον & electionis æternæ signaculum indubitatum; mirum quantum decretum putent de pondere argumentorum quibus ad veram pietatem & sanctimoniam inclinantur. quandoquidem ib. pag. 29. ex eadem ipsâ doctrina desumunt eas argumentorum & cogitationum faces quibus ad religionis studium & virtutis amorem cumprimis incenduntur. hæc ille! at de consequentia ex absoluto decreto quæstio est non de sensu efficacitatis gratiæ. Manet, illud esse otiosum, de sensu gratiæ jam dictum est. neque deinde gratiæ prærogativa, sanctimoniam semper accendit, sed quo illa nobilior hoc sæpè magis inflat non quidem ex intentione divina, sed ex affluxu contagii peccaminosi, quo nobilissima Dei χαρίσματα sæpè inficiuntur: ac ut efficax sit illa gratia, tanta tamen non est quanta in Apostolis à peccati contra conscientiam committendi ἀσυλία. fatentur enim qui contra sentiunt electos

electos in gravia peccata incidere posse à gratia non prohibita. Esset quidem ejusmodi gratia particularis efficax ad sanctimoniam accendendam, non tamen à lapsu semper conservandam.

Denique X. consequentiæ impossibilitas, quam hoc dilemmate captat Chamier. tom. 3. l. 8. c. 2. n. 15. pag. 111. *quinam illi sint, qui huiusmodi nectunt consequentiam. Non possunt enim alij, quam aut regeniti aut non regeniti. Si non regeniti, & toti in suæ naturæ corruptione, quid horum potest ingenium, nisi abuti vera doctrina, ad monstrosas consequentias? Ita cum Paulus doceret, ubi abundavit delictum, ibi abundasse gratiam, statim profani excipientes, Ergo permanendum, ajebant, in peccatis, ut gratia fiat auctior. Ad Rom. 6. cum ille doceret injustitiam nostram commendare Dei justitiam: Ergo, ajebant, faciamus malum, ut eveniat bonum. Ad Rom. 3. Si extant certa veritate, jam olim tam absurdæ consequentiæ deductæ, quid mirum si & hodiè, ex prædestinationis certitudine! Imò quid mirum, si hinc desperationis ansam reprobi arripiant? Aut cur non hæc pars sit indurationis eorum. Itaque in illorum motibus nullum momentum esse potest adversus veritatem. Quid enim frequentius*, ait Amyrald. in defens. Calvin. cap. 10. p. 128. in religione *usu venit, quam ut ingenia perdita optima doctrina, sed perperam intellecta, ad perniciem suam abutantur? Nonne id jam olim suo tempore factum Petrus Apostolus memorat? Nonne Paulus ex eo quod hominum justificationem in una peccatorum remissione positam esse docuit,*

*admo-*

*admonet Iudæos & eiusmodi alias lævas mentes occasionem arripuisse vel calumniandi Evangelium, vel habenas ad omne genus scelerum libidinumque laxandi?* Jam pergit Chamier. ibid. pag. 112. *Si regenitos dicat Becanus: immane quantum à verisimili discedet. Nam primum hi habent gratiam efficacem: ita enim concedit Papistarum hodie saltem pars maxima. At huic, opinor, nullo pacto convenire potest cum desperatione. Præterea, sæpè dictum, Prædestinationem non esse ad finem absque ullis mediis. Quod si ergo Quis sit prædestinatus ad finem ergo & ad media, & quam certo ad finem tam certo ad media. Primo, ergo non possunt dicere, perventuros se ad vitam, quomodocunque vitam instituant. Quomodo Ezechias cum audisset productam sibi vitam in annos quindecim, non propterea negavit sibi edendum, bibendum. Deinde, quæ illos efficacia prædestinationis certo deducit ad vitam, eadem certo etiam per media. Quomodo Lydiæ deductæ ad Paulum prædicantem cor aperuit.* At aliter catuli olent, aliter sues! consequentiæ nostræ bonitas hactenus nulla intercessione luxata est, stabit igitur, nihil commune habet cum veneno hausto ex hybla Apostolica, cõtra doctrina adversa venenum est ex venenata radice oriundum, cujus fructus perse nothus prodit radicem. Apostoli doctrina est Rosetum, è quo aranea virus suxit; per accidens perque paralogismum, quia non sequitur opera sunt exclusa ab actu justifico Ergo etiam ab actu fidei justificæ. sed Calvini doctrina hara est. est quidem fons securitatis

tatis caro in Deum naturâ impia, sed lacessitur illa, ac roboratur opinionis erroneæ conceptu, qui in morali philosophia utiq; per se causa est sceleris inde nati. homo e.g. vindictæ cupidus carnis suæ malitiâ tentatur ad cædem proximi; quod si in somno somnium accedat proæreticum quo ad cædem præsentis inimici instigatur, somnii tàm mali pœnas luit. Rustici superiori seculo inclinabant ad seditionem, sed adjuti Anabaptistico dogmate, cùm veniâ, ut putabant grassabantur. Chamieri dilemmatica ἐγχείρησις nimis quam hebes est. potest enim fieri, ut, tametsi irregenitus ex lumine rationis consequentiæ bonitatem animadvertat, regenitus potest fieri ex tentationis, paroxysmo μετέωρῳ ut incipiat dubitare de suâ vel electione vel reprobatione, item de regeneratione in baptismo interno ac solum externo: de fide ἀβεβαίῳ an electorum propriâ? Item si fieri potest ut David electus ad tempus fuerit adulter, potest fieri ut electus in hanc opinionem veniat, quicquid mali designaret se tamen fataliter salvum fore: efficacia gratiæ potest actu secundo impediri. promissio vitæ continuandę Hiskiæ facta, virtualiter fuit hypothetica juxta tenorem præcepti quarti si sc. ordinem divinum non mi frater; sicut immortalitatis confirmatio protoplastis hypotheticè promissa nisi de arbore vetita vescerentur

tur, incongrue igitur hoc exemplum aptatur absoluto decreto.

§ 77 Est porrò IDOLUM otiosum, vanum, nihili, ἀργῷ λόγῳ infame, os habet & non loquitur; in solatii Evangelici συλαγωγίαν excogitatum: laqueo desperationis quem fert pro torque triste, cujus supremus annulus est εἱμαρμένη, medius πρόνοια, ultimus πρόνοια. postulatum est Spanhemii nullo argumento comitatum quod extat in ejus exerc. de gratia universal. p. 19. *Solidum conscientiis tranquillandis & erigendis solatiũ datur sine gratiæ universalis positione.* & Amyrald. def. Calv. c. 11. p. 140. *doctrina ait, de electione ad consolationem animarum præcipuè cõparata est*, Contrariũ facile ostenditur. 1. Ex justissima validissimaq; consequéntia. Omnis inermis, in bello duello ve destitutus necessario cadit, vincitur, victoriam desperat. David et præsidio si consuetis armis Goliathum non est adortus, nõ tamen nudus fuit à Dei fiducia & lapidibus. Omnis tentatus hoc assultu inermis est: *Maxima hominum pars est absolutè & peremtoriè reprobata, Deo invisa, derelicta, gratiæ efficacis præsidijs absolutè destituta, fieri igitur potest, ut ego quoque sim ex illorum numero unus*: vel ut evidentius concludatur, Omne fatum plurimorũ in aliqua civitate potest fatũ esse meum, probabile est fore meum. pœna e. g. cœdis primogenitorum in Aegypto vel pestis epidemica in Israelitas sub Davide plurimis cœlitus intentata fuit, nemo igitur ex

omni populo potuit securus esse ἀσυλίας, nisi de manifestâ exceptione constitisset: Piscator volum. 2. thes. theol loc. 12. idem contra Schaffm. thes. 86. ex opposito jubet concludere, *Gratia nonnullis offertur animo communicandi. Ergo fieri potest, ut ego sim in illo numero.* Heu! quam dubium est dicere, Quid vetet in paucis nomen inesse meum? Rex aliquos suorum servos vult nobilitare & feudis donare Ergo & te? Sicut cum Christus dixit unus ex vobis me prodet, singuli timuere, Matth. 26. 14. ita cum diceret, unus ex omni mortalium genere est absolutè reprobatus, singuli cogitare possent, fortassis is unus ego sum? quid fiet, si diceret maxima hominum pars est absolutè reprobata? Ubi arma? unde spes? quæ solatia suppetunt ex armamentario Calviniano? nulla à priori hoc est, ex ipso electionis consilio. Ita enim ipse Calvinus. l. 3. instit. cap. 24. n. 4. pag. 342. f. 2. *nullo pestilentiori errore infici mens potest quam qui sua erga Deum pace ac tranquillitate conscientiam dirùit ac deturbat. At talis est opinio quæ ex electione salutem suspendit. rarissimus enim* (ita ibid. Calvinus) *est cuius non interdum animus hac cogitatione feriatur. Vnde tibi salus nisi ex Dei electione? Electionis porrò quæ tibi revelatio? Quæ si apud quempiam semel invaluit, aut diris tormentis miserum perpetuo excruciat, aut reddit penitus attonitum, scilicet* (ita Amyrald. in defens. Calv. cap. 10. pag. 125.) *ut in Convivio nemo cogitat apud se decretum ne fuerit in arcano Dei consilio utrum sit man-*

*ducatu-*

ducaturus annon; si sapit, stomachum consulit, an famelicus, cibos intuetur, an grati sint, blandas convivatoris adhortationes audit & consultat sibine sit illis respondendum. ex adverso atque morigerandum: ijsque demum meditatis secum atque perpensis, facit tandem quod ex usu videtur. Sic in Evangelij prædicatione & fide Christi suscipienda vel rejicienda, nemo de arcana Dei voluntate solicitus est; ultro quoq; in eam partem agitur, ad quam vel rapit salutis ac justitiæ fames, vel anima pravis veluti humoribus imbuta nauseabunda detorquet. Et Spanhem. de grat. univers. pag. 1523. Et sanè conscientiæ turbatæ & anxiæ non est, his scrupulis indulgere, & arcana Electionis vel reprobationis pervestigare velle; liber ille septem sigillis clausus est. & p. 1524. Scrupulus iste affectatus est, nec ullius mortalium est, electionis vel reprobationis arcana scrutari à priori. Im außführlichen Bericht c. 2. monemur wir sollen nicht forschen ibid. p. 50. in dem geheimen Rath GOttes / ob wir erwehlet seyn oder nicht / dann solch Forschen ist vergeblich: Sintemahl Gott daß Buch deß Lebens hat versiegelt / vnd will jhm keine Creatur drein gucken lassen. ib. cap. 7. pag. 360. Solch forschen sey vergeblich / vnd zu nichts anders / als entweder zur Verzweifflung / oder ja zur fleischlichen Sicherheit dienlich. hæc illi! cui igitur bono arcanæ voluntatis revelatio quo ad τὸ ὅτι? Qualis ait noster Menzer in mente Calv. Synod. Dordrac. thes. 256. p. 78. ergo hæc docendi ratio est? Totum dogma de electione extruunt Calviniani ex absoluto decreto, ad quod confirmandum

*mandum fere infinita sacræ scripturæ dicta miserrimè trahunt, torquent & corrumpunt. Nunc ubi ad praxin veniendum est, jubent nos insistere voluntati in verbo patefactæ. Ergone per contrarias Dei voluntates nos deducent ad unum & eundem salutis scopum?* Et sanè si à priori ac notiori ἀσφάλεια haberi posset, prius ostendendum esset te esse electum, quam te credere, eo quod fides sit electionis effectus. A posteriori non nisi fallacia solatia effunduntur. *ajunt, vocationis efficaciam & hinc natam fidem electorum propriam, & quæ hinc nascuntur generosa opera electionis esse characteres infallibiles.* Ita enim Calvinus citatus ab Amyraldo defens. cap. 11. pag. 145. *Quod si Deus fide servare vult quos elegit & æternum suum decretum hoc modo sancit & exequitur, quisquis non contentus Christo de æterna prædestinatione curiosè inquirit, quantum in se est, præter Dei consilium salvus esse appetit. Electio Dei per se occulta est & arcana: eam Dominus vocatione qua nos dignatur patefacit. Quare insaniunt, qui suam vel aliorum salutem in labyrintho prædestinationis quærunt propositam sibi fidei viam non tenentes; imo præpostera hac speculatione vim prædestinationis & effectum evertere conantur: Nam si nos in hunc finem elegit Deus ut credamus, tolle fidem, & mutila erit electio. Atqui in Dei consilio continuam & ordinatam principij & finis seriem abrumpere nefas est. Porro ut individuo nexu electio Dei vocationem secum trahit, ita cum efficaciter nos Deus ad fidem Christi vocavit, hoc perinde apud nos valeat, ac si insculpto sigillo suum de salute nostra decretum comprobaret. Nam*

*spiritus*

Spiritus testimonium nihil aliud est, quam adoptionis nostræ obsignatio. Ergo sua cuique fides æternæ Dei prædestinationis locuples est testis ut altius inquirere sacrilegium sit. Confer. Calvin. l. 3. instit. cap. 24. 4. Eumne (scribit Amyrald. defens. Calvin. cap. 11. pag. 148.) quæso fidei suæ sensus fugit, qui agnoscit in se pristini peccati odium & sincerum amorem veræ sanctimoniæ? qui magna de salute fiducia concepta, una conjunctam habet piam quandam sedulam ac propemodum anxiam sollicitudinem quâ sibi cavet à periculis? qui ingenti lætitia ac consolatione perfusus summa animi demissione comitata gerit pectus apertum, candidum, alienum a fuco & fallaciis? qui totus in Christum ruit, in cruce pendenti circumfundit se avidè, qui studio gloriæ redemptoris flagrat & proximi caritate? Qui denique, si non undequaque sibi satisfacit, peccati reliquias in se odit ac detestetur, & gemitu questu, precibus, fremitibus, ardore quodam pœnitentiæ ad metam perfectionis & beatæ immortalitatis anhelat, quæso quid prohibere potest quo minus se in Christo, Christum in se habitare prædicet? Pulsus arteriarum etsi paulo languidior: vitam indicat: actiones cum ratione ut plurimum consentientes, tametsi nonnunquam aberres, mentem compositam arguunt: πράξεις κατ' ἀρετὴν non infrequentes, etsi quædam interdum ingens animi perturbatio te transversum abripiat, habitum virtuti congruentem ostendunt. Quidni ergo superiora fidei signa veram & genuinam eius indolem præbeant etiam certo ac indubitate noscitandam? Beza scribit. tract. de hæreticis puniendis p. m. 101: Tota in afflictionibus nostris

spes est in gratuita & immutabili Dei electione, quam quidem in arcano & inscrutabili Dei judicio non quærimus, sed a posteriori, id est à fide, quæ est vocationis in nobis efficacia, colligimus: sicut rursus fidem partim ex conscientiæ bonæ testimonio, partim ex ipsius effectis intelligimus per eum videlicet spiritum, per quem aguntur, qui Filij Dei sunt. Itaque Paulus singulis fere paginis doctrinæ de justificatione per fidem, id est, Evangelio, æternam illam & gratuitam Dei προόρισιν καὶ εὐδοκίαν, tanquam basin illius ac fundamentum substernit. Copiosius idem Beza in explic. totius Christianismi, Volum. cap. 8. p. 200. Vis igitur, quisquis es, prædestinationis tuæ, ac proinde salutis quam exspectas certior fieri adversus omnes Sathanæ insultus: certior, inquam, fieri minime dubijs, & ex humano ingenio petitis conjecturis, imo vero non minus certis & expleratis, quam si in cœlum usque ipsum conscendisses, & ex ipso Dei ore arcanum illud decretum intellexisses? Cave diligenter ne à summo illo gradu incipias: alioqui enim futurum est, ut immensam illam Dei lucem non feras. Auspicare igitur ab imis gradibus, & ubi vocem Dei audieris in auribus & animo tuo personantem, quæ te ad Christum illum unicum mediatorem vocat, considera palatim ac diligenter scrutare, ecquid in Christo sis per fidem justificatus & sanctificatus. Hi sunt enim effectus ex quibus fides, ipsorum scilicet causa, intelligitur. Hoc autem cognosces, partim ex spiritu adoptionis intus clamante: Abba Pater, partim etiam ex ejusdem spiritus vi & efficacia in te ipso: nempè si senseris, & reipsa etiam ostenderis peccatum, ut adhuc in te habitet, tamen in te non regnare

gnare. Quid enim? Annon Spiritus Sanctus is est, qui facit ut improbis & sceleratis cupiditatibus omnes habenas sponte non laxemus, ut ij solent quibus princeps huius mundi oculos excæcavit? Alioquin quis nos ad preces hortatur, quantumvis frigidas & torpentes? quis gemitus illos inenarrabiles in nobis excitat? quis postquam peccavimus, interdum etiam prudentes ac scientes, odium illud admissi peccati in nobis ingenerat, minimè id quidem pœnæ formidine, sed quod clementissimum nostrum patrem offenderimus? quis, inquam, nobis testatur gemitus nostros exaudiri, & nos huc impellit, ut Deum, Deum nostrum atque adeo Patrem, etiam postquam illum offendimus, intrepidè audeamus appellare? nonne is demũ spiritus, quem pro nostræ adoptionis certo pignore gratis datum gratis accepimus? Quod si ex his effectis possumus fidem colligere, relinquitur nos cum efficaciavocatos & tractos fuisse & ex hac rursus vocatione, quã ostendimus filijs Dei esse peculiarẽ, omnino intelligitur quod quærimus nos videli. et, quia æterno Dei consilio, quod in sese proposuit, prædestinati fuimus quos in Filio adoptaret, idcirco Filio esse datos, ex quo demũ consequitur, quũ constantissima illa Dei voluntate, quæ se ipsa sola nititur, prædestinati simus, neque nos quisquam è Filij manu possit rapere, si autem perseverantia in fide ad salutem necessaria, certam quoque esse perseverantiæ nostræ ac proinde salutis expectationem, ut de ea amplius dubitare fit nefas. Dordraceni Synodici hæc tradunt. De hac æterna & immutabili sui ad salutem electione, Electi suo tempore, varijs licet gradibus, & disparí mensura, certiores redduntur, non quidem arcana & profundi-

*tates Dei curiose scrutando, sed fructus electionis infallibiles, in verbo Dei designatos, ut sunt vera in Christum fides, filialis Dei timor, dolor de peccatis secundum Deum, esuries & sitis justitiæ &c. in sese cum spirituali gaudio & sancta voluptate observando.* Spanhem. de gratia universal. jubet hujusmodi syllogismum practicum conjugare pag. 1537. *Ministri verbi est, propositionem majorem in syllogismo hoc practico homini formidine peccati correpto annunciare. Omnis resipiscens & credens salvabitur; sic hominis in hoc statu constituti est, minorem propositionem ex sensu conscientiæ suæ subsumere. Ego resipisco & credo: Inde conclusio emerget; Ergo servabor. ubi cum veræ conscientiæ assensu subsumtio ista instituetur, & subsumens cum Paulo dicere poterit, se veritatem dicere in Christo, attestante sibi simul conscientia sua per Sp. Sanctum. Rom. 9. 1.* Confessio Helvetica posterior in harm. confess. *consoletur nos,* ait. p. 95. *in tentatione prædestinationis, qua vix alia est periculosior, quod promissiones Dei sunt universales fidelibus, quod ipse ait, Petite & accipietis: Omnis qui petit accipit.* Delegati Geldrici hac syllogismorum torque suas serenant conscientias pag. 42. *sic omnino docemus argumentari: & primo in thesi: Quoscunque Deus elegit ab æterno, ij infallibiliter salvabuntur: Quoruncunque misereri voluit Deus, eos elegit ab æterno. Ergo. Quorumcunque misereri voluit Deus, ij infallibiliter salvantur. Syllogismus est apodicticus, & termini omnes convertibiles. Deinde sic assumimus in Hypothesi: Quorumcunque misereri voluit Deus, ij infallibiliter salvabuntur:*

Mei

Mei misereri voluit Deus. Ergo, Ego infallibiliter Salvabor. Minor probatur: Nam. 1. Dedit me Christo. Id colligo ex fide viva mea. Iuxta Ioh. 6.37. 2. Vocavit me efficaciter. Et hoc colligo ex fide mea. Rom.10.17. 3. Adoptavit me in filium per Iesum Christum. Id me docet Spiritus adoptionis quo obsignatus sum Rom. 8.16. Gal. 4.6. & fides mea. Ioh. 1.12. Gal. 3.26. 4. Iustificavit me. Id scio ex pace conscientiæ meæ. Rom. 5.1. 5. Sanctificavit me. Id partim vita mea mihi testatur, in primis autem animi mei & conscientiæ constitutio Act.15.9. Matth.12,34.35. Coloss 3.12.13.14.15.16.17. Hic tam in decreto, quam in executione, id est, tam ubi in thesi loquor, quam ubi in hypothesi, omnia non sunt currentis, neq; volentis, sed miserentis Dei. Et hac ratione reddor certißimus de electione mea à posteriori: ac rursus, ex electione mea, id est a priori, reddor certißimus de perseverantia & per consequens de salute mea: Quod maximum sane & certißimum est solatium, Sibelius laudat dictum Ursini in tom. 2.conc.14. Matth.16. pag. 147. De nullo ante finem vitæ statuendum esse, an sit futurus beatus, si intelligis de alijs, rectè dicis: sin de nobis ipsis, seu de sua uniuscujusq; propria conscientia & certitudine de se ipso; tetra, impia, diabolica, blasphema vox est, totum salutis fundamentum evertens: Wer euch daß gelehrt hat / der hat euch gelehrt wie ein Teuffel / vnd wan er gleich ein Engel vom Himmel were. Quin aliud tibi dicam; nisi ante finem vitæ fueris certus, an sis hæres vitæ æternæ, post hanc vitam non eris: dafür euch Gott behüte. Nam fides ipsa est hæc certitudo, quæ est initium vitæ æternæ, quod oportet

*haberi in hac vita omnes post eam habituros. Si tibi veniret in mentem definitio spei, quod sit expectatio certa vitæ æternæ.* Da würder jhr solch ding nicht schreiben / dafür mir die Haar gen berg gehen. Wolte ich doch nicht hundert tausent Welt nehmen/daß ich so weit von meinem Christo seyn solte/vnd nicht baß wissen/ob ich sein wer/oder nicht. *Verè Ethnica sunt ista & vestibulum inferni.* Hæc ille in Miscell. Catechet. pag. 77. 78. Confer Matth. Martini im Bericht von Göttlicher Regierung. c. 16. & c. 26. pag. 460. Summa totius πληροφορίας in unum conferta hoc syllogismo continetur: Omnis efficaciter vocatus ac verè fidelis est absolutè electus. Ego sum efficaciter vocatus & fidelis, attestante mea conscientia, spiritu contestificante meo spiritui, sensu, fructu fidei. Ergo ego sum electus.

§ 78. Respondeo, Negando majorem, quia multi efficaciter vocati, pauci tamen sunt electi: Hymenæus & Philætus apostatæ fuerunt fidei, adeoque vere pridem fideles, κλητοὶ, nec tamen electi. Simonis magi fides non fuit simulata, qui tamen prædestinatus non fuit. de θεοσκαίροις illustris est instantia, qui verè credunt, nec tamen sunt electi. Audiamus hic manus dantes adversarios. De *Felice* agens Calvinus hæc habet ad acta 24. p. 236. *Iam verò quod ita pungitur cor Felicis, hominis captivi voce, in eo quoque se exerit spiritus majestas quam extollit Christus: Spiritus ubi venerit, judicabit mundum &c. & illa vis Prophetiæ, quam celebrat idem Paulus 1. Cor. 14.*

Cor. 14. Item impletur quod alibi dicit, Verbum Dei non fuisse cum eo alligatum: quod non modo libere & interpride asserit, sed quod efficaciter penetravit in corda hominum & quidem in sua magnitudine superbientium, ac si è cœlo fulminaret: rursus notandum est, reprobos, licet eos percellat Dei judicium minimè tamen solo illo terrore ad pœnitentiam renovari. Eodem Calvino auctore lib. 3. instit. cap. 2. n. 10. & 11. p. 186 Credidisse dicitur Simon Magus, qui tamen suam incredulitatem paulo post prodit. Quod fides illi tribuitur, non intelligimus eam quibusdam simulasse verbis quam in corde nullam haberet: sed potius arbitramur Evangelij majestate victum, qualemcunque fidem adhibuisse, atque ita Christum, vitæ & salutis authorem agnovisse, ut libenter illi nomen daret. Eodem modo credere ad tempus dicuntur in Evangelio Lucæ, in quibus verbi semen, antequam fructificet, præfocatur: aut etiam nullis dum actis radicibus aresçit mox & deperit. Tales non dubitamus quodam verbi gustu affectos ipsum avidè arripere, & divinam eius virtutem persentiscere: ut fallaci fidei simulatione non hominum oculis modò imponant, sed suis ipsorum animis. Ipsissimam enim pietatem esse sibi persuadent illam quam Dei verbo deferunt reverentiam, quia nullam esse impietatem reputant, nisi manifestum & confessum eius vel probrum vel contemptum. Qualiscunque autem illa est ascensio, ad cor ipsum usque minimè penetrat, ut illic defixa resideat. & quanquam radices egisse interdum videtur, vivæ tamen illæ non sunt. Tot vanitatis recessus habet, tot mendacij latebris scatet cor humanum, tam fraudulenta hypocrisi obtectum

*tectum est, ut seipsum sæpe fallat. & pag. 187. Scio quibusdam durum videri ubi fides reprobis tribuitur: quum Paulus eam fructum electionis esse asserat. qui tamen nodus facilè solvitur: quia etsi in fidem non illuminantur nec Evangelii efficaciam verè sentiunt nisi qui prædordinati sunt ad salutem: experientia tamen ostendit reprobos interdum simili fere sensu atque electos affici, ut ne suo quidem judicio quicquam ab electis differant. Quare nihil absurdi est quod cœlestium donorum gustus ab Apostolo & temporalis fides à Christo illis adscribitur. non quod vim spiritualis gratiæ solidè percipiant ac certum fidei lumen: sed quia Dominus, ut magis convictos & inexcusabiles reddat, se insinuat in eorum mentes, quatenus sine adoptionis spiritu gustari potest eius bonitas.* Novem leprosi, qui beneficium Christi ingrati vorarunt, auctore Calvino in harm. Evang. p. m. 198. *cordibus insitum habuerunt aliquod fidei semen; & ib. evanida illorum fides, viva raduce carens, barbam tamen protulit obedientiæ. neq; enim* (ita Polan. tom. 1. Syntagm. l. 4. cap. 30. p. 1628.) *omnia dona spiritualia, quantumvis eximia & præclara, esse τεκμήρια electionis, quum communia sint, electis & reprobis. Proinde multi reprobi se ipsos fallent die illo ultimo, quum Christo dicent, Domine, Domine. & ibid. pag. 1622. competit reprobis fides licet temporaria tamen non simulata. credunt etiam Deum sibi propitium, quia donum reconciliationis, licet confusè, nec satis distinctè suscipiunt, quatenus commune cum electis fidei principium habere videntur, sub integumento hypocrysios sed ad solidum effectum & fruitionem non perveniunt*

niunt. *Afficit eos Deus aliquo gratiæ suæ & amoris sensu, qui postea evanescit. Persuasio aliqua de paterno amore Dei & amor aliquis erga Deum, videntur pœnitentia peccatorum suorum duci & se coram Deo humiliare & obtinere à Deo quod expetunt; competit illis illuminatio, gustus doni cœlestis, participatio Spiritus Sancti sanctificatio per sanguinem fœderis.* Britanni in judicio pag. 128. distinguunt inter antecedentia conversionis & interactum conversionis. *Ista vocant notitiam voluntatis divinæ, sensum peccati, timorem pœnæ, cogitationem de liberatione, spem aliquam veniæ: Ea verbo per Spiritum Sanctum effici. Eis Deum ad conversionem seriam serio invitare. Quod si enim aiunt, non omnes, quos verbi sui spiritusq; dono dignatur Deus, ad conversionem seriam serio invitarentur, certè & Deus nonnullos, quos ipse filij sui nomine vocat, falleret, & promissionum Evangelicarum nuntij à vocatis falsò perhibiti testimonij accusari possunt & qui ad conversionem vocati parere negligunt, redderentur excusabiliores? Neque enim ea fingi potest homines reddere inexcusabiles per verbum & spiritum vocatio, quæ eo tantum fine exhibetur, ut reddat inexcusabiles.* Imo addunt: *Quos ita affecit Deus non deserit, nec desistit in vera ad conversionem via promovere, priusquam per neglectionem voluntariam, aut huius gratiæ initialis repulsam, deseratur, Inquiunt porro: Hi præcedanei effectus virtute verbi spiritusque in hominum mentibus producti, rebellis voluntatis vitio, suffocari ac penitus extingui possunt, & in multis solent; adeò ut nonnulli, in quorum mentibus virtute verbi, spiritusque impressa fuit aliqua-*

*lis no-*

*his notitia veritatis divinæ, aliqualis dolor de peccatis suis, aliquod desiderium & aliqua cura liberationis, mutentur plane in contrarium, veritatem rejiciant & odio habeant, concupiscentijs suis se tradant, in peccatis obcalleant & absq; desiderio vel cura liberationis in iisdem computrescant.* Iidem in judicio ad art. 5. 9. 1. *asseverant, quibusdam non electis concedi, quandam illuminationem supernaturalem, cuius virtute intelligant ea, quæ in verbo Dei annunciantur esse vera, ijsdemque assensum præbent minimè simulatum.* Meminerunt eorum de quibus Hebr. 6. 4. cap. 10. 26. 2. Petr. 1. 21. Joh. 17. 12. Matth. 10. 7. 9. & adjiciunt: *Hi omnes illuminati sunt cognitione supernaturali veritatis Evangelij: quæ illuminatio à Spiritu S. profecta veram notitiam in horum mentibus genuit; ex qua actus eliciebant, quoties opus erat, eidem conformes. Imo fieri potest, ut Philosophus Ethnicus distinctius & accuratius apprehendat mysterium incarnationis Christi & subtilius intelligendo discernat unitatem personæ & naturarum distinctiones quam rudis Christianus: Assensum supernaturalem in non electis divinitus excitari probant ex* Luc. 8. 12. Act. 8. 12. 1. Tim. 1. 20. 2. Petr. 2. 20. Joh. 12. 42. *Dicunt semen quod cecidit super petrosam eos denotare auditores, qui divinitus Revelatis & imprimis pacto Evangelico assentiuntur: quorum assensum minime simulatum fuisse ex eo constare, quod sermonem cum gaudio exceperint. Hymenæum & Alexandrum naufragium fecisse fidei, non fictæ aut simulatæ: sed veræ: neque enim cuiquam vitio vertendum, quod a fide hypocritica deficiat: nec fidei simulatæ naufragium fieri;*

*sed de-*

*sed detectionem & manifestationem: nec naufragium esse posse, nisi qui in veræ fidei navi fuit. Credidisse principes fide dogmatica, minimè simulata in cordibus tamen latente. Imò ex illuminatione & fidei assensu etiam in non electis ortam esse quandam mutationem affectuum & vitæ emendationem.* Jeremias Dyke in mysterio Nosce te ipsum deß Selbs-betrug. c. 5. die Zeit-glaubigen schribt p 89. hören daß Wort vnd seynd erleüchtet in jrem Verstand: Sie seynd gleichsam entzuckt in jhren Begierden / vnd nehmen das Wort mit frewden ahn / da unter einerley Begierde / die genennet würt / als die fürnehmbste / die vbrigen sonder zweifel auch verstanden werden / also daß wie sie die verheissungen mit frewden annehmen / ingleichem / nach anlaß der Bußpredigten vnd dräwungen sich betrübet vnd trawrig stellen / ja auch wol so starck mit jenem Israeliten weynen / daß es dem Wasserschöpffen vnd ausschitten mag verglichen werden. vnd wan sie dieses gethan / erfrewē sie sich dessen nachmals / als in dem Kennzeichen jhres Glaubens / vnd weil sie eine sonderliche süssigkeit vnd tröstliche Krafft in dem Wort geschmecket haben / dadurch jhr Trawren wider gesänfftiget vnd gestillet worden. Es gehen diese Leüth sehr weit / also daß auch der Apostel sagen darff / daß sie den heiligen Geist empfangen / vnd die kräffte der zukünfftigen Welt geschmäckt hetten / vnd erweisen jhren innerlichen Glauben mit seinen früchten / die gar behend reiff werden / vnd viel eher als die Früchte deß wahren

glau-

glaubens wie deß steinichten Feldes art ist. Dieses aber alles ohnangesehen / komen sie doch in diß Register der Selbbetrüger / dieweil sie jnen fälschlich einbilden / sie seyen allberit thätig in dem Stand der Gnaden / welches sie also beweisen vnd gut machen wollen. Dann einmahl ist unleügbar / wer da hat den wahren Glauben / thut wahren Buß / vnd vbet sich in wahrem Gehorsamb / der ist ohngezweiffelt in dem stand der Gnaden vnd ein liebes Kind Gottes; Weil ich dan nun / spricht der Zeitglaubige / solches alles in mir finde / so hab ich an meiner Versöhnung mit GOtt / an seiner Gnade vnd Hulde nicht zu zweifflen. Jhr Glauben / Buß vnd Gehorsam / dem rechten vnd warhafftigen / so gar gleich vnd ehnlich ist / daß es auch von den scharffsichtigsten vnd gevbtesten Christen nicht wol von einander kan entschieden werden. & pag. 93. Ist jhre Erkantnüs nicht so wohl gegründet auff daß Zeugnüs der H. Schrifft / vnd auff jhre selbst eygene innerliche Prüfung vnd Erfahrung / als der rechtglaubigen Erkandnus gegründet ist. p. 94. Was der Glaub sey / die Busse / die Liebe / die Gegenwart vnd Einwohnung deß heyligen Geistes ꝛc. solches kan er auß eygener Erfahrung nicht wissen / welches doch der geringste wahre Glaubige wol weiß / ob er es schon nicht allemahl genugsam aussprechen vnd viel davon reden kan. p. 96. Auff die Erkandnus vnd Wissenschafft / folget das Vertrawen vnd die Zueygnung welche gleichsam daß Marck vnd Hertz deß Glaubens

bens ist; daß sich nun der Zeitglaubige auch hierin betriege / erscheinet auß jhrem kühnen herzudringen / vnd vermessenen Forderung an den Herren Christum / das er jhnen die billigkeit thun / vnd sie in daß Himmelreich ohngehindert soll einlassen: Sonder zweiffel müssen sie in diesem Wahn vnd fälschlich eingebildeter Zuversicht beydes gelebt haben vnd gestorben seyn / vnd finden sich doch so schändlich damit betrogen / weil sie meineten / sie hielten sich an etwas gewisses / vnd war doch nur ein Schatten / ein Imaginierter Abgott / darauff sie sich kühn verlassen hatte. Dan wie die Jünger bey Nacht / auff der See den Herrn Christum für ein Gespenst angesehē / also siehet der Zeitglaubige ein Gespenst (nemblich den Teüffel / der sich in einen Engel deß Liechts verstellet) für Christum selbsten an / vnd vertrawet den phantaseyen vnd einbildungen / die er jhm selber fürmahlet. Ob einem gleich träumet er esse vnd trincke / so isset vnd trincket er doch darumb nicht: Es ist nicht gleich alles wahr / was man sich einbildet. Daß du meinest / du essest Christi Fleich / vnd trinckest sein Blut / da mag dich deine meynung auch wol betrügen. Ajax, ein berühmter Held bey den Griechen im Trojanischen Krieg / war einmal so verruckt in seinen Sinnen / daß er eine Herde Schaaff / für ein Trouppe vom Feind ansahe / auff sie ansetzte vnd meinete da er sie hatte niedergemacht / er hette so viel vom Feind erlegt: Ajax war gewaltig betrogen / daß er Schaaff für Men-

schen angesehen: Aber dieser Betrug ist noch viel grösser vnd schädlicher/daß man den Schatten für daß Wesen/den Satan für Christum ansiehet: Wer Christum warhafftig ergreifft / wird auch wiederumb von jhm ergriffen. Dann es ist nicht als ob man ein todt vnd lebloses Ding ergreiffe/ ein Holtz/Stein/ oder dergleichen; sondern da geschicht/ wie unter guten vertrawten freunden zu beyden seyten Handschlag: da vmbfasset vnd hertzet einer den andern / da geschicht der freündliche Kuß vnd wider-kuß der glaubigen Seelen vnd Christi. Vnd die der HErr Christus einmahl also ergriffen/geküsset vnd gehertzet hat/ die kan niemand wieder auß seinen Händen zwingen. & pag. 103. Nun wollen wir auch besehen/ wie er sich in dē Kennzeichen betriege: die Kennzeichen deß glaubens seynd die tröstliche empfindungen/der Lust/ die Frewde vnd daß Wolgefallen / das man an Gottes-Wort/an dem Gebett / an den verheissungen Gottes vnd an deren Betrachtung hat / dann wie der Leib seine ergötzlichkeit vñ Erquickung hat an gesunden vnd anmuhtigen speisen / also hat auch der Glaub seine ergötzligkeit / vnd labet sich mit frewden an den lieblichen verheissungen deß Evangelii: GOtt erfüllet beyderley mit Speiß vñ Frewde nach jhrer art. Darumb hängt auch S. Petrus das glauben vnd das frewen zusammen. Nun findet sich aber auch dergleichen etwas bey den Zeitglaubigen: Christus sagt: Sie nehmen das Wort mit frewden an Paulus gehet noch

weiter

weiter/ sie schmecken spricht er / das gute Wort GOttes / vnd die Kräffte der zukünfftigen Welt. Die Juden erfrewen sich eine weil in dem Liecht Johannis deß Tauffers: Herodes hörte jhn auch gar gern; Aber es steckt ein gewaltiger Betrug hinder dieser Frewde vnd Empfindung.

§ 78. II. Peto deinde probationem minoris, Te sc. verè credere fide supernaturali, Te nō φαντασιάζειν? non esse ἀυτάδειαν & vanam persuasionem. Ratio quandoque eò progreditur persuasionis & pertinaciæ, ut nihil id verum sit quod animo concepit caput in succedaneum dare velit, quidni idem accidere possit eidem extra verbum Dei deliranti? Jamblichus in vita Pythagoræ scribit *Amici quoque & familiares Pythagoræ potius quam quicquam eorum, quæ ab eo definita fuerant, violarent, mori eligebant & variis modis fortunisque explorati, eundem morem constanter servabant, inque immensis versantes miseriis, nullo unquam modo ab iis vel latum unguem declinaverunt.* Confer D. Dorschei. consid. de Sacra Cœna contra D. Zvvinger. dissert. 1. §. 9. & seqq. Est ut occupavi dicere, *assumptio* in proposito syllogismo practica, 1 *incerta*, & à Sathana (qui probationem urgebit) in tentatione *negabilis*, ob possibilem ἀυτάπατην ex fallaci cordis humani perversione, quam confitetur Calvinus de fide φαντασκόρῳ agens, verbis quæ Amyrald. adducit. pag. 146 *Hæc fidei* inquit, *seu umbra, seu imago, ut nullius est momenti, ita indigna est fidei appellatione*; à

*cuius solida veritate, quam procul absit, tametsi mox fusius videbitur, nihil tamen impedit nunc obiter indicari. Credidisse dicitur Simon Magus, qui tamen suam incredulitatem paulò post prodit. Quod fides illi tribuitur, non intelligimus cum quibusdam simulasse verbis quam in corde nullam haberet: sed potius arbitramur, Evangely majestate victum qualemcunque fidem adhibuisse, atque ita Christum vitæ & salutis auctorem agnovisse ut libenter illi nomen daret. Eodem modo credere ad tempus dicuntur in Evangelio Lucæ, in quibus verbi semen, antequam fructificet, præfocatur: aut etiam nullis dum actis radicibus arescit mox & deperit. Tales non dubitamus quodam verbi gustu affectos ipsum avidè & cz arripere & divinam eius virtutem persentiscere; ut fallaci fidei simulatione non hominum modo oculis imponant, sed suis ipsorum animis. Tot vanitatis recessus habet, tot mendacij latebris scatet cor humanum, tam fraudulenta hypocrisi obtectum est, ut seipsum sæpe fallet.* Es sind viel die machen diese sachen jhnen viel zu leicht/da sie doch nur ein falschen wahn deß glauben haben ait, Matthias Martini im Bericht von der Göttlichen Regierung cap. 16. p. 303. Regerit Amyrald. pag. 146. Calvinum loqui de eo quod vera fides non est. *Quod si vera fides non est, utique veræ fidei notas non habet. Perperam igitur Anonymus ex eo quod tales non possunt in se argumenta electionis suæ deprehendere, de verè fidelibus rem eodem pacto se habere concludit. Quid autem? Putat ne ille mentitæ fidei notas à notis veræ fidei non discrepare; an verò etiamsi discrepet, veræ characteres in nullo esse adeo*

*eviden-*

*evidentes existimat, ut certam de veritate fidei suæ persuasionem inde concipere possit. ut differunt verum & adulterinũ, sic omnino differre proprietatibus necesse est. Hoc quidem illius speciem forsitan aliquatenus imitabitur. At si paulò penitius consideres, fucus confestim evanescit, neque fallere poterit nisi sensus admodum inexercitatos. Quis paulò peritior artifex aurum ab orichalco non discernet? Quis paulò perspicacior medicus bonam valetudinem non distinguet ab eorum statu, quos quia nondum morbus in apertum erupit, vana sanitatis lactat atque deludit opinio? Hydropis tumor videtur interdum imperitis paria facere cum εὐεξία corporum paulò habitiorum. Faciei rubor in iis quibus pulmo vitiatus est non multum videtur absimilis vero colori qui ex succo vivido & copioso creatur ac efflorescit. At non imponit diu tamen uterque & quod in corpore latet vitium vel levi de causa sui dat significationem aliquam indubitatam.* hæc ille postulat, non respondet: fingit tantam δάκειαν in omnibus fidelibus promiscuè reperiri posse; omnibus esse oculos tam lynceos, tam exercitatos, tam magistros? in omnibus fidem tam heroicam, tam firmam. Quid infirma fide prædito, gustanti bonum Dei verbum, nondum gratia cœlesti inebriato in mentem venire poterit? Sentio quidem aliquid fidei sed fortassis est falsa fides? II. Eadem assumtio est de re insensili. *Nam fidelis* (monitore Amesio Cas. consc. l. 2. c. 7. pag. 59) *debet 1. considerare, quod fides in sua natura eorum sit, quæ non cernuntur, neque sentiuntur Hebr. 11. 1. & in isthoc differat à vi-*

*sione.* ingens hic discrimen inter δοκιμάσιαν ex lege lumini naturali consentaneâ, & ex Evangelio supernaturali: illam δοκιμασίαν tentatus facile instituit, hanc sæpe non solum ægrè, sed & prorsus non. Tentatus sæpè in eo paroxysmi articulo est positus ut non tantum fidei fructus non sentiat, sed contra ex iræ divinæ effectibus meros concipiat horrores: fructus externus fallaciæ est obnoxius: Denique non verum est ibi semper habitare fidem electorum ubi vitæ honestas ac pulchritudo apparet, nisi & Scipiones, Camillos, Socrates &c. libro vitæ inscriptos esse velimus. Quicquid nõ est ex fide peccatum est, non placet Deo. at de fidei veritate non posse constare, jam diximus & dicturi sumus mox plura. Ubi anima deest ibi corpus fallit; ubi tinctura auri deficit, ibi orichalcum est, unde Polano auctore tom. 2. syst. l. 8. c. 9. pag. 3664. *hypocrysis habitualis à reprobis continuè exercetur.* pugna interna non semper est inter Spiritum & Carnem electorum, sed etiam irregenitorum inter rectam rationem & affectus. hanc pugnæ diversitatem internoscere subtilissimæ est διακρίσεως. Notum illud Nasonis

Odi! nec possum cupiens non esse, quod odi
Heu! quam quod studeas ponere, ferre grave est!

III. Vana 1. quia fides sine verbo caret fundo: est correlatum sine relato, somniũ sine somno.

Obje-

Objecta fidei. e. g. te à patre diligi ad salutem, à filio redemptum, à Sp. Sancto vocatum non sunt fundata in verbo Dei. Ergò tua fides quæ hæc talia amplectitur concipit, tenet, est falsa fides. Antecedens liquet quia concludit à particulari, Aliquis, non omnis homo, est à Patre dilectus, à Filio redemptus, à Sp. S. vocatus. Ergò is ego sum. Quam vana ἀσυλλογισία? quam apertus paralogismus? *Adest* inquiunt *Verbum Evangelij quo Christi mors proponitur sufficientißima*! Respondet Alstedius in sum. cas. conf. cap. 26, p. 85. *Evangelium non pertinet ad omnes illos qui vocantur sed ad illos omnes & solos qui credunt.* Quid si illud Evangelium incidat in reprobũ, credéte ille ad se Evangelii beneficia pertinere, num non credet? dices non credet? Ergò fidé non habet. Credet? Ergo habet fidem falsam dum credit mendacio. En enim tibi Synodicorum decreta. Molinæus in Synodo Dordr. sess. 143. pag. 407. *Falsum proclamat, omnes homines teneri credere, Christum pro se esse mortuum.* Nassovio Wetteravi in Synodo eadem, art. 2. pag. 633. inquiunt. *Electi soli tenentur credere simpliciter, Christum pro se esse mortuum. &c.* Embdenses pag. 663. ad quæstionem: An reprobi teneantur credere Christum pro se mortuum esse? Respondet, *iuxta Charitatis judicium, bene de omnibus se sperare.* Et *ad objectionem: Sed mandat Deus omnibus, quibus verbum prædicatur, ut credant: Respondent, esse quoddam mandatum obedientiæ, quoddam probationis. Mandanti*

danti itaque Deo parent electi, divinitus ad parendum tracti. Reprobi autem vel omnino non obtemperant, vel credunt tantùm ad tempus, fide προσκαίρῳ, postea deficiunt. Sic probantur, ut manifestum fiat, quid lateat in cordibus ipsorum &c: Deputati Synodi Geldricæ. pag. 163. ajunt: Cum singuli non sint nec fiant sitientes, laborantes &c: neque singulis juberi dicendum est, ut ad Christum veniant, id est, in Christum credant. Drentani, pag. 147. inquiunt: Cadit Antithesis: Deus omnium fidem & conversionem desiderat, omniumque salutem intendit, omnibus pœnitentiam & fidem mandat, mediaque ad ea necessaria & sufficientia administrat, ita ut omnibus ad salutem prodesse possint & revera prosint, nisi ipsi sibi ea in exitium, eorundem abusu vertant. Unde Maresii de sententia lib. 2. Antichrist. revel. c. 1. pag. 32. Nemo eorum quibus annunciatur Evangelium tenetur statim credere simpliciter & absolutè se per Christum esse redemptum: sed tenetur primo credere verè Christum mortuum esse pro peccatoribus, & animam posuisse pro ovibus suis; & ideo Iesum esse vocatum, quia esset populum suum redempturus à peccatis eorum; tenetur deinde credere se quoque illius redemptionis & beneficij participem fore, si de peccatis suis ex animo dolens & novæ vitæ cupidus, vera fiducia remissionem peccatorum in Christo oblatam acceptaverit; ubi vere sentit se illo pœnitentiæ & novæ vitæ studio duci, & veram illam in Christum fiduciam accendi in corde suo per spiritum gratiæ & regenerationis, tum debet absolutè & simpliciter credere se per Christum redemptum esse; adeoque se ex illius esse ovibus quibus datu-

daturus est vitam æternam. Quia 2. fides QUÆ credit sine ἀσφαλείᾳ fidei QUÆ creditur reiq; credendæ (tibi dandæ, ad te pertinentis, tibi porrectæ) est falsa persuasio, comparanda cum illa persuasione Thrasylai, qui omnes naves in pyræum Athenienſ. immissas tanquam suas salutavit, suas esse opinatus est. sicut desipuisset ille leprosus qui sanitate se preditum jactasset, tùm, cum non dum constitit velletne Dominus illum sanare? Luc 5. 12. *neque enim plus sperare debent homines, quam Deus promittat; leprosus nullo DEI oraculo vel promissione certior factus erat, quidnam facturus esset Christus? temerè ergò ultra has metas progressus foret.* ita Calvin. ad h. l. in harm. 105. An enim si Sathan statueret ac diceret se à Christo redemtum, num ea fides esset vera, an vana persuasio? Utique vana persuasio, quia deest promissio. Idem Judicium esto de absolutè reprobato. Jam si tibi non constet liquido Christum velle tibi salutem, salutis media, χάεισμα fidei conferre, ut qui non velit omnes homines salvos: fides sit electis propria, gratia efficax peculiaris prærogativa: annon helleboro opus habes: cum hæc omnia te jam habere tibi persuades? Ridet Spanhemius Amyraldicum ἔνθημα de gratia objectiva universali sine subjectiva fide universali: & nos non rideamus vicissim fidem subjectivam sine objectiva? λήψιν δόσει ampliorem? *non est* inquit D. Feurborn. in Syntagm. dissert. c. pag. 506. *nostra fides justificans*

*stificans & salvans furtiva aliqua actio, ut id rapiat, quod Deus in verbo suo, unico & infallibili nostræ fidei fundamento, nobis non offert, neq; nobis unquã conferre vult, sed est fiducialis receptio divinæ gratiæ in Christo propitiatore, nobis, in verbo & Sacramentis divinis, serio à Deo oblatæ & nisi nos eam repudiemus, collatæ.* Joh. 1. v. 12. Rom. 9. v. 30. & coloss. 2. v. 6. & Luc. 7. v. 30. *Non potest igitur fides nostra vel aliud, vel plus accipere, quam Deus in verbo suo scripto nobis accipiendum serio offert.*

III. Nulla. quia fides reflexa sive directa, tam nulla est quam radius reflexus sine directo. nemo potest dicere, ego scio quid credam nisi prius credat. nemo dicere se sentire fidem, nisi fidei capax esse possit, nec datur correlatum sine relato. Item fides quæ credit sine fide quæ creditur est somnium sine somno: prius tibi verum esse debet Christum pro te mortuum esse rem creditam tuam esse posse, quam ut tu hoc credas. B Maria ut credat Christum in ejus utero nascendum esse, prius quærit de possibilitate? Esto autem plerique Reformatorum sint heroes, omnes Abrahamica fide polleant, lucere in illis Fidei ignem perpetuò? Quid fiet *de tentato*, de eo quem Spiritualis λυποθυμία, corripuit ut fidem nullam sentiat? de eo qui in deliquio fidei constitutus, qui profundè tentatus, in igne δοκιμασίας ardet. 1. Cor. 3. 13. in abysso miseriarum natat jamjam submergendus? fidei motum nullum aut con-

tra-

trarium ex afflatu maligni Spiritus tentationis sentit (sicut Matth. 4. tu Esuris. Ergò non es Filius Dei) sentit? qui Jobo adejulat, *clamo ad te & non exaudis me, mutatus es mihi in crudelem.* cap. 30. 20. *& Davidi exspes ego jam truci reliquit hostis me Deus* Ps. 31. 20. quem cor proprium condemnat, ubi foris pugnæ, intus terrores. Extra bellum & agonem facile est fidem jactare; dulce bellum inexpertis. sed in bello? hîc rhodus? Quid de eo quem reprobationis persuasio terret, qui reprobationis si non conscius tamen dubius. Omnis reprobationis suæ sibi conscius est desperabundus. *est enim desperatio* (juxta Thomam Aquin, 1. 2. q. 40. art. 4.) *recessus vitialis à bono ob præclusam ejus fruitionem, juxta* Tullium l. 4. Tusc. *ægritudo sine ulla rerum meliorum expectatione* [Felix alioquin est desperatio de legali justitia, ut quæ succumbit adque gratiæ thronum appellat] sicut apud Nason. l. 2. de pont. eleg. 2.

*Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales,*
*audet in humanos fessa venire sinus:*
*Nec se vicino dubitat committere tecto,*
*Quæ fugit infestos territa cerva canes.*

At ubi omnis spes omnis gratiæ decollat heu! quam misera desperandi necessitas! Jam omnis peccator in statu peccati constitutus, reprobationis suæ dubius, post conscius ex contrariis electionis characteribus, audiet à ministro se vocari, sed dubitabit an vocatione efficaci?

memor

memor illius Maccoviani apud Amyrald. in defens. Calvin. pag 74. *Pulsat Christus ad ostium reproborum, quos novit nec posse, nec velle aperire: non ut intret, sed partim ut exprobet impotentiam sua ipsorum culpa contractam, partim ut condemnationem in illis augeat, & Christum dicit ideò locutum esse ijs, ut ex contemptu odioque filij unigeniti gravior condemnatio esset.* & illius Piscatoriani ad Matth. 23. pag. 244. *Qui fit igitur quod non omnes quibus verbum prædicatur, convertuntur? Respondeo: Prædicatio verbi est illa quidem signum quod Deus velit homines convertere: sed non est signum quod velit convertere singulos, sed tantum aliquos ex illis quos per verbum promiscuè vocat.* ἀπιστία malis operibus comitata, cum fidem nec habeat, nec sperare possit nullo promisso universali animatur, sic itaq; ex Amesio Cas. consc. l. 1. c. 15. n. 17. colliget. p. 35. *Qui non credit in Christum, iræ Dei subjicitur. Sed ego non credo in Christum Ego subjectus sum iræ Dei. Hic argumentatio tota est concedenda. & ib. qui graviter peccavit, & non idoneam egit pœnitentiam, is non potest ex vera fiducia consolationem habere in Deo. Ego talis sum. Ergo ego non possum ex vera fiducia consolationem habere in Deo. Hic etiam credēdum est conscientiæ accusanti.* Statuit quidem latroni in cruce condonatum peccatum sed an & etiam sibi eadem gratia sit præsto futura? ubi promissio? erit, *dicat minister*, præsto, si serio repisces. *Vnica ratio* ait Ames. Cas. consc. pag. 35. *istiusmodi conscientiæ pacandæ est, si qui hunc in modum afficitur, adduci possit in alium statum, per veram*

veram conversionem ac fidem. Tum enim assumptio illius syllogismi, quæ antea vera fuit, incipit esse falsa, & jure potest negari. Si tentatus nondum ducatur pœnitentia vera (ita Spanh. de grat. pag. 1523.) sanè conscientiæ & anxiæ non est, his scrupulis indulgere & arcana Electionis vel reprobationis pervestigare velle; liber ille septem sigillis clausus est. & pag. 1528. Si istos motus sanctos nondum sentis, vel infirmos admodum & debiles experiris, noli desperare, ne desine Deum precare, instare auditione, lectione & meditatione verbi, & ardentibus præsertim precibus. Deus non confringet calamum quassatum, nec extinguet linum fumigans. Si non vocatus es hora tertia vel sexta, vocari potes nonâ vel undecima. Redde Deo gratias, quod te in Ecclesia sua nasci voluerit, quod conscientiam tuam pulsare & quod tibi verbi audiendi & hortationum sanctarum excipiendarum copiã facere etiamnum velit. Hæc media sunt, per quæ se fidem operari velle spopondit. vel conscientia pœnitentiam sentit & fidem vel non sentit. si prius, Minister verbi omnino illi annuntiare debet gratiam Dei, sin minus, non debet illi proponere beneficium, sed officium duntaxat, & sub conditione demum præstiti officii, beneficium, quia unicuique qui præstat officium, illi Deus revera destinavit beneficium. Nemo vero illud vel præstat, vel præstare potest, præter eum cui Deus eius præstandi gratiam fecit. Eadem tradunt Synodici pag. 343. Qui vivam in Christum fidem, seu certam cordis fiduciam, pacem conscientiæ, studium filialis obedientiæ, gloriationem in Deo per Christum, in se nondum efficaciter sentiunt, mediis tamen, per quæ Deus ista se in nobis operaturum promisit,

*promiſit, utuntur, ijad reprobationis mentionem non conſternari nec ſi reprobis accenſere, ſed in uſu mediorum diligenter pergere, ac horam uberioris gratiæ ardenter deſiderare, & reverenter humiliterque expectare debent.* At hoc inquiet ex viribus nativis non poſſum, de dativis liquido conſtare non poteſt. deeſt promiſſio mihi gratiã μετανοιοποιητικὴν datũ iri: ſine beneficio Dei antecedaneo vires cœlitus largiente meum officiũ fruſtra erit. nec omnis qui præſtat officium & dicit Domine Domine, ſtatim beneficio fruetur: nullum mihi à clave ſolvente ſolatium. Etenim juxta Molinæ. in hyperaſp. adverſ. ſylveſtr. Petr. Sanct. cap. 40. pag. 309. *Qui Reprobus eſt & in æterno Dei judicio ligatus, non poteſt ſolvi ab homine. Vicißim qui in æterno Dei cõſilio ſolutus eſt fruſtra ligatur ab homine. Quapropter cum arcana electionis & reprobationis ſint ignota presbytero & ipſi Papæ, impoßibile eſt cognoſcant an abſolutiones & indulgentiæ quas largiuntur ſint arcano Dei conſilio conſentaneæ?* Quid nunc ſupereſt niſiut Reprobi hic felices ſibi invicẽ acclamẽt, deſperatũ illud, *prandete milites apud inferos cœnabimus.* At ſuccurrit impoſterum gratia, reponet Miniſter conſolator, & quod Beza reſpondit in Colloq. Montisbelg. p. m. 842. ſolem oriturum etſi nunc nox ſit. hic edẽ promiſſum ut acquieſcã: quicquid affers, ſtratum eſtanguſtius quã ut in eo conquieſcere poſſit mea conſcientia. ſolem naturalem oriturum ſcio quia is ejus neceſſarius eſt ordo. at ſolem gratiæ mihi in individuo

oritu-

oriturum, unde conficies sunt qui jubent præteritum tempus memoria repetere, ac cogitare, num aliquando tranquillo animo, & de salute sua certi fuerint: si annuunt, bono animo esse jubent; fieri enim non posse, ut fides quam semel habuerint, prorsus pereat. Si qui ergo memoria teneāt, se aliquando hanc fidem in se sensisse videntur id habere pro certo electionis signo. At contra (ita Remonstrantes in act. pag. 269. *Couperus, vir Eruditus & Magnus Prædestinationis absolutæ Patronus in 8. Roman. scribens totum hoc præcipuum* τεκμήριον *videre evertere, vel saltem eius vim vehementer debilitare, dum ait: Nullos esse promptiores ad beneficia Christi sibi applicanda, vel arroganda, quam sunt ij, quibus nullum in illa jus competit, & ad quos ea minime pertinent. Qua ergo certitudo in hac Prædestinationis nota, quæ reprobis non tantum cum electis communis, sed illis, Coupero teste, familiarior. perplexum igitur est, hoc negotium, & sapissimè fit, ut pro vera fiducia carnalis securitas hominibus obrepat, & latam sibi ipsis fingant salutis viam, quam Evangelium angustam esse docet. Sed demus hanc esse semper notam satis certam. Quid si is, qui cum desperatione luctatur, dicat se nunquam fiducia vera præditum fuisse, & hoc ipso angi, qui nunquam in se senserit ulla sinceræ pietatis semina. Hic nimirum dicendum illi erit, non omnes eadem hora vocari. Sed quid tum? an inde ulla ipsi certa spes, fore ut aliquando efficaciter vocetur? In mentem illi veniet, rarum esse donum fidei. pauci quibusdam electis illud communicari, plures sibi causas esse metuen-*

*metuendi, ne ad majorem reproborum numerum pertineat, quam sperandi, vel credendi ad exiguum electorum numerum se pertinere. Si ita sit, quod etiam per se longe probabilius est, quo diutius verbum Dei audiet, quo magis precibus incumbere conabitur, eo magis vel caro, vel melancholicus affectus, cui & Satanas se admiscebit, ingeret ipsi, frustranea fore omnia remedia. Nam absolutè reprobis omnia in damnationem cedere, quæ electis ad salutem serviunt, Itaque nulla consolatio secundum hanc doctrinam misero restabit.* Hæc ἀπορία solatio destituta quem tandem fructum enitetur? conscientiam reprobationis; quam ista? Desperationem. hunc enim intorquet dubitatio, etenim (juxta Zanchium in miscell. l. 3. pag. 49.) *dubitare de nostri in Christo prædestinatione Diabolica & perniciosissima est tentatio, quæ ad diffidentiam de Deo & desperationem de salute adducit, & à Desperatione ad licentiam omnium vitiorum, inde verò in æternum exitium.* Utamur hic parodiâ è comment. Calvini ad Rom. 4. pag. 35. *si, interposita esset hæc conditio, Deum eos solos dignari adoptione qui* (merentur) *sunt electi, nemo confidere auderet ad se pertinere* & mox. *quid futurum est, si* (legis observatione) *electione absoluta fundetur hominis salus: conscientiæ nihil habebunt certitudinis, sed perpetua inquietudine vexatæ tandem desperationi succumbent.* Exemplificabilem (liceat ita loqui) si doctrina Calviniana ἐν παρρησίᾳ & publice cum omnibus suis numeris proponeretur non ut merx suspecta mussaret in tenebris. *qui affuerunt ipsi,* ait noster

Menze-

Menzerus disp. de persever. sanct. thes 256. p. 142. *hominibus gravissimè tentatis, ijsque imprimis, qui fundamenta Calvinianæ doctrinæ antè tenuerunt, nunquam sine gemitu cogitare possunt de extrema illa miseria & lachrymabili, in quam fatale illud decretum eos præcipitat, qui ei locum in suis cordibus reliquerunt. Ideo haut stultè sapiunt ij ipsi*, ut refert Amyrald. apud Spanhem. de grat. universali. pag. 1513. *qui gratiam universalem impugnant, si quando in eas formidines quas peccati sensus generat, aut incidunt, aut alios incidere vident, sui dogmatis immemores, & ipsa duce conscientia, ad ea solatia confugiunt, quæ sine gratia universali stare non possunt.* Imò exemplificata. Anonymus, quem sibi refutandum sumsit Amyrald. in defens. Calv. produxit, *Petrum Ilosuanum* in Hungaria qui cum se suspensurus esset, in Musæo suo scriptum reliquit, *se idem cum Calvino de reprobatione sensisse, nempe non agi cum hominibus secundum bona aut mala opera. Sed esse occultiores quasdam causas conditionum humanarum, seque vas esse formatum in ignominiam, ideoque etiamsi non ita nequiter vixisset, tamen servari non potuisse; istasq; terribiles iræ divinæ apprehensiones cum sustinere amplius non posset, suspendio voluntario vitam suam finivisse. Discedo igitur, inquit ille (ut scribit Georgius Major in 11. Timoth. 11.) ad lacus infernales æternum dedecus patriæ meæ. Deo vos commendo cuius misericordia mihi negata est.* Respondet quidem Amyrald. pag. 149. non ullo *Calviniani dogmatis vitio*, sed vel furore quodam animi, *vel diaboli tentatione fa-*

*ne factum esse, ut Petrus ille Ilosuanus, cuius disputator meminit, consilium caperet sui suspendendi abominabile atque nefandum. Nec exempla ista vel ad invidiam conficta, vel odiosè commemorata nos magis movere debent, ut de doctrina electionis ac reprobationis, qualis à Calvino tradita fuit, siniſtre judicemus, quam Francisci Spieræ horrendus interitus nos abducit ab ea persuasione, quosdam esse quos impossibile est ἀναχαινίζειν εἰς μετάνοιαν. Hunc, ut narrat Ioannes Sleidanus, apostasiæ conscientia diris formidinibus agitatum, præcipitem impulit in desperationis voraginem: illum, si quid tale accidit, propria incredulitas & impœnitentia induxit ut existimaret sibi ad Dei misericordiam aditum esse denegatum: utrobique Apostolorum doctrinæ sua sanctitas indelibata manſit.* Hæc Amyrald. fruſtra. nam Ilosuanus ipsi Calvini dogmati finem suam imputavit, ac is illius dogmatis est genius. Si Spiera pridem orthodoxus fuit nec Calviniano Veneno infectus, suo non dogmatis noſtri vitio & absoluti decreti persuasione impegit. vide de Spierâ Darmbſtattinorum Theologorum gründliche Außführung wider die Caſſeliſchen Wechſelſchrifften c. 5. pag. 355. memorante D. Gerh. Tom. 1. disp. theol. disp. 9. p. 1119. Illuſtriſſimus Princeps Georgius Johannes Palatinus Dux Bavariæ, qui in juventute in Calviniana doctrina educatus fuerat, sed poſtmodum ad veritatis agnitionem & gremium veræ Eccleſiæ rediit, in lethali morbo constitutus dixerit, teſte Vogelio in funebri concione.

*Si eſ-*

*Si essem Calvinianus, oporteret me jam desperare: Cavete ô Charissimi filij à doctrina Calvinianorum, nullum in ea est solatium, sed perpetua dubitatio,* quid causatus fuerit vir nobilis nuper è papeis tenebris eductus, post ad easdem reinclinans, qui Amyraldo ansam dedit novæ speculationis edendæ, vidēdus Amyraldus ipse in præfat. in specim. animadv. in exerc. de grat. univer. p. 3. Jam docente Piscatore in Apolog. contra Roder. pag. 172. efficax consolatio merè & solummodo in sensu gratiæ Dei consistit & p. 174. scribit: *Quamdiu Christianus fidem in se non sentit, tamdiu manet sine solatio, neque de sui electione est certus &c.* Fatentur Britanni in Synod Dordr. pag. 498. *in ipsis Dei filijs certitudinem electionis suæ non adeo semper firmam & continuam manere, quin subinde per tentationes concutiatur, ac ad tempus supprimatur, adeo ut non solum certitudinis gradus minuatur, sed & ipsa electio, quoad electorum sensum & apprehensionem, videatur incerta & vanida.* Bezæ hæc sunt in respons. ad act. Colloq. Montisbelg. part. 2. pag. 150. *in gravissima illa tentatione de electione particulari, in qua fides multis modis à dissidentia & peccatorum commissorum sensu tam fortiter interdum oppugnatur ut ruinam minetur; Est igitur quamvis in electis fluctuans & in gravissimis tentationibus, quarum exempla quam plurima nobis in Psalmis præsertim proponuntur, agitata & interdum naufragio proxima.* Regessit olim Piscator tentatum monendum esse *fidem non semper sentiri, sed sæpe ita languidam esse, ut penitus exspirasse videatur*

*deatur: ad tales autem pertinere promißionem illam divinam, arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non exſtinguet.* Eſa. 42. v. 3. Matth. 12. Contra: Excipiet tentatus, promiſſionem illam de arundine quaſſata, & lino fumigante ad illos tantum pertinere, qui languidam fidem habent (ut exponit etiam Piſcator in diſput. de præd. theſ. 85.) ſe verò nullam fidem jam ſentire. Majoris evidentiæ cauſa, conſolatio Piſcatoriana pro tali tentato, hoc modo proponi poteſt. Quicunque non ſentit fidem, ad illum pertinet promiſſio illa divina, de arundine quaſſata, & lino fumigante. Atqui tu tentate non ſentis fidem. E. ad te pertinet promiſſio illa divina de arundine quaſſata & lino fumigante. Hîc major eſt falſa & infringitur inſtantia Caini, Judæ & aliorum damnandorum, qui fidem non ſentiunt, ad quos tamen promiſſio illa juxta Calvinianos, nullo modo pertinet. Vel conſolatio Piſcatoriana, hoc modo proponenda erit: Ad aliquos homines qui fidem non ſentiunt, pertinet illa promiſſio de arundine quaſſata & lino fumigante. Atqui tu es homo. E. ad te pertinet illa promiſſio. Hîc major eſt particularis in prima figura: Ergo argumentum ad conſolationem eſt planè ineptum. Vel denique ita conſolationem ſuam informabit: Qui habent fidem languidam, ad illos pertinet illa promiſſio. Atqui tu habes fidem languidam. E. ad te pertinet illa promiſ-

ſio.

sio. Hîc Minor manifestè principium petit; quia est quæstio de tentato tali, qui nullam ad tempus fidem in se sentit, ne languidam quidem. Aliter sanè argumentari adversarius non potest, ac proinde ex principiis dogmatis sui, talem tentatum non poterit consolari. Imò hoc maximè urgebit tentatus, demonstrandum sibi esse certo & infallibili scripturæ fundamento Christi meritum ad se quoque pertinere; vel Christum pro se quoque passum & mortuum esse, vel debere eum credere Christum pro se mortuum esse. Quod nisi demonstretur, tentato frustra consolator Calvinianus de fide nugabitur. Et sic stante Calviniano dogmate, de particularitate meriti Christi, perpetuò, vel Major propositio in prima figura erit particularis, vel minor petitionem principii continebit. hæc D. Taufrer. disp. 6. Apolog. thes. 27. Hassiaci Theologi in gründlicher Außführung c. 1. pag. 21. scribunt. So lang der Mensch ausser vnd ohne Höllische Anfechtungen ist / so mag jhm den besagten blossen Rathschluß Gottes zu contempliren vnd zubeschawen belieben; Aber wann die Bäche Belial daher fliessen / vnd gehen den Angefochtenen biß an die Seele / da stürtzet er die / so jhm beharrlich anhangen / in Verzweifflung wie hoher vnd anderer / auch den Castellanis wohlbekandter / von solchem Calvinischen grausamen Irrthumb etretteter Personen Bekandtnissen / vnd die / bey etlichen desperanten

sich zugetragene Exempel/ darüber man erzittern möchte/ mercklich bezeugen.

## Vindiciæ Elenchi.

§ 79. Effugia Amyraldi in defens. Calvin. c. 11. p. 140. hæc sunt 1. ἀμελείας Asylum. scilic. ut *in convivio* (ita Amyrald. loc. cit. p. 125.) *nemo cogitat apud se decretum ne fuerit in arcano Dei consilio utrum sit manducaturus, annon; si sapit, stomachum consulit, an famelicus, cibos intuetur, an grati sint blandas convivatoris adhortationes audit & consultat sibi ne sit illis respondendum ex adverso atque morigerandum; ijsque demum meditatis secum atque perpensis, facit tandem, quod ex usu videtur. Sic in Evangelij prædicatione & fide Christi suscipienda vel rejicienda, nemo de arcana Dei voluntate solicitus est; ultro quisque in eam partem agitur, ad quam vel rapit salutis ac justitiæ fames, vel anima pravis veluti humoribus imbuta nauseabunda detorquet.* hæc ille! at hujusmodi ἀμέλειαι salutis momento tenuior, officio Christiano indigna, conscientiæ Scrutinio ac fidei δοκιμασίαι adversa est. Male cecidit incogitantia ac oscitantia illi homini qui veste nuptiali destitutus, ad epulum Basilicum accessit. similes hic sunt Spiritus Calviniani hyperaspistæ illi, cui cũ aliquis intricatus cõscientiæ casus proponeretur, cui solvendo non fuit; subiratus respondit, tales casus dari non debere. Bonum effugium, si non darentur, si non essent dabiles, si cor humanum naturâ in tristi sorte timidum

non

non angeretur hujusmodi scrupulis, si scriptura S. tam esset inops ac infœcunda, ut non haberet satis in omnes tentationum paroxysmos medicamentorum, quæ spirituali medico non sunt nescienda. Est præterea ingens differentia inter naturalem ὄρεξιν ad dapes naturales, & ὄρεξιν fiducialem ad dapes spirituales: in nobis est illa, non item hæc: illa est à generali ac apertâ providentiâ, hæc ut ajunt ab arcana & specialissima solis electis propitia. II. Solatii thesis, *Ejusmodi tentatione non solet diabolus eorum vexare conscientias qui nullam adhuc gratiæ Christi vim, nullam spiritus ipsius efficacitatem senserunt. Hoc telo adoritur quos scit gratiæ Dei non esse penitus expertes. Illi igitur dum in eo agone versantur vel conjiciunt oculos in voluntatem Dei revelatam per quam misericordia Dei in Christi cruce patefacta est; vel sese convertunt ad arcanum quod de se factum esse putant decretum contemplandum. Fac igitur eos in Christi crucem oculos intendere, quid in ea vident quod ex Calvini sententia terreat? Quid æstuant? Quid sunt anxij? Putant ne sibi pertimescendum esse ne Christi mors expiandis peccatis sufficiat? At filius ille est Dei unigenitus, cujus sanguis non unius mundi modo, sed plurium reatum penitus abolere valeret. Dubitant ne propitiationem istam ad se pertinere? Omnibus, inquit Calvinus, exposita est; neminem ad se accedentem clementissimus DEVS & summè misericors vel repulit, vel repellet unquam.* Ponamus ib. p. 141. *fideles in agone laborantes sese convertere ad arcanum Dei decretum considerandum. Quid item*

*in eo occurret ex Calvini sententia quod perterrefacere debeat? Cùm enim vis illa spiritus per quam credimus ab electionis proposito descendat, qui sensu peccati tangitur, qui suspirat, qui ad Dei misericordiam & placabilitatem anhelat, is jam incipit in se videre non obscura electionis suæ argumenta. Horum enim certè nihil quicquam habet à se: omnia illa ex aliqua spiritus efficacitate manarunt. Vnde facile est sic apud se rem putare atque ratiocinari. Amavit me Deus præcipuo quodam amore, quando me dignatus est communione sui spiritus, quam tot mortalibus denegavit. Quod si me peccatis meis obrutum atque sepultum & nihil prorsus de se animo cogitantem ita prævenit, quidni sperem fore ut precibus meis lacessitus ac provocatus, uberiore gratia me liberaliter impertiat, & magis ac magis sensu dilectionis suæ perfundat? Quæ res precandi affectum mirum in modum incendit.* hæc Amyraldus, addit Calvini testimonia ac inter alia illud ex comm. in illa Apostoli verba. *In hoc apparuit Dei dilectio in nobis, quod filium suum unigenitum misit in mundum. Ex mera Dei bonitate tanquam ex fonte fluxit nobis Christus cum suis omnibus bonis. Quemadmodum autem hoc cognitu necessarium est, nos ideo salutem habere in Christo, quia sponte nos dilexit cœlestis pater; ita ubi quærenda est solida & plena divini in nos amoris certitudo, non aliò quam in Christum respicere convenit. Quare in suum exitium insaniunt, quicunque omisso Christo, quidnam de se in arcano Dei consilio constitutum sit, inquirunt.* nec multo aliter Spanhem. de gratia Universali. pag. 1525. *Scrupulum verò affectatum plane esse, si ali-*

*si alicui proponatur verbum, crede in Christum & servaberis, & ille ambigere velit, an hoc ad se pertineat, patet ex simili: Si medicus proponat remedium promiscuè curandis morbis quibuvis in omnibus ad se accessuris, an ullius est, qui istam invitationem audit, hærere, & crucem sibi figere, quî scio, medicum istum mihi hoc remedium etiam velle destinare? Annon potius uniuscuiusque est, cum gaudio excipere opportunitatem hanc oblatam & ad Medicum accurrere, ac remedio ab eo proposito uti? Sic si scapha aliqua subversa nautæ ac vectores supervenientes funes projiciant in aquas, quibus inde extrahi possunt luctantes cum undis. An istorum est, scrupulos istos in extremo periculo animo volvere, qui scire possum hoc Auxilium mihi destinari? Annon potius uniuscuiusq; est grato animo isto beneficio frui? Sic ab omni ratione alienus foret, qui Doctorem nosset adesse & admirandam habere methodum informandæ juventuti, vellet verò anxiè sibi crucem figere, an doctor iste suo bono in urbe veniisset; Annon potius id in lucro ipsi deputandum foret, quod fama de eo ad aures suas pervenerit, & media illa adhibenda, quibus accessus ad eum sibi parari posset?*

Resp. ter quaterq; falsum est, Sathanam adoriri solos gratia armatos, cum omnis luctator inermem potius hostem adoriatur: Ideo exploratoris instar μεθοδείας suas habet & circuitus observans ubi castrum sit infirmissimum, ubi certior aditus? Friget deinde solatium captatum ex misericordia Dei in cruce Christi patefactâ. quippe secundum categoricos Calvinianos, misericordia illa particularis, repro-

bis est odor mortis & lapis offensionis. *At sensus* fidei iniquiunt Instar omnium argumentorum est. *Ego sentio fidem veram in me, sentio vim Spiritus electionis testem.* ita Amyrald. l. cit. pag. 141. Respondeat ipse p. 147.. docet Aristoteles nonnullos quos non vera scientia, *sed falsa quædam opinio tenet duntaxat, sæpè esse æquè sententiæ tenaces, ac si certissimam scientiam haberent, & in evidentissimis compertissimisque demonstrationibus fundatam.* Cujus rei exemplum profert in Heraclito. Idē τὴν δεινότητα & τὴν φρόνησιν à plerisque perperam confundi observavit. *Nec vetat quidquam quin qui δεινὸς est tantum, aut etiam qui propendet ad* τὴν πανουργίαν, *quæ in vitio vel maximè ponitur semetipsum arbitretur esse verè prudentem. multi enim sunt* (ait Andr. Rivet. tract. 4. Cath. orth. q. 16. p. 482.) *qui seipsos decipiunt & vana opinione, etsi terræ affixi sint, putant se versari in cœlo. At verò sunt illi habitus* (itidem Amyrald. loc. cit. pag. 147.) *haud dubiè naturæ dissimiles, & dissimilibus inter se atque sibi cuiq; propriis veluti characteribus, designati. Nec si ὁ δοξάζων pertinax est, nec si callidè perspicit ὁ δεινὸς quid in hoc vel in illo negotio utile sit & ad finem assequendum conducibile, sequitur verè scientem non esse suæ scientiæ sibi certissime conscium. verè prudentem suæ prudentiæ notitiam exploratam non habere. Qui opinatur, ille quidem quod semel visum est, mordicus retinere potest. At non habet mentem persuasam cognitione veri, quod lucē ipsum sua sibi fidem conciliat & certum sui sensum generat in intellectu. Qui sort, & veritatem clare pervidet*

& vim

*& vim demonstrationum persentiscit & certissimè tenet se non errare. Vt enim in unoquoque sensu est intelligentia quædam propriorum sensilium, quæ vix ac ne vix quidem fallit, usque adeo sunt inter se aptè constituta à natura τὸ αἰσθητὸν & τὸ αἰσθητήριον: Sic inter intellectum & veritatem intercedit naturalis quædam seu proportio, seu ut loquitur Aristoteles οἰκειότης, quæ non modo scientiam necessariò parit, sed etiam progignit sui sensum aliquem qui non patitur scientem de scientia sua dubitare.* Resp. habent illi characteres aliquod suę διακρίσεως lumen & quidem lumen σύμφυτον, homogeneum, natura lumini externo cõsentaneum, at qui de suæ electionis ac reprobationis arcano dubitat lumine verbi divini destituitur, nõ habet in se lumen σύμφυτον ac homogeneũ, sed ex lumine revelationis demum supernaturalis fidei phosphorus accenditur. Immane igitur par impar, ratio cum revelatione comparata. Quid quod sensus ad errandum proclivis, proclivior ratio, sola revelatio certa. ὀγὰρ λόγος θεῖος ἀπαράλογιστος ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν εὐεξαπάτητος ait Chrysostom. hom. 83. in Matth. potest contingere, quod Antiferonti. ut dum putat se spectrum divinum videre, suum ipsius phantasma exosculetur. sensus ille fidei supernaturalis nam ejusmodi assumtio; (Ego credo, juxta Alsted. in summ. Cas. consc. cap. 26. pag. 85. *est conscientiæ non quidem in statu naturali manentis, sed in supernaturalem statum translatæ, quatenus nempè prædita est vera fide,*) aut est ex verbo scripto aut imme-

immediato. Verbum scriptum hîc tam generale quam speciale deficit. Erit igitur immediatæ revelationis. At hujusmodi sensus verbo divino destitutus enthusiasmus est, quem omni tempore jactarunt enthusiastæ ἐμβατεύοντες, ac in hodierna Anglorum tragœdia Independentes nonnulli: de quibus *Salmasius* in defens. regia. quidquid de suo sensu Calviniani, hoc de suo raptu Enthusiastæ profitentur. Ipsi cœlitus afflati prophetæ & Apostoli θεόπνευστοι (quibus tamen se nondum æquiparare valet Spiritus Calvini) promisso divino sunt gavisi. promissio de Mosis afflatu extat Num. 12. 8. de Prophetarum propheta Christo. Deut. 18. 18. Apostolis Luc. 24. 49. At ubi Reformatorum promissio? annon in se admittunt, quod in Arminianis damnant Hassiaci in Synod. Dord. pag. 532. *Remonstrantium assertio heterodoxa hæc est: Neminem, quamdiu in hoc mundo vivit, sine speciali Dei revelatione (puta verbum Evangelij patefactum) certum esse posse de Electione sui ad vitam æternam.* Quærit Calvin. harm. Evang. pag. 215 quis mulierem Cananęam fide præditam esse diceret, quæ lacente Christo, fiduciam ex sensu proprio spirarit? Respondet *Dominum illi intus esse locutum, & hunc arcanum instinctum prædicationis vice fuisse.*

III. Exemplum Pauli: *Nemo*, ait Amyrald. defens. Calv. c. 11. pag. 148 *dubitaverit, opinor, Apostolum Paulum & vere credidisse & fidem suam habuisse apud se compertissimam, neque huius rei argu-*

*menta*

*menta si ausit ex aliqua revelatione extraordinaria, ut nonnulli arbitrantur, sed ex suæ ipsius fidei ingenio ac natura, quæ & per se & in effectis suis sese noscitandam præbebat. Ait enim & se credidisse & se scire cuinam crediderit & ubique commemorat virtutes admirabiles quas traxerat ex Christi communione. Cur non ergo quisque fidelis postquam sese sedulò exploraverit; idem de semetipso judicabit? Nam nostra à Pauli fide specie non distat, ideoque sunt illis communes quædam inter se notæ, iidem penè ductus, eadem, ut ita loquar, oris veluti lineamenta, Quod si aliquanto fuit in tanto & tam eximio Dei servo fides plenior & vehementior (fuisse autem procul dubio confitemur ultro) notas illas præ se quidem tulerit illustriores etiam, nostra obscuriores aliquanto, talis tamen ut si vera sit vera itidem esse certo deprehendatur.* At verò Pauli fides etsi altioris fuerit ordinis, in cujus conversione repugnantia actualis fuit expugnata in via Damascena èque absoluta DEI voluntate profecta (dum contra ordinarie fidei χάεισμα non detur contumaciter repugnanti) tamen promissione verbi subnixa fuit 1. Tim. 1. 15. Conf. Rom. 10. 14. Mos fuit Apostolo tentato, anxio, sollicito fide sua in promisso divino niti. Act. 27. 25. &, hac quidem parte nobis inimitabilis, sed quoti alias ad gradum Apostolicum assurgunt? *ad hunc gradum non omnes statim perveniunt*, ait Sibelius tom. 4. p. 87.

VI. Universalitas sufficiens, hoc Syllogismo proposita. Omnis credens salvatur

Ego.

Ego credo. Resp. proba minorem! non sanè quælibet universalitas hîc tranquillat, sed ad quam ex πληροφορία & παῤῥησία sine formidine oppositi assumibilis est hypothesis. *Ego scil. sum unus ex iis quos major terminus comprehendit*, Est alioquin & hæc universalis è Matth. 17.20. Quicunque homo fidem habet quantulum est granum sinapis, dicet monti huic transgreditor hinc illuc & demigrabit, Assume, de quodam ἐνφαντασιωτῷ sibi imaginanti se habere hanc fidem, num migrabit mons? non opinor. Quamobrem? quia Deus non promisit omnibus hominibus fidem miraculosam, nec omnibus eam offert, hinc vana est assumtio. Talis & Calviniana assumtio, suppositio quod Deus nolit omnibus fidem salvificam efficaciter conferre. Accedit postremo Calvini professio, quam tuetur D. Zvvinger in vindic. l. 3. instit. c. 2. p. 319. *Sunt inquit permulti, qui Dei misericordiam sic concipiunt, ut quam minimum consolationis inde recipiant. Simul enim, misera anxietate constringuntur, dum dubitant, an misericors SIBI sit futurus, quia illam ipsam de qua persuasissimi sibi videntur Clementiam NIMIVM Exiguis FINIBVS TERMINANT. Etenim ita secum reputant magnam quidem eam esse & copiosam sed incertam esse, AN AD SE QVOQVE PERVENTVRA SIT: vel potius, an ad eam sint perventuri. Summa est qui misericordiam Dei nimis exiguis finibus terminat, minimum consolationis inde recipit.* At id facit Calvinus & Calvinisequæ. Regerit quidem D. Zvvin-

D. Zvvinger. l. cit. pag. 320. *Hinc porrò fidelibus & Electis non pinguior consolatio fluit, quam infidelibus & reprobis. Audiatur enim Ratiocinatio παρακλητικὴ istorum hominum, Gratia Dei, qua ipse vult serio homines salvare, ut est intensiva (seria, quam ipsi volunt) respectu Dei, tanquam intendentis & desiderantis salutem hominum: ita est quoque extensiva, respectu eorum, quos ipse salvare sua intentione constituit, videl. omnium & singulorum Hominum promiscuè. Atqui ego sum quoque Homo & pars Humani Generis. Ergo, ad me quoque pertinet gratia & Misericordia Dei salvifica, non solum trepidã, sed frigidam Doctrinæ huius consolationẽ.* Ita exsibilitor exsibilandus ipse! magna certe consolatio, me, quia homo sum, visume sse Deo miserabilem, esse me in illorum numero quos Deus servare velit at. quæ inquit pag. 321. *hæc fideli præ infideli prærogativa?* Resp. hic quidem nulla ubi de voluntate antecedanea sermo est. Quæ sequuntur infra de libero arbitrio & gratia fidei plenius disputabuntur.

§ 80. Est idem Idolum V. Horribile, non nostrum hoc est epitheton sed Calvini. *Quæro scribit* ille lib. 3. instit. c. 23. n. 7. pag. 337. fac. 2. *unde factum est, ut tot gentes unà cum liberis eorum infantibus æternæ morti involveret lapsus Adæ absque remedio, nisi quia Deo ita visum est? Hîc obmutescere oportet tam dicaces alioqui linguas; Decretum quidem HORRIBILE, fateor.* Epitheton à Zvvingero recusum in defens. Calvin. pag. 539. *Horribile est decretum? conceditur, nempe hominum respectu, qui hoc*

decreto

*decreto perierunt*, Mentis Calviniæ Urinator Amyrald. in ejus defens. cap. 16. ἥδε καὶ πάδε Calvini repræsentavit, ac inter alia hæc scriplit. pag. 262. *Primum omnium nostri parentem Deus creavit mutabilem, tentatione Diaboli expositum esse voluit; mutationem eius certissimè futuram esse ab æterno prævidit; & ideo prævidit quia ex his & illis a se creandis ac ordinandis hoc & illud exstiturum esse decrevit. Si ante oculos suos genus humanum universum & in peccatum labi & per peccatum in exitium ruere, & in exitio, æternum manere & vidit & voluit. Etsi enim eum non latuit, cum filium in mundum mittere constitueret, fore ut omnes eum aversarentur, nisi vi potentissima sui spiritus succurreret, eius opem destinavit paucissimis, reliquis præteritis justa quædam severitate. Ad ea igitur quis non exhorreat? Quis non contremiscat totus & formidine consternetur? Quis est inquam, qui si motu mentis in altum subvectus tantam generis humani ex illo felicitatis fastigio in quo primum collatum est, miserrime deturbati stragem attentis oculis despectet, Dei iustam quidem sed tamen tremendam ἀποτομίαν ex intimis animi sensibus non perhorrescat? Nonne potuit Deus eius sistere mobilitatem in Adamo, & ne ipse caderet & universam suam posteritatem cadendo secum traheret in ruinam inevitabilem? Ea causa est cur Calvinus lectorum suorum mentes ad illa sæpenumero revocet quæ Actualem Adæ lapsum antecesserunt, utpote in quibus infinitam Dei majestatem revereri atq; adorare necesse est.* Jam juxta Ravanell. in voce Horrendus pag. 722. *Horrendum illud dicitur. 1. quod est timen-*

timendum, terribile. formidabile: quod multas affert calamitates. quod est abominandum. Equidem Massonius cerussa quadam hanc phrasin pingit part. 1. cap. 41. comparat cum exclamatione Paulina φβάδ ! horribile dicit respectu nostri p. 1504. Denn Gottes Rathschluß würd grausam genand nicht für sich vnd in Betrachtung GOttes deß HErren / als bey dem lauter Gerechtigkeit ist: Sondern wegen der Menschen die wegen jhrer blödigkeit vnd schuldigen Gewissen leicht erschrecken / vnd denen eines oder das ander offt grausam vnd erschröcklich fürkompt. Daher auch horribile genand wird ab horreo vom schrecken. Also wenn ein Richter einen Vbelthäter zum Tode verurtheilet / vnd den Stab vber jhn bricht / so ist es ja grausam vnd erschrecklich / vnd daher viel Leüthe solch Blutgericht nicht anschawen können. Gleichwol würd der Richter hiermit nicht zu einem Tyrannen vnd Vnholden gemacht. addit Deum ipsum horribilem dici Exod. 15. 11. & alibi. Respond. Paulinum horrorem fuisse sanctum & ex sancta causa, ex qua etiam Deus ipse terribilis est ac venerabilis. at causa quæ Calvino horrorem incutit est causa impia, cõparanda cum horrore incusso ex supplicio Judicis absolutè reum sine causæ respectu antecedaneo damnantis. Verè horribile consequentiis, quibus Majestas divina gigantæo ausu impetitur; horroribus diris, quos incutit re-

probis, quos non potest non tædere vitæ ac usuræ lucis tam miseræ, æternum pereundi sorte comitatæ: maluissent illi bufones nasci quã homines: horribile fructibus, cũ peccãdi cõmeatu tum desperationis fune, quã haut invitus agnoscit Beza l. de hæret. puniend. p. m. 99. *Quam enim isti notitiam in Christianis requirunt (eam nimirum qua, non intellecto Christi statu & officio, ipsum credimus Filium Dei esse, mundi Dominum ac judicem) eam nemo fidelis est qui ignoret nihil aliud quam desperationem posse in nobis gignere, nisi promissiones, id est, ipsius Christi statum & officium ita cognoscamus, ut tanquam nobis proprias & peculiares amplectamur. Nam tum demum credit aliquis quod Iesus Christus est, quum per Spiritum Sanctum edoctus, certò statuit ad se propriè & peculiariter pertinere quæcunque nobis à Deo gratis per Messiam promissa sunt, eamque fidem necessario & spes & charitas consequuntur.* Litera θ. lethifera est quam absolutè reprobatis præscribit, longe tristiori sorte, quã fuit illa seu Hamanica Esther 3. 13. seu *Mithridatica*, qua octoginta millia civium Romanorum in Asia per urbes negotiandi gratia dispersa interemit, verba sunt Valerii Maximi l. 9. c. 3. Appianus rem eandẽ sic refert: Μιθριδάτης σατράπας ἅπασι καὶ πόλεων ἄρχουσι δι' ἀπορρήτων ἔγραφε, τελευτὴν ἡμέραν φυλάξαντας, ὁμοῦ πάντας ἐπιθέσθαι τοῖς παράσφισι Ρωμαίοις καὶ Ἰταλοῖς, αὐτοῖς τε καὶ γυναιξὶν αὐτῶν, καὶ παισὶ, καὶ ἐλευθέροις ὅσοι

γένους

γένους Ἰταλικῦ, κλεόναντας γε ἀλάφυς ἀπορρίψαι, καὶ τὰ ὄντα αὐτοῖς περίσωθαι πρὸς βασιλέα Μιθριδάτην. Florus: *Quid atrocius uno edicto eius: cum omnes qui in Asia forent Romanæ civitatis homines interfici jussit?* Afferuntur nonnulla solatia etiam pro Reprobis Spanhem. de grat. universal. pag. 1808. *Annon Deus solem suum oriri facit super bonos & Improbos, multam lenitatem ostendit hominibus, eos tolerat & variis beneficiis corporeis afficit? Gratiam aliquam quoque illis largitur coërcentem vel reprimentem quamvis non convertentem, qua fit, ut supra dictum, ut minus peccarent & mitius puniantur. Adde, quemque ex Dæmonibus circumferre inde ab initio lapsus judicii sui æterni sensum & eo indesinenter torqueri, haudquaquam verò reprobos, quorum multi externæ vocationis participes aliquo gaudio ad tempus afficiuntur, alij conscientiam habent callo obductam & torpentem, alij multiplices à Deo gratias habent etsi non salventur. Quæ haudquaquam reperiuntur in Diabolis.* hæc ille! scilicet Deus reprobos tractat sicut Plato qui Poetas è Repub. exulatum misit, sed cum aliquo honore; ut Sacerdos Jovis qui taurum coronatum ad aram ducit mactandum: ut Barbari in novo orbe captivos hostes, quos bene saginatos prius necant & deglutiunt. Dæmonum adhuc melior est conditio, quibus cum certò constet omnem salutem esse conclamatam, se variis in Deum hominemq; hostilitatibus ultum eunt ante judicium supremum

quibus vindicta vitâ est jucundior ipsa; dum contra Reprobi nesciunt se reprobatos (*an etiam*, ita quærit Spanhem. pag. 1818 *quivis reprobi semper tam certum suæ condemnationis sensum circumferunt ut dæmones?*) sed inani adhuc spe lactantur voluntatis signi, sicut Heliogabali Ixionii Amici: hujusmodi paracleti non magis sunt audiendi quam Gabriel Biel quem negat audiendum Jac. Laurent. in Paulo δυσνοητ. pag. 289. *tenetur quis reprobatus reddere grates DEO de beneficio creationis, quod expediret sibi non recepisse: quia scilicet, unicuique parti melius est bonum totius, quam bonum proprium; Sicuti ideo manus exponit se pro capite. Cum autem damnatio tendat in bonum & decorum universi, ideo bonum est illi creari sub hac habitudine, licet forte ipse vellet oppositum; sed etiam, quod & ideo, si esset bonus, gratias ageret Deo, quod esset objectum divinæ justitiæ. Ideo Mentzerus noster censet in defens. anti-Croc. disp. 4. thes. 47. huius dogmatis defensionem toti orbi Christiano justissimas & gravissimas pœnas cum omnium piorum suspirijs & gemitibus attrahere.*

§ 81. Est deniq; Idolum Arcanum & ἀφεδρον non nisi perforato pariete in atrio sacerdotum magis quam exteriori & seculari deprædendum Ezech. 8. 12. Hildebrandus in declarat. art. 2. p. 16. ostendit quando & quomodo hæc doctrina de æterna Reprobatione coram populo proponenda sit? diligenter attendent *Primo, docendum esse de Reprobatione, cum textum aliquem expro-*

*ex professo de ea agentem explanamus. Aliàs raro & parce id quod Prophetas & Apostolos & Christum ipsum observasse videmus. Modum docendi populum de Reprobatione gubernabunt sequentes regulæ. Prima, doceatur, non decere nos inquirere in voluntatem Dei occultam, sed insistere voluntati in verbo patefactæ. Secunda, doceatur, ad ipsam mentionem reproborum, nostrum esse gratias agere Deo, qui cum in eadem peccati massa cum reprobis hæreremus, misericordi Dei voluntate ex ea per Christum sumus extracti. Tertia doceatur, ib. pag. 17. nos etiam in hac vita aliquo modo intelligere, propter multorum hominum reprobationem Deum minime injustitiæ accusari posse.* ac ideo nimis quam suspectam ob lucifugium. Joh. 3. 20. *loquantur* ait D. Taufrer. disp. 6. apolog. thes. 43. *pro sua prudentia ut libet, modo id fiat specialiter, perspicuè & candidè, sicut in scriptis polemicis; non tantum generaliter, indefinite & obiter. Quod non est prudenter loqui de Reprobatione sed astute & fraudulenter dogma illud occultare.* Ajunt apud Remonstrantes in act. pag. 273. *prudentia opus est, nec omnes auditores solidi cibi capaces sunt. at, an inter illos solidi cibi incapaces, etiam summum Magistratum habent? An illi Pontificiorum more tuendum & defendendum volunt committere doctrinæ genus, quod ipse non intelligat, & quod apertè coram illo tractare renuunt? Deinde, non sint omnes solidi cibi capaces, quatenus nimirum non omnes plenè percipere illum possunt, ac quasi dirigere, an monstrare illis solidum cibum, adeò periculosum erit, ut propter incapaces, etiam qui in Ecclesia capacissimi sunt so-*

lido cibo fraudentur? Præterea, an fundamentalis Christianismi doctrina cibus ita solidus esse potest, ut sine periculo non possit præponi? Verum quærere libet ex hisce novæ prudentiæ Magistris, an Apostolus Paulus ad Romanos scribens, tantum ad Doctores & insignes Theologos Epistolam illam dirigat? Imò, contra, in eius exordio sapientibus se debitorem esse ait, & certum est, ad illos directam esse illam Epistolam, quorum magna pars recens ad Christianismum accesserat, ideoque lacte opus habebat. hæc Remonstrantes in act. pag. 273. & ib. Nobis certissimum est, si hæc mysteria clarè distinctè & perspicuè in Ecclesiis explicarent Contra Rem. futurum, ut omnibus fermè execrationi essent, & ab auditoribus plerisque desererentur, qui nunc illos in oculis ferunt. Fatetur ipse D. Calvinus, si quis in Ecclesia auditoribus suis diceret, causam cur non convertantur, hanc esse quod ab æterno reprobati sint imprudenter valdè facturum. At si his credimus, is tamen Apostoli scopus est docere, quod plerique Iudæi non credant, hanc esse causam, quod ab æterno reprobati sint. Nempe contra Rem. hac in parte Apostolum prudentia superant. & ib. pag. 275. Imò audeant vel unicam illam sententiam D. Parei coram populo publicè approbare, de Prædestinatione infantium ex fidelibus natorum & in infantia, vel dum ad ipsum Baptismum deferuntur, morientium & dubia eorum salute, de qua non nisi ex charitatis judicio, quod sæpe fallitur, statui possit. Judaico-Ethnico Papæum φρενοφύγετον. horum enim fuit mysteria clàm habere contra Dei intentionem. Heterogeneũ ab Evangelio Apostolico. Aliter suum Evangelium com-

commendat Apostolus, ait se debitorem esse σοφοῖς καὶ ἀνοήτοις Rom. 1. 14. ubi non male Grot. *Significat Apostolus ita omnibus hominibus aptatum esse Evangelium, ut nec stupidos contemnat, nec ab ingeniosis contemni debeat.* & ibid. ad verba καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ *Lucifuga non sum, ostendi id Antiochiæ, Athenis, Ephesi & Corinthi: paratus sum & in illa splendidissima urbe Roma ostendere* οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ ἐστι μεταληψίς. *Non occulto Evangelium Christi, sicut occaltari solent quorum nos pudet. Hoc faciant Cereris & Liberi liberæque apud Græcos aut Romæ Bonæ Deæ mystæ ac mystides.* Intolerabile. Intolerabilis hic est in specū quasi Trophonium receptus, quem quærit hic Spiritus Lucifuga, ne capiatur argumentis & elenchis, quibus tamen tenetur respondere vide Calvin. ad Rom. pag. 48. Bene Corvinus in anatom. 13. *cum Molinæus hæc mysteria premi voluisset. si ista inquiens vera essent, prudentis fore ea premere, nec anagyrim istam movere, & sibi potius silentium imperare aut ignorantiam quam in arcana irrumpere.* Respondet ibid. Ista enim non modo indubie falsa, sed tanquam horrenda & in Deum contumeliosa, abominanda sunt. *Cur autem si vera sunt, premenda judicas? Nam qui ea tenent non putant se de arcanis loqui, sed de ijs quæ verbo clarè revelata sunt. Si res ista scrupulum movet, id non sibi, sed scripturis imputari volunt. Sed verò quia ista etiamsi essent vera, premi vis quod scrupulum moveant & ansam præbeant adversarijs infamandi religionem, ac per ea nemo fiat aptior ad Officia*

*Christiani hominis vel boni civis; premenda est non modo ista sententia quam tu hic exagitas sed etiam universa doctrina absolutæ prædestinationis quocunque modo interpoletur, incrustetur, tegatur per variam objecti prædestinati definitionem, sive scilicet creandum, sive creatum sive lapsum in Adamo hominem pro objecto designes, quippè cum fundamenta religionis & pietatis integra servari nisi ea sublata non possint.* Saniora sunt illa Sibelii tom. 4. conc. 16. in ep. Judæ. pag. 86. *Sunt qui pertæsi contentionum, quæ ex doctrina de Prædestinatione nascuntur, putant tutissimum esse ad pacem Ecclesiæ & ad tranquillitatem conscientiæ, hunc articulum non attingere neque de eo verba facere ad populum pro suggestu: his enim sermonibus animis scrupulos insigi, dubitationes subnasci & infirmorum fidem labefactari: doceatur, inquiunt, populus, non quid Deus agat aut decernat, sed quid nobis agendum sit: instilletur animis doctrina bonorum operum, Deo verò relinquantur arcana electionis & reprobationis. Hæc sanè oratio honestior in speciem est quam verior. Hi enim dum præ se ferunt studium pietatis & amorem concordiæ, ac voluntaria ignoratione affectant laudem modestiæ, Christum, Prophetas, Apostolos imò Deum ipsum tacitè insimulant imprudentiæ; quod doctrinam prædestinationis in V. & N. Testamento tàm frequenter inculcaverint: & dum præpostera religione tenentur, authores sunt pastoribus Ecclesiæ, ut portionem de Dei verbo recidant, nec populo integram doctrinā Evangelij proponant. Paulus, electum illud Dei organon, de se testatur, quod non subterfugerit quominus suis auditoribus annunciaret omne Dei Consilium*

*silium.* Act. 20. v. 27. Confer Polan. tom. 1. Syntagm. l. 4. cap. 7. p. 1563. & seq. Hoc illud Idolum est & rationis carnale plasma, cui exenterando hanc operam longiorem collocavimus, non opinor inutilem sed summè necessariam; ut tandé intelligant, qui à spiritu illo, quî cum nobis est contentio, se duci sinunt, non esse de segmentis unguium hic controversiam mereque Sholasticam, quod contendit Bergius in tract. der die wort. &c. cap. 19. p. 216. cogitent, quid faciant? cui numini litent? quam malè suis consulant conscientiis? quale dogma profiteantur? Certè Calvino judice, *Diabolicum.* sit enim ille scribit ad 1. Cor. 2. pag. 165. perpetua fidelium hæsitatio est diabolicum sophistarum dogma ut uno omnes ore clamant? Exesto è templis nostris hæc imago Numini invisa! Exesto è libris, è Synodis, è cordibus! longum illi vale! atq; tunc à nobis pacem sperent, facilem futuram, si hoc idolum cadat, quo cadente tota phantasmatum sequentium strues nutabit.

## VINDICIÆ ELENCHI.

§ 82. Pro absoluta & Electione & reprobatione produci solent ista, quæ sequuntur. S. Codicis loca. Agmen *hic ducere* deberet cap. IX. ep. ad Rom. sed ejus analysin ac vindicias ad finem hujus Phantasmatis reservamus.

## JOH. XV. 16.

Οὐχ' ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, non vos me elegistis, sed ego elegi vos. hinc colligit Calvinus l. 3. institut. cap. 22. *quod suis discipulis dicebat Christus, in universum valere inter omnes fideles, Non vos me eligistis: sed ego elegi vos. Vbi non præterita tantum merita excludit sed nihil habuisse in se ipsis significat, cum eligerentur, nisi sua misericordia antevertisset.* Et in comm. ad h. l. p 548 *Si gratis nullo suo merito electi fuerunt illi ad munus Apostolicum, certum est multo magis gratuitam esse electionem, qua ex filijs iræ & semine maledicto efficiuntur vitæ æternæ hæredes.*

Respond. Nihil meriti habuisse concedo: nihil ordinis quem Christus respexit, nego. Non sequitur in vobis nullum fuit principium electivum quo me vobis adoptassetis. Ergo nulla non repugnantia, nulla fides, qua potentiam meam verticordiam amplexi essetis.

## JOH. VIII. 47.

Qui ex Deo est, verba DEI audit, ea vos non auditis, quia ex DEO non estis. Ergo electio est causa fidei, non hæc illius. Ita Molinæ in anatome. Piscator ad h. l. in Schol. pag. 652. *Nunc ipse causam exponit, unde incredulitas istorum orta fuerat: ad sese consolandum, consideratione scilic. providentiæ ac voluntatis Dei: in qua merito omnibus est acquiescendum.* Resp. categorica assertio male in cau-

in causalem convertitur; aliud enim est QUI, aliud QUIA: nec causalis conficitur ex oppositâ negatione. Unde Beza ad h. l. pag. 405. *Nec enim vult concludere ipsos non audire verbum DEI quoniam ex Deo non sint, sed contra vult probare ipsos non ex DEO, sed ex Diabolo esse, ex eo quod verba DEI non admittant.* 2. Phrasis ex Deo esse, nec æqui pollet electioni, dantur enim & fideles πρόσκαιροι, qui eatenus sunt ex Deo, nec tamen electi (Fac τὸ ex Deo esse idem esse, quod electum esse à Deo, erit ex Diabolo esse v. 44. idem, quod à Diabolo electum esse,) Nec præcise originem notat sed indolem, sicut ex Diabolo esse dicitur, quod indolem illius consectatur.

JOH. X. 26.

Vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis, Ergo non electio est causa ἀπιστίας, non hæc illius. *altiorem*, (inquit Calvinus ad h. l. p. 503) *causam adducit, cur neque miraculis neque doctrinæ fidem habeant, nempe quia sint reprobi.* applaudit Beza subodoratus sua illa glossa, quam apposuit loco præcedenti, se refelli posse, ideo hæc subnotat ad hunc locum pag. 412. *sciendum est causam altiorem adferri, cur non credant, non autem consequutionem necti, ut supra 8. 44. quum colligitur, Diabolum non perstitisse in veritate, ex eo, quod veritas in eo non sit. Item Luc. 7. 47. ubi ex magna dilectione colligitur remissio multorum peccatorum, quia, inquit, cui pauciora peccata remissa sunt, is minus diligit. In illis igitur exemplis res ipsa ostendit ὅτι notare consequens*

ex quo

*ex quo antecedens colligitur. hic vero ex contrario declarat antecedens, ex quo intelligitur consequens. Prius enim oves nos esse oportet, id est ovili DEI destinatos, quam pastoris vocem audiamus: prius non diligi, quam diligamus: prius trahi, audire, ac discere, quam ad eum veniamus.* Confer acta Synod. Dordr. pag. 397. At falsum est, ordine naturæ prius esse oves spirituales, quam ut auditu fidem concipiant, cum nos natura lupi, audiendo pastoris vocem demum mansuescamus, & in oves transformemur. Falsum prius diligi ovem, quam fide se diligibilem reddat: ac ut ovis in tempore prius trahatur ad ovile gratiæ, tamen prius se disciplinæ Christi tradere debet, quam ut trahatur ad ovile gratiæ.

## Act. VIII. v. 48.

§ 83. Ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam. locus hic (Walæo censente pag. 414.) magni est momenti. Ad quem locum hæ extant glossæ Calvini p. m. 140. *Notanda est restrictio, quum refert, credidisse non ad unum omnes, sed qui ordinati erant ad vitam. Minime autem dubium est, quin Lucas τεταγμένες vocet, qui gratuita Dei adoptione electi erant. Ridiculum enim cavillum est, referre hoc ad credentium affectum, quasi Evangelium receperint, qui animis rite dispositi erant. Nam ordinatio ista, non nisi de æterno DEI consilio potest intelligi, nec dicit Lucas fuisse ad fidem ordinatos, sed ad vitam: quia Deus suos ad vitæ æternæ hæreditatem prædestinat. Docet autem*

autem hic locus fidem ab electione DEI pendere. Bezæ p. m. 516. Hoc velim considerent illi qui præscientiam à Decreto separant, quique prævisam fidem faciunt electionis causam. Nam si crediderunt, qui ordinati erant ad vitam, certe ordinatio hæc fidem antegreditur, ac multo magis ipsa fidei effecta. Itaque DEI decretum primo loco statuatur necesse est, non tantum tempore (sed enim æternum) sed etiam causarum ordine: quum cætera quæ ad salutem spectant, sine ulla exceptione illi subjiciantur ut effecta subordinata causæ. Piscatoris p. m. 787. Fides non est omnium: sed tantum electorum Dei: quippe quæ ex electione dependet. Τεταγμένοι passivum est non activum. à seipso nemo potest ordinatus esse. Ergò à Deo. constat nullum hominem semetipsum ad vitam æternam disponere posse, quod est solius Dei opus. Ita Synod. Dordrac. pag. 589. Walæi loc. pag. 414. Enthymema est. Crediderunt quotquot ordinati erant. E. quia ordinati erant. Ergo prædestinatio non facta est ex prospectu fidei. Ergo gratia Dei non est universalis in omnes, sed restricta ad solos præordinatos. Ita illi liberaliter annulos nectunt annulis, facile laxabiles.

Respond. I. ad hominem. Fac τὸ τεταγμένοι idem esse quod prædestinati, nihil tamen colligetur, nisi farrago paralogismorum. 1. paralogismus ajens à genere ad speciem. τεταγμένοι Ergo absolutè sine fidei respectu; dici potuisset sine tautologia credidisse tunc actu, quotquot prædestinati κατὰ πρόγνωσιν illius fidei,

dei, quæ tunc actu pelluxit. 2. A Pseudhermenià ἐπίστευσαν ὅσοι; Ergo διότι τεταγμένοι. nam potuit verum esse ut credentes prædestinati fuerint, ut tamen prædestinatio non fuerit causa fidei, sicut verissimè diceretur, milites Sacramentum dixere militiæ quotquot urbem expugnarunt. Ergone quia urbem expugnarunt? Ergone expugnatio urbis fuit causa anterior efficiens dati Sacramenti? Iditur τὸ ὅσοι non necessario causam, sed vel eventum notat, vel si omnino argumentari Apostolus voluit, consequens, per Demonstrationem τῷ ὅτι, quia prædestinati, Ergo crediderunt, sicut quia Dies est, Sol ortus est. aliquot τῷ ὅσοι significationes observavit Fr. Vigerus in græc. dict. idiotismus, nullam causalem cap. 3. sect. 9. pag. 57. Si τὸ ὅσοι causale esset, sequeretur reciprocè (sicut in hoc axiomate, omne rationale est risibile, & omne risibile est rationale, à quia enim ad de omni valet consequentia, esset propositio in tertio modo dicendi per se) omnes qui tunc crediderunt fuisse prædestinatos, num igitur nulli inter eos post-Apostatæ facti? & vicissim omnes prædestinatos tunc Antiochiæ credidisse, num igitur nulli prædestinati post credidere? Item si τὸ ὅτι causa est, sequeretur negativè, quotquot tunc non crediderunt fuisse non prædestinatos, quippe propositio reciproca hujusmodi consequentiam admittit (omne rationale est risibile, Ergo omne non rationale est

non

non risibile) Finge omnes qui tunc non crediderunt fuisse reprobatos, quid fiet de toto hodierno Reformatorum cœtu? an totus ille reprobatus? an Cardiognostes fuit S. Lucas ut definire (non solum universum quod excipit Walæus. pag. 415. *esse commune dogma in Evangelio revelatum, quod quicunque credunt, ex ordinatione ad vitam æternam credant,* sed sigillatim, ὀφθαλμοφανερῶς, digito quasi indice, ut omnes intelligant hos, qui fidem suam confessione intimarunt esse ordinatos) auderet, omnes qui tunc non crediderunt, fuisse reprobos? an diphteram Dei inspexit? an id secretum necessario à Luca proditum? cui bono? an ut reprobis desperationem injiceret? & movere æterno illos afficeret? An ut electis occasionem probabilem carnalis alicujus securitatis daret? vide acta Remonstr. pag. 63. Farraginem absurdorum collegerunt Remonstrant. in act. pag. 62. 1. *Apostolum Paulum non tantum, sed Deum etiam ipsum voluisse sermonem de vita æterna proponi, & annunciari ijs, qui reprobi erant, id est, quos non tantum reprobos esse sciebat, sed quos ipse à vita æterna, & consequenter omnis gratia salutaris communione absolutè reprobaverat decreto peremptorio. 2. Nonne Dei reliquis omnibus reprobis mandatum fuisse ut crederent Evangelio, id est sermonem de vita æterna ad se pertinere certo sibi persuaderent; quod divinæ majestati sine gravissima injuria tribui nequit. 3. Reprobos illos eum non crederent, nec credere possent, sermonem vitæ repudiasse, & se ipsos indi-*

*indignos judicasse vitâ æternâ; quod ineptum est & infulsum. 4. Eo nomine reprehensos fuisse ab Apostolo Paulo reprobos illos, quod rejicerent sermonem vitæ, & se indignos vitâ æternâ judicarent, cum ad illos vitæ æternæ sermo nullo modo pertineret, & cum eundem non possent non rejicere atque adspernari. 5. Quod Deus decrevisset, ut quando reprobi illi Iudæi reiecturi essent sermonem salutis, tum Apostoli ad gentes irent, & dicerent: Vobis, ô reprobi Iudæi, oportebat primum annunciari sermonem vitæ, sed qm̃a eum vos rejicitis, & vitâ æternâ vosmetipsos indignos judicatis &c: quo quid absurdius dici potest? Eadem enim ratione cum reprobi gentiles rejecturi essent sermonem salutis, ad electos Iudæos redeundum fuisset.*

II. Ad rem. Igitur τὸ τεταγμένοι non τάξιν vel εὐθετισμὸν absolutum in Deo notat, sed τάξιν quasi positivam & obedientialem, quæ est non repugnantiæ, quotquot sc. ordini Divino non restiterunt, quotquot se trahi tractarique sustinuerunt, homines compositi, non dissoluti, & sceptro gratiæ graves, oppositi illis aliis refractariis, qui se vita æterna indignos judicarunt spernendo, compositi, εὐθετοι τῆς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Luc. 9. 62. Sic ἤρχαντο ἀσφαλῶς καὶ τεταγμένως. 1. Maccab. 6. 40. apud Xenoph. τοῖς τεταγμένοις ἰέναι εἰς τὸν πόλεμον, apud Plutarch in vita Pompeii, φύσει γὰρ ἦν σώφρων καὶ τεταγμένος (compositus non dissolutus) τὰς ἐπιθυμίας. Confer explicationem Coddæi laudatam à Corvin. in Censura Anatom. Molinæ. c. 19.

c. 19. pag. 289. τεταγμένοι, inquies, aut à se aut à Deo. si à se liberum arbitrium; si à Deo prædestinatio absoluta obtinebit. Resp. neutrum necessario sequi, nam & nominaliter seu intrãsitivè ista vox accipi potest. Esto autem significet transitivè, utrumque membrum sano sensu concedi potest. τεταγμένοι A se, reciprocè (est enim frequens hebraismus τῆ Niphal pro hitpael, verbi sono passivi sensu reciproci. Lev. 25. 29. 2. Sam. 20. 10. Conf. Rom. 10. 3 cum Hebr. 12. 8 Ita ἀντιτασσόμενοι pro ἑαυτὸν ἀντιτάττων. Rom. 13. 2. Conf. 1. Cor. 16. 15.) & negativè, quia cum potuissent gratiæ contra niti, non sunt contra nixi: à Deo non tamen absolutè ordinante sed κατὰ συγγνωσιν nõ repugnantiæ: à Deo auctore ordinis ac ministerii, Crediderunt (ita D. Ægid. Hunn. qq. de prædest. pag. 245.) *ac fide donati sunt, quotquot ordinem, quem Deus in consilio suo ad consecutionem vitæ æternæ destinavit, secuti sunt.* Juvat ascribere responsum Mentzerianum in resp. ad defens. Crocii. cap. 12. p. 117. *Est igitur hic non absolutum aliquod decretum, sed τάξις divina, hoc est ordinatio quæ consideratur tum respectu Dei ordinantis, tum etiam hominum ordinatorum, hoc est, certo ordine ad vitam æternam destinatorum: in quibus oportet concedi applicationem eorum, quæ ad ordinem istum pertinent. Neque tamen inde consequitur, (quæ mera obloquentium calumnia est,) homines suis viribus seipsos ordinare ad vitam æternam: quippe qui non suum, sed ab ipso Deo præscriptum ordinem sequuntur: neque ipsi*

verbum audiunt, nisi ante vocati per Evangelij prædicationẽ. Ordinantur igitur homines non à seipsis sed à Deo: ac proinde ordo ille Divinus est, nõ humanus: quẽ observare & sequi homines oportet, propter Dei mandatũ in Evãgelio propositum. Vnde fit, ut in ordine illo Divino considerentur, tum homines ipsi, qui ordinantur, tum etiam media, per quæ homines perducuntur ad vitam æternam. Estque hæc perpetua scripturæ divinæ sententia, eos fide illuminari (ordine nimirum divinitus præscripto.) qui studiose, hoc est, cum studio discendi, audiunt verbum: Cæteros verbi contemptores relinqui in suis tenebris, & manere super eos iram Dei. Iohann. 3. v. ult. Cujus rei luculentum exemplum hoc ipso loco proponitur. Cum enim Paulus & Barnabas sermonem Dei publicè annunciarent, v. 43. 44. Iudæi tantum abest, ut admitterent illum, ut potius contradicerent ijs, quæ proponerentur, adeoque etiam blasphemarent. v. 45. Cuius contemptus & blasphemiæ pœna denunciatur ipsis. v. 46. quod scil. ipsis relictis, ad gentes Apostoli verbum Dei sint allaturi. Quarum ad regnum Dei vocatio confirmatur, v. 47. testimonio Esai. c. 49. v. 6. Et studium istarum gentium in verbo Dei audiendo commendat D. Lucas. v. 48. & simul gaudium illarum, & erga verbum Dei reverentiam exprimit. Et tum subjungit ista verba: Et crediderunt, quotquot (ex auditoribus istis eo tempore) erant ordinati ad vitam æternam. Quod si quæras, quinam sint illi, qui dicuntur ad vitam æternam ordinati? respondet Scriptura, non de absoluto & arcano quodam Dei decreto, sed de ordine mediorum à Deo institutorum, per quæ in hominibus ordinem istum observantibus, fidem Spiritus S.

tus S. accendit. *Quæ media & ordinem respuentes & contemnentes Iudæi, manent in sua incredulitate: eadem amplectentes gentes, fide donantur, & salvæ fiunt.*

Rom. XI. 35.

Τίς προέδωκεν αὐτῷ καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ. Quis prior dedit illi & reddetur ei? *Siquidem* (ita Calvin. l. 3. institut. cap. 22. p. 330.) *ostendere vult sic Dei bonitatem homines prævenire: ut nihil apud ipsos nec præteritum, nec futurum requirat, quo ipsis concilietur.*

Resp. si locus allegatus ita crudè & præcisè accipiatur, etiam meritis & satisfactionibus Christi omnis retribuendi locus adimetur, quem constat justitiæ læsæ ἰσόρροπον λύτρον præstitisse. Igitur prælargitio nostra sola excluditur, non prævisio divina eorum quæ in tempore DEO non daturi sumus per merita, sed ab eo accepturi per fidem.

Rom. VIII. 28. 29. 30.

§ 84. Οἴδαμεν δὲ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν, ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν, οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. Novimus autem quod iis qui diligunt Deum, omnia cooperantur in bonum: iis scilicet, qui secundum propositum vocati

sunt Quoniam quos præcognovit, etiam præfinivit conformes imaginis filii sui: ut sit ipse primogenitus inter multos fratres. Quos vero præfinivit, eos & vocavit: & quos vocavit, eos etiam justificavit & quos justificavit, eos etiam glorificavit.

Extant de hoc loco hi σεσοφισμένοι μῦθοι apud Calvin. ad h.l. p. 74. *Propositi nomen, quidquid ab hominibus fingitur mutuò adferri, disertè excludit: ac si negaret Paulus, alibi quærendas esse electionis nostræ causas, quam in arcano Dei beneplacito: Dei autem præcognitio cuius hic Paulus meminit, non modo est præscientia, ut stulte fingunt quidam imperiti: sed adoptio qua filios suos à reprobis semper discrevit. Quo sensu Petrus dicit fideles in Sanctificationem Spiritus fuisse electos secundum præcognitionem Dei: Quare insulse colligunt illi, quos dixi, Deum non alios elegisse nisi quos sua gratia dignos fore prævidit.* Bezæ ad h.l. p. 99. ὃς προέγνω. *Id est quos apud se arcano & æterno suo consilio amare constituit, suo demum tempore nascituros, ut dicitur Iacobum amasse, Esavum autē odisse, Malach. 1. 2. id est non existentes, Apostolo interprete infra 9.13. Dicitur enim quod amore suo dignatur Dominus nosse, alios vero ignorare.* Exod. 33. 17. Psl. 1. 6. Matth. 7. 27. & alibi passim. *Malo tamen hos præscivit, non à præscire, sed à præscisere id est, ante decernere, sicut judex cognoscere, i.e. statuere, & Magistratus vel plebs sciscere, id est sancire dicitur.* & mox. *Paulus quod προέθετο dixerat, hoc ipsum nunc vocat πρόγνωσιν. Si quis tamen subtilius malit distinguere, propositum dixerim, quasi universalem delibe-*

deliberationem esse, & eam quidem non incertam & quasi adhuc fluctuantem (ut existimavit Erasmus post Theophylactum) sed ita firmam ac certam, ut omnium rerum firmitas hoc solidissimo fundamento nitatur: præscitionem autem illi subtexit, qua videlicet Dominus jam incipiat quod in genere decreverat, distribuere. Piscatoris pag. 906. Προέγνω, id est, sibi proposuit salvos facere. Etenim ex cohærentia sententiarum planum evadit, idem hic significare verbum προγνῶναι, quod modo fuit significatum nomine προθέσεως. Sic infra. 11. 2. Non repulit Deus populum suum ὃν προέγνω, quem præcognovit. Similiter πρόγνωσις DEI significat æternum eius decretum, Act. 2. 23. ubi Christus dicitur deditus fuisse Iudæis definito consilio & προγνώσει DEI. Item. 1. Petr. 1. 20. Vbi Christus dicitur προεγνωσμένος ante jacta fundamenta mundi: id est, decretum ut mitteretur in mundum: ut liquet ex antithesi, qua dicitur patefactus esse ultimis temporibus. Et sic verbum γινώσκειν apud Græcos quandoque significat decernere seu statuere, ut apud Eurip. Iphigenia, ubi Agamemnon de Epistola sua ad Clytemnestram posteriore, qua diversam à priore sententiam scribebat, sic loquitur: ἃ δ' ὑ καλῶς ἔγνων τοῦ, αὖθι μεταγράφω καλῶς πάλιν. Id est, quæ vero non bene statueram tunc, rursus transscribo nunc. & pag. 907. Vocavit, ἐκάλεσε, scilic. ad suum regnum & gloriam, 1. Thes 2. 12. nempe per prædicationem Evangelij donando fidem in Christum, quæ à Theologis nominatur vocatio efficax & interna: nam est alia quam vocant externam, quæ fit per prædicationem Evangelij sine effectu fidei: de qua Christus Matth. 22. 14. Multi vocati,

cati, pauci electi. Ejusdem Piscatoris Judicio Synonyma sunt προόρισις, πρόγνωσις, προωρισμένοι, εὐδοκία, ἐκλογή, Sic enim ille pag. 910. Πρόγνωσις & προόρισις Paulo in hac doctrina de causis salutis idem significant, & ibid. εὐδοκία idem hic significet, quod πρόγνωσις & προόρισις. Parei ad h. l. p. m. 187. προέγνω igitur hebraismo significat, quos ab æterno ex perdita massa humana misericorditer in Christo pro suis cognovit, dilexit, elegit; Hebræis enim ידע cognoscere est amare, curam agere: Etiam maritalem concubitum vocant cognitionem, quia est intimi amoris conjugalis opus: ut Adam dicitur cognovisse Evam uxorem, Gen. 4. & ibid. p. 188. Hæc catena Apostoli vere aurea & indissolubilis doceat nos de æterno prædestinationis divinæ consilio, non secundum ratiocinia ingenij nostri, sed iuxta hoc verbum revelatum judicare, quod Deus ex massa perdita generis humani, nullis operum vel fidei prævisis meritis motus (quæ enim opera, quam fidem, in perditis prævidisset?) sed mera bonitate & misericordia, quos voluit, ab æterno præcognovit, elegit, discrevit, & destinavit ad conformitatem imaginis filij sui Christi, eosdemq; in tempore per Evangelium ad Christum vocat, per fidem justificat, Spiritu Sanctificat, & tandem glorificat. Molinæus in Synod. Dordr. sess. 141. pag. 398. Præcipui ponderis est, quod ibi Apostolus docet nos esse prædestinatos ad vocationem, & per vocationem ad justificationem. Quod si prædestinati sumus ad justificationem: ergo & ad fidem per quam justificamur. confer Embdanos ib. pag. 586. Summa glossæ est, diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum

num iis, qui arcano ac absoluto Dei beneplacito efficaciter h. e. irresistibiliter vocati sunt, nam quos prædecernendo adoptavit & discrevit, eos prædestinavit conformes fieri imagini filii sui, quos prædestinavit vocavit vocatione interna efficaci &c. hinc argumentum. Qui arcano DEI beneplacito prædefiniti sunt, ad fidem ex vocatione concipiendam, illi non ex prævisa fide, sed absolute sunt electi: At diligentes Deum de quibus hic sermo &c.

Resp. Committitur 1. parhermenia in voce προόζγνω, nã si idem significat quod prædecrevit, prædefinivit, prædestinavit, manifesta tautologia Apostolo impingitur. Igitur præscientiam in futuram fidem intentam notat, dilectione non exclusa quam demum sequitur prædestinatio. 2. Ἀντισκοπία. Apostoli Scopus est consolari diligentes Deum & ex dilectionis motivo adversa patienter sustinétes: at friget consolatio quoties incalescit absoluta prædestinatio. Finge enim solos arcano ac absoluto beneplacito electos intelligi voce diligentium Deum, semper Theophilos ἀπορία torquebit, utrumne diligant tanquam electi, an vero alia ratione per consequens utrumne ipsis utiles sint afflictiones nec ne? Item incurii dilectionis ex fide sua eliciendæ, persuasi fato se dilecturos Deum, fato passuros adversa, sicut & fato illa immittuntur. *Item vult Apostolus probare, electos esse conformandos imagini filij at si electi Calviniani prius*

*destinati sunt, vitæ æternæ quam Christus, quia propter eos Christus destinatus esse dicitur, dicendum fuisset potius, Christum prædestinatum fuisse ad conformitatem cum imagine eorum quam ipsos ad conformitatem cum imagine Christi. Inepte enim Christus primogenitus, id est, ut ipsi exponunt, non tantum dignitate præcipuus aut princeps, sed primus ordine, quod & vox imaginis postulare videtur, hoc loco diceretur. Primogeniti enim ij sunt, qui à Deo primi, & ante omnes electi sunt ad υἱοθεσίαν. At omnes qui electi ab ipsis dicuntur ante Christum electi sunt,* Ita non male Remonstrant. pag. 195. 3. Paralogistia, Ponamus enim præscientiam hic notare ipsam prædefinitionem, non tamen excludet prævisionem fidei alibi insinuatam, neque enim cæca aliqua prædefinitio concipienda est de Numine, sed quia prævidit quosdam constanter dilecturos, suaque dilectione fidem testaturos ideo prædefinivit. προθεσιν nominat Apostolus, Ergone absolutam? gratiæ; Ergò gratiæ absolutę, hoc fuerit colligere à genere ad speciem affirmativè opponitur hic πρόθεσις gratiosa, προθέσει Judaicæ meritis & propriæ justitiæ opinione inflatæ; non item conditioni prævisæ: determinat vocatos κατὰ πρόθεσιν: Ergo ajunt distinguit vocationem efficacem ab inefficaci. Concedo noo autem distinguit, eo modo quem ratio Calviniana fingit; sed vocatos κατὰ πρόθεσιν ab ἀκλήτοις παρὰ προθέσιν. ubi vitium non est in DEO vocante, sed homine vocationi obstrepero 4. Inconstantia. Alibi solatiorum sitibun-

bundos ab adytis absoluti decreti avocant, adq; vocationem temporalem remittunt: Hic Embdani ad ipsa penetralia à priori ducunt. Præstat auream salutis catenam eo modo confibulare, quem exhibuimus in hodosoph. Phænom. 7. pag. 375. vide elenchum anatomes Molinæi ex hoc loco παραλογίζεντος, institutum à Corvin. in Censur. cap. 21. pag. 504.

Episcopis tom. 2. oper. in observ. ad Rom. 8. pag. 392. ita astringit contra-Remonstrantes. *Alterutrum fateantur necesse est: aut verba hæc:* τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς ὄσιν, *id est, vocatis secundum propositum, distinctionis ergò addita esse præcedentibus, videlicet* τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν, *id est, iis qui diligunt Deum; aut expositionis ergò, ut fons & origo, vel potius causa indicaretur, qua factum fuerit, ut illi diligant Deum. Vtrum dixerint, ulcus tangant necesse est. Si prius dicant, jam necessum dicant Apostolum duos diligentium Deum ordines distinctos facere; alios qui vocati sunt secundum Dei propositum ad diligendum; alios qui non sunt vocati secundum hoc propositum: Apostolum verò verba sua intelligi velle non de his, sed de illis. At quis non videt quam noxia & periculosa sit eiusmodi distinctio, & quam valide per eam enervetur tota orationis Apostolicæ* ἐνέργεια? *Etenim si distinctio huiusmodi locum habere debebat, jam nulli eorũ ad quos scribebat Apostolus applicare sibi poterant Apostolicam illam enunciationem; diligentibus Deum omnia cedunt in bonum; quia nescire poterant, an cum diligerent jam Deum, ex ordine eorum diligentium essent, qui secundum propositum*

tum vocati essent ad diligendum, nec ne. Etenim nec à priore scire poterant quod dilectio illa, qua Deum diligebant, esset dilectio quæ à vocatione secundum propositum profecta esset, nisi hoc ipsis speciali revelatione a Deo patefieret. Quis enim propositum Dei à priore nosse sine revelatione posset? At hoc non patefaciebat omnibus Deus; imo nullus hoc patefaciebat, ut fatentur ij ipsi, qui sententiam istam tenent. Nec poterant scire à posteriori. Etenim si dilectio Dei aliqua esse potest, quæ non oriatur ex vocatione secundum propositum, quomodo ex dilectione Dei colligere poterant, se esse verè diligentes, ac proinde adversa illa quæ patiebantur sibi etiam cessura in bonum? id certè est ἀκατάληπτον. Si dicant posterius, videlicet verba hæc expositionis ergo subjecta esse, ad indicandam causam unde fides & dilectio Dei orta sit, jam non minus enervatur orationis Apostolicæ huius & totius Evangelicæ vocationis vis & efficacia 1. Quia supponitur ex parte Dei certum propositum esse, quo aliquos destinat ad salutem æternam decreto peremptorio, absque ulla consideratione fidei aut obedientiæ, contradistincte ab eo quo absque intuitu obedientiæ propriæ ac vincibilis, alios destinat ad æternam damnationem & gehennæ perpetua tormenta; quod profecto religioni omni inimicissimum platcium est. 2. supponitur aliquos vocari à DEO ad salutem, quos ipse salvare aut sufficiente ad salutem consequendam gratia donare non proposuit ad gloriam suam non salvare: quod repugnat non tantum pluribus & evidentibus Sacrarum literarum testimoniis, sed & sapientiæ, bonitati & æquitati sive rectitudini illi, quam excellentissimè in operibus Dei elucere debere recta ratio

indicat

*indicat. Quomodo enim sapienter, ac non potius ridicule? quomodo clementer ac non potius crudeliter? quomodo seriò, ac non potius hypocriticè & veteratoriè agere dicetur Deus, si creaturas suas non tantum miseras esse velit sine propria ipsarum culpa, sed & miseris illudere velit, vocando eos ad salutem, & promissis minis, querelis, precibus, obtestationibus, lachrymis eos solicitando & invitando, tanquam si ijs optime vellet, nihilque à parte sua omitteret, quod ad eorum salutem promovendam facere aliquo modo potest: quum tamen nihil minus quam salutem earum velit, & quæ ad eam necessaria sunt, adhibeat aut adhiberi curet? 3. Quia dicendum erit Apostolum vi huius expositionis subiunctæ, indicasse dilectionem illam Dei quam fidelibus Romanis tribuit, non esse actum obedientiæ illorum, sed actum tantum divinæ gratiæ efficacis, in illis ex vi propositi ante greßi, veluti in subiecto jure pure paßivum productum, & ab illis sic receptum: Quod ipsum annon obedientiæ ipsius præstantiam, ac proinde adhortationem omnium Apostolicarum ad obedientiam suadendam, facientium vim, contrariæque inobedientiæ indignitatem & malitiam, quæque ad eam dissuadendam faciunt rationum pondera ac momenta omninò elidat atque enervet, Lectori pio judicandum relinquo.*

§ 85. I. Cor. IV. 7.

Τίς σε διακέινει. Quis te dijudicat, quid habes quod non acceperis? Homo non seipsum discrevit. Ergo electio est absoluta. Insulsa consequentia à gratia electionis ad Charismaticam, quæ in reprobos etiam cadit.

Utra-

Utraque gratuita quidem & precaria est, sed illa fidem intuetur, hæc per infideles quoque dispensatur. Math. 7.

Juvat hic denuo sedere ad pedes Gamalielis nostri Mentzeri, & audire ejus responsum, quo confundit Crocium in resp. ad defens. sec. part. c. 12. p. 130. *Solus est Deus, summus ille judex & justissimus, qui nos discernit: à quo uno, largissimo datore, habemus omnia ad salutem necessaria: dedit enim nobis Christum redemptum, donat nobis verbum suum, largitur, illud per fidem, & justitiam & vitam æternã. A nobis nil quicquam habemus, nihil quicquam possumus: ac ne quidem in statu naturali possumus ducere spiritum sine Deo. Quare non nos ipsi nos salvamus, non ipsi nos discernimus. Sed Deus. Vbi vero nos discernit? Non in creatione: omnes enim indifferenter in Adamo conditi sumus ad Dei imaginem: non in lapsu: omnes enim peccavimus, & omnes fuimus ex Paradiso ejecti: non in promulgatione Evangelij de Meßia, facta in Adamo toti generi humano: non in missione filij quem dedit toti mundo: non in Christi satisfactione, qua mundum reconciliavit Deo: non in prædicatione Evangelij, ex mandato Christi in toto mundo annunciandi: In his, inquam nulla potest ostendi hominum discretio, quorum alij verbum contemnunt, alij audiunt sine fructu, alij audiunt & credunt. Vide parabolam Christi de seminante & semine. Matth. 13. Luc. 8. Vnde vero illa hominum discretio? Num homines ipsi discernunt seipsos? Audiamus Apostolica verba Hebr. 4. v. 12. Vivus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipit, & pertingens usque ad Divisionem*

visionem animæ & Spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum cordis. Deus igitur per verbum suum discernit nos, credentes ab incredulis. Qualis etiã futura est discretio in æterno judicio. Matth. 25. v. 32 Et fides, quæ donum Dei est, discernit nos ab infidelibus. Et studium pietatis, munus Spiritus Sancti, discernit nos ab impijs & Epicureis. Objicis: Vnde tibi discendi studium præ illo? Donum Dei est. Quidni etiam alteri datum? Commendo in me infinitam Dei gratiam & misericordiam, eamque ex animo precor præstari omnibus hominibus, ut & ipsi agnoscant Divinam erga se misericordiam Dei, dantis etiam ipsis filium redemptorem, & Evangelium per suos ministros annunciantis & in eo offerentis remissionem peccatorum & vitam æternam. Absit ab homine Christiano, ut invidentiæ arguat Deum, vocantem quidem homines ad Christum, sed denegantem eis gratiam & vires, quo minus audire Evangelium, & ad Christum venire possint. Nam qui dedit filium suum unigenitum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? Rom. 8. v. 32.

§ 86. Ephes. I. 4. 5. 6.

Καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους, καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ. Προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, Εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. Sicut elegit nos in ipso ante jactum mundi fundamentum, ut simus sancti & inculpati in conspectu ejus cum charitate. Qui prædestinavit nos, quos adoptaret in fi-

in filios per Jesum Christum in sese, pro benevolo affectu voluntatis suæ. Ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, qua nos gratis sibi acceptos effecit in illo dilecto. Glossa Calvini sic habet l. 3. institut. cap. 22. pag. 329. *Electos fuisse dicens ante creatum mundum, omnem dignitatis respectum tollit. Quæ enim discriminis ratio inter eos, qui nondum erant, & qui in deinde Adam pares futuri erant?* & p. 330. *Quod additur, fuisse electos, ut essent sancti, errorem aperte refutat qui electionem ex præscientia deducit, quando teclamat Paulus, quicquid virtutis in hominibus apparet, electionis esse effectum. Dic enim, quoniam futuros prævidit sanctos, ideo elegit: & ordinem Pauli invertes. Sic ergo tuto colligere potes, Si elegit nos ut sancti essemus, non elegit quia futuros tales prævidebat. Idipsum quod dixerat, videtur magis postea confirmare, ubi ait, secundum propositum voluntatis suæ, quod proposuerat in semetipso. Siquidem Deum in semetipso proposuisse, perinde valet, ac si diceretur nihil extra se considerasse, cuius rationem in decernendo haberet, Itaque protinus subjicit huc pertinere totam electionis nostræ summam, ut simus in laudem divinæ gratiæ. Certè Dei gratia non sola prædicari in Electione nostra meretur, nisi hæc gratuita sit. Porro hæc gratuita non erit, si in suis eligendis Deus ipse qualia sunt futura cuiusque opera reputat.*

Resp. ad. 1. Non sequitur electio est ante secularis, E. sine ullius dignitatis, sive activæ (in Christo) sive passivæ in fidelibus quos forte hac Deus diguatur, respectu. oculus antesecularis

cularis potest esse secularium futurorum contemplator. ad 2. perinde inepte colligas ac de architecto, is destinat ædificare ut domum conficiat, Ergo non ædificat, quia in ideâ demum talé futuram prævidit. Non repugnant ut idea ante prævisa & post facta, ita sanctitas in Christo prævisa, & sanctitas à Christo in tempore data. Ad 3. nec repugnat in semetipso aliquod proponere, ad quod sis commotus aliquo extraneo motivo: id in consiliis etiam humanis frequens est & quotidianum. Ad 4. Si τὸ gratuitum omne meritum excludit, excludet etiam merita & satisfactiones Christi. Quid igitur differt Calvinus à Socino? Instat Molinæus in anatom. Armin. *Si benedictiones spirituales, ac proinde fides nobis sunt datæ secundum electionem æternam, & prout eramus electi. Ergo electio prior est istis benedictionibus & ordine & tempore. consentaneum non est* (ita Maccov. disp. 11 de prædest. pag. 31.) *ut Deus dicatur eligere propter aliquid quod ipse daturus est. non ens donum Dei dici non potest.* In forma sic habet Syllogismus. Quicquid est datum secundum electione æternam, id electione non est prius. at fides est data &c. Resp. Neg. Major, quia fides quâ salvifica, non tam est χάρισμα cœlitus oblatum, quam manus oblati beneficii capax: ac prius ordine fidelem esse oportet, in quem benedictio cadit. Unde Apostolus hoc eodem loco Eph. 1. 13. clare scribit, postea-quam credidistis, obsignati estis Spiritu promissio-

promissionum Sancto. nec insolens est dare donum post prævisionem acceptationis doni. si quis Titius omnes futuros eventus prævidere posset, legaret Sempronio bona nondum acquisita sed adhuc acquiribilia, quia prævidet à Sempronio accipienda fore. est enim omnino discrimen hîc attendendũ inter fidẽ quæ salvifica & fidei salvificæ actum, effectum, lumen. Fides salvifica est manus mendica apprehendens cœlestes benedictiones quas cum amplexa est, accipit lumen fidei ut virtutem, ut Charisma divinum illa qua prę visa, electione prior est non ut ens præexistens, sed ut finis movens voluntatem, antequam existit. lumen fidei ut virtus est donum temporale. Neque repugnant hæc duo, esse motivum amoris & simul donum amantis. illustre exemplum extat Cant. 4.9. ubi sponsus de sponsæ suo oculo, & torq; suis scilicet donis profitetur, isto oculo & torque suum animum raptum esse.

§ 87. I. Petr. II. 8.

Προσκόπτουσι τῷ λόγῳ ἀπειθοῦντες εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν. Qui offendunt verbo, nec credunt, in quod & positi sunt.

Annotatio Bezæ hæc est, p. 567. εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν. i. e. ἐξηγέρθησαν, *ut legitur ad Rom. 9.17. vel* κατηρτίσθησαν, *ut ad Rom. 9.22. nisi malimus constitutos, id est ordinatos dicere, ut idem verbum sumus interpretati. Ioh. 15. 16. Act. 13. 47. & alys locis. Sed a quo tandem positi vel excitati, vel coagmentati seu efficti, vel denique*

denique constituti & ordinati sunt? Num à seipsis? Hoc vero absurdius est, quam ut refutatione indigeat, ut diximus Rom. 9. 22. & nullum dubitationi locum relinquit aliorum locorum collatio. Ego, inquit, excitavi te ut ostendam in te potentiam meam, Rom. 9. 17. Deus, inquit Salomon fecit omnia propter se, etiam impium ad diem malum, Proverb. 16. 4. iste, (inquit Simeon, Luc. 2.34.) κεῖται, positus est, ad ruinam & resurrectionem multorum. Cedo vero à quo positus? ab eo videlicet qui de hac ipsa re loquens Rom. 9.33. Ego pono in Sion, inquit, lapidem offendiculi, &c. Non enim melior erit Esaiæ interpres quærendus, quam sit Paulus, qui pro eo quod dixerat Esaias, Et erit, scripsit; ἰδὲ τίθημι, Ecce pono. Quomodo etiam Esaias 40. 6. Posui te, inquit, pro luce gentium, ut jam non possimus dubitare, quin verbum τιθέναι, sive electos sive reprobos consideres, Dei conditoris consilium respiciat. Ecce enim Ioh. 15.16 quum dixisset, ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, ego elegi vos, statim subjicit, κἀτέθηκα ὑμᾶς, & posui vos. Hæc ergo est hujus loci sententia, Duo esse Iudæorum genera: (Iudæis enim scribit Petrus) unum eorum, qui Christum sunt amplexi, quibus Christus est honori, alterum eorum, qui sunt immorigeri, quibus Christus est offendiculo, prout etiam ad hoc ipsum a Deo sunt constituti. hæc ille! Piscatoris nota sic habet p. 1415. Illud scandalum tollit commemorationē voluntatis Dei: in qua nimirum tanquam justa & sancta, omnibus pijs est acquiescendum. hoc significat v. 8. ubi ait, incredulos illos, qui ad sermonem Evangelij offendunt, ad hoc ipsum esse positos, id est, à Deo prædestinatos Et in observat. 3. Iudicio mundi rejicientis

*Christum, opponendum est judicium Dei, eundem approbantis, atque etiam reprobos ad hanc ipsam incredulitatem ordinantis: quod illius decretum quin justissimum sit, dubitare nefas est; licet nos illius justitiæ ratio lateat.* Summatim Deus est, qui ad ἀπείθειαν Judæos refractarios ab æterno prædestinavit, in tempore condidit.

Numera vitia 1. *inconsequentiæ.* Positi sunt, ergo absolute prædestinati. annon etiam hic sensus esse posset, εἰς ὃ, pro ἐφ' ᾧ. *Propter quod seu hoc ipsum, quod sua culpa pergunt offendere & reluctari, etiam sunt à Deo juste sepositi & segregati à credentibus & electis, jam ante jacta mundi fundamenta.* Ita Tarnovius exerc. bibl. p. 884. Item 2. Positi sunt, ergo ab aliquo extraneo auctore. *non enim necesse est* (ita Flacius in verbo Pono p. 1218.) *semper verbis passivis mox autorem, à quo ea actio profluiscitur, dari: sæpe enim tum activa, tum passiva hebræorum verba simpliciter tantum existentiam significant. ut Rom. 7. Ego venditus sum sub peccatum. Vbi non necesse est intelligere, me à Deo & quovis alio venditum esse, sed simpliciter indicat Paulus, hominem esse mancipium originalis peccati. Positi sunt:* Ergo à DEO positi sunt, tanquam non à Sathana. Cujus hic effectus proprius est & domesticus, Joh. 8. 44. 2. Cor. 4. 3. 4. 2. Tim. 2. 26. hinc Aretius ad h. l. *Quis illos sic posuit, ut essent vasa iræ ad interitum coagmentata? Non Deus certe qui boni autor est & ordinis, non mali aut ἀταξίας, Sed Satan tales posuit & innata malitia, nec est opus in causarum peccati inquisitione alio progredi*

quam

*quam ad naturam nostram. Latent enim in nobis, non in Deo eius causa. Rursus positi sunt.* Ergo à Deo prædestinãte. quid si à Deo juxta voluntaté consequentem, puniente, hoc quidem sensu gerũdiano, impingunt non credendo, lędunt semetipsos, ruunt, ad quem lapsum suo sibi jumento accersitũ cœlitus sunt justo judicio positi. Sicut diceret judex proscripto sive bandito (certa conditione conciliabili, ut si illam amplecteretur, viveret sospes: sin; cederet carnifici victima) incidit in rotam, gladiumve non amplectendo conditionem præscriptam, ad quem casum meo judicio adjudicatus est, non mea sed sua unius culpa. Ergo 3. positi sunt εἰς ἀπείθειαν. Quid si εἰς πίστιν λόγ., (per enallogen τῆ ὃν pro ὃ) ut Evangelio credant; *ad quod tamen olim per Prophetas vocati sunt, & in hoc positi voluntate beneficâ Dei, ut id verbum eis primò prædicaretur, quemadmodum Paulus & Barnabas Actor. 13. ajunt: vobis oportebat (scil. juxta promissiones in Scriptura Prophetica expressas) primò prædicari sermonem: sed quia repellitis illum, & indignos vos judicatis vita æterna: ecce ad gentes convertimur.* Ita Ægid. Hunn. qq. de prædest. p. 149. Sanè quælibet alia expositio apprehenda est, quam ut grande illud paradoxon admittatur, Deum ad causam damnationis quempiam vel prædestinasse vel creasse: Deum in id quosdam creasse ut rejiciant θεάτια θῦ: voluisse inobedientiam voluntati suæ contrariã, hoc est, noluisse, quod voluit, voluisse quod noluit

( quod manifeste implicat ) & tamen ob hanc repulsam e diris simis flammis adjudicasse. Cumulat hic Piscator loca parallela in Schol. h. l. p. 1417. τὸ ὡρισμένον, id est, constituti & ordinati, nempe Decreto Dei, Joh. 15. 16. Act. 13. 47. 1. Thess. 5. 9. ep. Jud. v. 4. Rom. 9. 17. Resp. In loco Johannæo positio Deo digna ad fructus bonos intimatur, aliena prorsus à præsenti Petrino loco. Ita & in actibus τὸ posui ad Christū refertur ad caput prædestinatum: hic vero de reprobis sermo est. De loco Apostolico ad Romanos paulò post agetur. In Ep. Judę dicuntur præscripti ad judicium Ergo, voluntate consequente judiciaria, non antecedanea prædestinante vide hodosoph. p. 386.

Altera Classis Rationum velis invecta.

§ 88. Colligit 1. ex eventu. Si Deus vellet omnes homines salvari, omnes salvarentur. Resp. si Deus vellet omnes homines legi suo parere omnes parerent. at non parent omnes E. non vult eos parere. quicquid hic rectè respondebis responsum illic habeto. sed infra de hoc argumento plura. II. Fides est effectus Prædestinationis. E. non est causa motiva. Jst (ita Masson. part. 1. p. 1635.) der Glaub ein Gaab Gottes: so ist er nicht im Menschen zuvor ersehen/ so ist Gott auch dadurch nicht bewogen worden/ etliche Menschen darum zuerwehlen. Sintemahl auch D. Luther gleichermassen commentiret vber die Epist. ad Rom. am 9. 10. vnd 11. Capit. lehret Paulus von der ewigen Versehung Gottes daher

vrsprung-

ursprünglich fleisset/wer glauben oder nicht glauben soll. Confer Maccov. p. 31. Resp. Conseq. nihili! Sicut enim Christus mediator est, donũ Dei reconciliantis sibi genus humanum, & tamen causa motiva illius reconciliationis; Ita Fides prævisa vel potius Christus creditus est & Donum Dei & causa motiva electionis. Nihil hic repugnat. Verba Lutheri de consequenti, non tamen necessario de effectu consequenti exponi possunt. ex electione (quæ pertinet ad voluntatem consequentem qua fides prævisa ut prior concipitur) sequitur fides actualis, non ut effectus adæquatus ex causa, sed ut ex aurora dies. Reprobatio (inquit Polanus tom. 1. l. 4. c. 10. p. 1619.) antecedit damnationem, sed non ut causa, verum ut adjunctum antecedens. Omnis quidem causa est quoddam antecedens, sed nõ omne antecedens est causa.

§ 89. Tertia Classis absurda intentat.

Ita enim Dordraceni p. 536. *Si impœnitentia & incredulitas est causa, cur Deus elapso genere humano quosdam præterierit, seu quorundam non misereri decreverit; omnes omnino homines, nullo excepto, fuissent prætereundi: Ratio est: quia omnes omnino homines in peccatum prolapsi. At consequens est absurdum. Ergo & antecedens.* Confer Palatinos ibid. p. 514.

Resp. disting. inter ἁμαρτίαν simplicem & originalem; & inter ἁμαρτίαν actualem & perseverãtem. juxta hujus non illius prævisionem, præritio decreta est. Ἁμαρτία originali omnes sumus

mus pares, actuali & pertinaci non item. Crocius in defens. part. 2. convers. cap. 12. pag. 315. hoc absurdum confibulat. *Posito electionis decreto quidam infallibiliter servantur. Rom. 8. 30. Ioh. 10. 28. At posito decreto, quod Deus velit omnes credentes servare, non necessario quidem servantur, sed salvo decreto fieri potest, ut nemo servetur. Nam quid si nemo in Christum crederet, an aliquis servaretur? prorsus nemo. Sed annon staret Dei decretum, quod vult omnes credentes servare? Omnino. concludo igitur: aut stante electionis decreto fieri potest ut nemo servetur, aut decretum credentes servandi non est integrum electionis decretum.*

Resp. 1. nihil est absurdi (ἐν θέσει loquendo) salvo decreto conditionato neminem assequi decreti finem: potest e. g. Agonothetes jaculatoribus aliquod brabeum proponere, atque hunc in modum decernere. Quisquis metam hanc in puncto feriet, brabeum obtinebit. Salvo hoc decreto, fieri potest ut nemo feriat punctum scopi. 2. Moraliter impossibile est ut nemo credat, etsi enim in descensu distributivo ac sensu diviso dicere non fas sit, hic necessario credit, ille necessario credit; tamen in descensu confuso & sensu composito verum est, aliquos vel hunc vel illum (suppositio, Deum velle mittere Messiam Regem, nec hunc regem sine regno fore) necessario credere: saltem quos impervincibili ratione ad se Deus trahit (de quibusdam enim extra ordinem hoc fieri, e. g. Paulo irresistibili quadam ratione pervicto in viâ

Dama-

Damascena nolumus negare) eos impossibile est non credere. Molinæus in Synod. Dordr. sess. 141. nec, (inquit p. 398.) *Electio ex fide prævisa potest vocari electio, sed potius admissio seu receptio eius, qui ultro venit ad Christum, & qui prius Deum elegit in quo fiduciam poneret, quam à Deo eligeretur. Quid, quod hac ratione omnes infantes immatura morte præreptí, ab electione excluduntur. Quippe qui non possunt dici electi ex prævisa fide.* Confer Britannorum judicia ib. p. 499. *Denique si electi sumus ex prævisa perseverantia in fide, nemo potest nec debet credere se electum esse: Sic enim crederet rem, quæ nondum est, & quæ ordine posterior est fide, & perseverantia in fide: sed debet juxta Arminiũ, sic secum loqui. Si perseveravero in fide ero electus. Hæc illi inaniter & ex falsis hypothesibus, tanquam fides esset aliquod opus, quo Deus eligeretur, nec posset electio esse conditione affecta; tanquam in Infantes fides non caderet; tanquam ad ἀσφάλειαν electionis necessaria esset absoluta electio: tanquam futuritio cognitionis inferat futuritionem electionis nondum factæ. De Paulo adhuc lupo verum fuit dicere, si Paulus convertetur, cognoscetur quod sit electus, nũ ideo eius electio non fuit in æternitate?*

Britanni in Synod. Dordr. p. 493. scribunt, *stante decreto conditionato, poterunt nihilominus omnes mortales prorsus reprobari: poterit nulla in terris manere, nulla omnino fuisse, aut fore Dei Ecclesia:* Hæc illi subtiliter, sed frustra. Nam ut singulæ Ecclesiæ sunt deficibiles, totum tamen Ecclesiæ deficere nequit: Illud juxta nobiscum docent Reformati, hoc non permittunt promissa Christi.

Ita

Ita singuli homines in sensu Diviso, possent esse reprobi: at in sensu composito, si Christus semper habebit aliquam Ecclesiam, fieri nequit, ut totum humanæ creaturæ in reproborum censum deficiat. Ita logicorum pueri norunt verum esse posse ut tibi certam thalerorum Imperialium summam debeam, nec tamen divisim hunc thalerum, non istum, & sic eundo per omnes, non istum, non istum. Item in Corintho esse Deo magnum populum Act. 18. 10. etsi definitè dicere non possum, hic necessario pertinet ad populum Dei, illen ecessario pertinet &c.

Iidem Britanni ut Pelagianismi nobis dicam impingant, sic inferunt, ibid. pag. 495. *Pari ratione ab electione excludenda est prævisa fides, qua prævisa opera. Aeque scil. dici poterit Deus elegisse sanctos propter conditionem sanctificationis annexam, ac credentes propter conditionem fidei. Neq; enim obscurum est fidem hanc prævisam penitus transire in naturam operis: quod apertius constat ex adjecta conditione perseverantiæ, quæ certe nil aliud quam obedientia, sanctimonia, ac bonorum operum segetem complectitur.* At per nos fides qua justifica nullatenus in circum bonorū operum ingreditur, passiva magis est, quam activa, organum receptivum quam effectivum. Perseverantia præcisè sumta fidei non addit aliquam aut qualitatem aut virtutem, sed solam durationem, cujus utpote quantitatis non est efficacia: quamvis fidem perseverantem comitetur obedientia & sanctimonia.

Iidem ibid. pag. 497. *Nec poterit quidem ulla figi electio definita ad gratiam efficacem, ad fidem, ad adoptionem (Ephes. 1. 5. &c.) si hæc considerentur ut pendula: nec perstitura erit a Deo futura electi perseverantia, sed prævisa tantum in homine eligendo.* Vanissimè ista! Non enim cæca est electio & futurorum (ut est humana) ignara, neque subsequitur fidem actualem ut temporaria; sed est actus æternus ex prævisione fidei futuræ sancitus.

# ANALYSIS

## Cap. IX. ad Rom.

§. 90. HActenus prima βδελύγματος ratio, cur absolutum Decretum DEO sit exosum. Altera ratio est τὸ ἄγραφον, quia in Scriptura S. ignoratum. Hîc vero alazoniæ non est finis, meras hic scripturas jactant, crepant, ebulliunt. Calvinus l. 3. de instit. cap. 21. §. 1. pag. 325. *Quæ nobis patifacienda censuit voluntatis suæ arcana ea verbo suo prodidit. Censuit autem, quatenus nostra interesse nobisq; conducere providebat. Hæc cogitatio si apud nos valeat, Verbum Domini unicam esse viam quæ ad investigandum quicquid teneri de eo fas est nos deducat; unicum esse lumen, quod ad perspiciendum quicquid de ipso conspici oportet nobis præluceat: facile nos ab omni temeritate retinebit ac cohibebit. Sciemus enim, ubi primum verbi fines excesserimus, nobis extra iram & in tenebris esse cursum, in quo errare, labi, impingere identidem, necesse sit. Sit igitur primùm nobis hoc præ oculis, aliam prædestinationis notitiam appetere quam quæ verbo DEI explicatur, non minoris esse insaniæ, quam si quis vel per invium incedere, vel in tenebris cænare velit. Una causa* (scribit Spanh. ep. ad Cottier. pag. 27.) *universalis gratiæ negandæ, & Augustino & nostris fuit, quia Dogma istud & ἄγραφον est, & ἀντίγραφον.* At vero dum castella muniunt, arcem produnt ipso τῷ ὠσικῷ sui Decreti. *Quicquid* (ita concludit noster D. Mentzer. in Resp. ad defens. Crocii cap. 12. pag. 106.) *in Divinis scripturis*

*pturis non habetur, non pertinet ad Christianam fidem. Absolutum Decretum sive arcana illa DEI voluntas in scripturis non habetur: quod fatentur Decreti illius patroni, opponentes voluntatem signi, quæ verbo exprimitur, & voluntatem beneplaciti, quam vocant absconditam. Ergo absolutum illud decretum, sive arcana illa Dei voluntas non pertinet ad Christianam fidem. Quisquis jubet non acquiescere in revelato Evangelij verbo, sed ulterius progreditur ad ea, quæ in scripturis non habentur: is à Scripturis Divinis homines abducit. Patroni absoluti Decreti id faciunt. Negant enim subsistendum esse in voluntate Dei in Scripturis revelata & proposita, quam dicunt non semper impleri, & fingunt voluntatem arcanam, quæ semper fiat. Vide Zanchium de naturâ Dei. libr. 3. cap. 3. quæst. 3. Quod quid est aliud, quam scrutari divinam majestatem, & abjecto Evangelio indulgere propriis speculationibus?* & ibid. p. 107. *hîc pedem figant adversarij, ut nobis diserte respondeant, sintne in Evangelio illa omnia exposita, quæ ad nostram salutem requiruntur, sive minus? Si affirmant: sequitur mera esse figmenta, quæ hactenus de absoluto & arcano Dei beneplacito dixerunt & scripserunt. Si negant, transeunt ad Scholam humanarum traditionum, & Euangelium traducunt tanquam doctrinam imperfectam, in qua summum caput, & primaria causa nostræ salutis non sit exposita.*

§ 91. Arx quasi & castrum quo hoc idolum se munivit *Caput IX. ad Romanos est*, miserè detortum. Ita enim Josephus Hallus Wigornienſis Decanus in exhortatione ad Synodum Dor-

Dordrac. sess. 16. pag. 59. *Quo nempe recurrant fratres de jure hæreditatis contendentes, nisi ad Patris testamentum? hoc à nemine negari potest*, ibidem, *nullum esse paginæ utriusvis locum, qui æque plene, perspicue, deditave opera disquisierit hoc prædestinationis caput, ac celeberrimus ille, qui habetur ad Romanos nono. Agite ergo (viri judices) si me auditis, jubete ut pars utraque litigantium, brevem, claram, apertamque sine fuco, sine ambagibus illius loci paraphrasin Sanctæ Synodo, fraterna manu exhibeat. Fieri non potest, quin præeunti hac face divina, se veritas, pijs ingenuisque oculis conspiciendam sit præbitura.* Confer in eadem Synodo Molinæum. pag. 396. Amyrald. in defens. sent. Calvin. cap. 15. p. 227. Evolvantur scripta adversaria de prædestinationis argumento concepta *vix tot autumno decidunt quercubus frondes, quot ibi occurrent avulsæ ex eius contextu pericopæ. Interesto disputationibus, ad ravim usque ingeminantes audies, Iacob Dilexi, Esau odio habui: O Homo tu quis es qui respondes Deo: Annon habet potestatem figulis, &c. Imo nonnullos confitentes audias, se, nisi hujus capitis auctoritate moverentur, non gravate illi sententiæ renunciaturos*, Hæc editor operum Simonis Episcopii. & ibid. pag. 389. *Hinc videas istud, in ore omnium pæne quibus opinio ista adlibuit, adeo tritum usitatumque esse, ut simul atque de prædestinatione vel levis incidit vellitatio, huius unius capitis, tanquam Aegidis alicuius obtentu, eam abunde defensam propugnatamque putent. Et, si scripta eorum consulas, hoc unum caput passim utramque paginam facere, eiusque commota nonnulla,*

laboran-

*laboranti causæ veluti primarios tibicines ubique substerni cernere est. Tolle ea, sine succo, sanguine, nervis, anima ac spiritu erunt jacebuntque,*

*Veluti ingentes litore trunci.*

Castri hujus quasi centrum, ad quod peripheria tota omnibus lineis terminatur, quo loci omnia totius capitis noni momenta concentrabimus, quorsum & Piscator suam absoluti Decreti basin refert, *est Oraculum Malachianum* ab Apostolo repetitum. **אחב את יעקב ואת עשו שנאתי** τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα, *Iacob dilexi, Esau vero odio habui. Hoc est illud mare periculosũ in quo, qui Cynosuram verbi Divini, quod omne consilium Dei nobis revelavit, non attendit, naufragium fidei, præter opinionem facit*, Judicio D. Balduini. in Analyt. pag. 603. Hic scopulus est ad quem ratis non una allisa periit, quæ cerebri sui Pharum sequi maluit quam cœli. Hic nobile verum, heu quot Pseudo glossis, paralogismis, delirantibus πάθεσι ceu carceribus ligatum captumque jacet. Hic locus est δυσνοήτων, ὃν οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. 2. Petr. 3 16. ac ideo inter δυσνόητα relatus à Jac. Laurentio. noster D. Ægid. Hunn. ad h. l. p. m. 303. nihil dubitat asserere Petrum huc potissimum respexisse, cum τὰ δυσνόητα Paulina notavit. Ac ideo non est, quod Joseph. Hallus contendit, fax clarissima, à qua reliquis de hoc argumento tractantibus oraculis lux affundenda; non est mensura prima interpretationis,

non

non est τὸ ἀφ' ἑνὸς πρὸς ἓν, sed aliis clarioribus Scripturæ S. testimoniis illustrandus. Quam igitur absurdus Bellarminus cum sacrificium Missaticum obtenturus in acie ponit typum Melchisedechianum δυσερμήνευτον Apostolo teste, in interpretabilem Bellarmino interprete l. 1. de Missa c. 6, tam absurdi sunt qui cum Hallo hallucinantur, atque hunc locum pro suo decreto inprimis ac præcipuis habent. Conf. D. Taufrer. disp. apolog. 1. contra Piscat. Thes. 8. Est hic locus scopo apologeticus, methodo dialogisticus, sensu opacus, non tamen desperatæ lucis. blasphema vox fuit si verum quod de quodam Arminiano Ministro memorat Jacob. Laurent. l. cit. p. 254. *se paratum esse probare, nonum Caput Epistolæ ad Romanos, ab initio usque ad finem, non esse verbum Dei.* Itemque de alio. *Potuisse Paulum aliud quid egisse, quam tam multa de prædestinatione scribere.*

Δύσκολα τὰ καλά. Ingrediamur adyta face & viatico bonæ interpretationis instructi. Absit ut defugiamus has Spiritus Calviniani latebras, in quas ut tutior esset ac ageret insidiosius corripsit, ad certamen evocandus. Ingrediamur ἐκ ἀμαθεῖς καὶ ἀσήεικτοι sed illis subsidiis, illa methodo, quam Deus scripturis illustrandis præscripsit: Ingrediamur non occupati, sequentes monitum Iustini Martyris ep. ad Diognet. Age, ait ille, postquam teipsum *à cunctis cogitationibus mentem tuam præoccupantibus expur-*

expurgaveris (καθάρῃς σεαυτὸν ἀπὸ πάντων τῶν παρεμπεσόντων σοὶ τὴν διάνοιαν λογισμῶν) & consuetudinem, qua te decepit, tanquam impedimentum aliquod rejeceris, & factus fueris velut ab initio, novus homo, auditor, (lector) futurus &c. agite! cœlesti ope, gratia, luce prius implorata ingrediemur difficilem locum, συγκείσει primum usi ad indaginem veri ac Divini sensus; deinde ἀνακείσει ad elenchum sensus afflicti, roborati errorum immanium traducis.

§ 92 Σύγκρισις 1. λέξεως hîc præcipue attendenda.

*Anathema.* Budæo (quem citat Beza ad h. l. p. 102.) ἀναθέματα dici tradit homines sacros, id est, quorum capita inferis dicata sunt & devota: ἀναθήματα vero donaria diis consecrata, & utrumque derivat παρὰ τὸ ἀναπθέναι, id est, ἀνάπτειν. quod & illorum hominum detestatio soleat in cippis exposita proscribi; & ista in parietibus ac columnis templorum suspendi.

*Iacob. Esau, Isaac, Ismael.* nomina sunt Propria sed & patronymica, ac usitatissimè Rom. 9. 31. cap. 10. 1. non personas solum in individuo, sed totâ gentis propaginem ab una stirpe derivatâ notant. vide Ravanell. ad nomen Jacob. p. 734.

אהב *dilexi.* dilectio vel est generalis benevolentiæ, Marc. 10. 21. vel particularis amicitiæ, Joh. 11. 3. 5. 36. Eadem vel terminatur ad beneficia secularia Deut. 33. 12. Nehem. 13. 26. Esai. 48. 14. vel ad beneficia gratiæ gloriæve

Rom.

Roman. 11. 28. Coloss. 3. 12. 1. Timoth. 6. 2. agnoscit has distinctiones Ravanell. pag. 464. שנאתי *Odio habui.* Odium vel est positivum, ubi odisse est contemnere, rejicere, oppugnare, exempla collegit Ravanell. in voce odium. p. 183. & hoc iterum vel est odium abominationis, ad peccatum terminatæ, Ps. 45. 8. vel inimicitiæ ad peccatorem relatæ. Ps. 5. 7. utrumque conjungitur Sap. 14. 9. Vel comparativum, ubi odisse est, eodem interprete l. cit minus amare (v. Ravanell. p. 182.) Luc. 14. 26. Collato cum Matth. 10. 37. Johann. 12. 25. Sic exosa dicitur mulier, quæ minus dilecta est, quam alia: Genes. 29. v. 31. 33. collatis cum v. 30. Deutr. 21. v. 15. 16. odit filium, qui parcit virgæ Proverb. 13. 24. non sanè odio positivo, quale tenerrima σοργὴ non admittit, sed comparativo. *Odij nomen* (ita Rivet ad Genes. exerc. 114. pag. 558.) *in Scriptura variè accipitur, nempe vel sensu affirmato, vel sensu negato. odium sensu affirmato dicitur, quod alias odium inimicitiæ, quod in eo quem odio quis prosequitur, supponit aliquid odio dignum. Quale est odium peccati, & odium Dei, ratione hominum peccantium, qua tales sunt. Tum enim odisse nihil aliud est quam abhorrere & punire velle. Odium autem sensu negato intelligitur, quando is, quem odisse dicimus, non vult ei quem odit dare aliquod bonum; quod etiam dicitur odium per compationem. Cum enim inter duos, alioquin non impares, tale ponitur discrimen, ut unum præferamus alij in largitionibus gratuitis, tum ille dicitur exosus, qui negligi-*

*tur &*

*tur & nihil accipit, dilectus contra, qui præfertur, & bonum recipit quod alteri denegatur. Sic enim aliquando in scripturis, odisse accipitur pro eo quod est post habere, negligere, non curare, præ alio contemnere, Iudic. 14. v. 17. Luc. 14. 26. Iohann, 12. 25.* Et Heinsuis in Exercit. N. T. p. 167. *τὸ μισεῖν*, vero Hebraismo, est *ἐν δευτέρῳ ἔχειν, quod ab ijs fit, qui aliquem secundo loco habent aut postponunt alteri:* Et ita plerumque. Tale est illud, *ἐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει apud Matthæum & Lucam. μισήσει, ἐν δευτέρῳ ἕξει* alteri postponet, loco secundo habebit: *ἀγαπήσει* autem, *μᾶλλον ἀγαπήσει.* Neque aliter interpretatus est Matthæus: qui, *ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ.* Ita Lea *μισεῖσθαι* dicitur, cui altera præfertur, Genes. 29. 31. Idem sentit Sanctius ad Malach. 1. pag. 1705. adducens Genes. 29. v. 13. ubi vulgatus, *videns Deus, quod (Iacob) despiceret Leam. Hebr. est* שְׂנוּאָה, *Senuah. id est, exosa, seu odio habita. Cum Samaria, & Sodoma multorum fuerint peccatorum contaminatæ sordibus, justæ tamen dicuntur cum Hierosolyma comparatæ. Ezech. cap. 16. Iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis. Et ne longius abeamus, in ipsis Esau & Iacob, de quo nobis quæstio, exemplum habemus accommodatum.* Genes. c. 25. v. 28. *ab Isaac dicitur amatus Esau, sed quia alter altero respective magis amabatur.* Attendenda hîc regula Logica, comparationes improprias esse, cum tertium comparationis non utrique inest, exponendas per oppositum cum adver-

adverbio minus: ut præstat scortari quã adulterium committere, id est, scortatio est minus mala. Ita Pater odit filium, cui parcit, id est, minus amat.

*Vocatio.* Ex Deo vocante. Bifariam Deus vocat, nominat, designat, vel ad suam familiam, uti vocavit Abrahamum ex Vr Chaldæorum; vel ad suam κληρονομίαν ac hæreditatem, ad quam vocavit Abrahamum invitationi obsequiosum, fide Deo adhærentem. prior vocatio fluit ex voluntate Dei antecedaneâ, posterior pertinet ad consequentem.

*Filij promissionis*, hoc est, qui fide promissionem Evangelicam universalem, etiam ad anathematizatos pertinentẽ Rom. 9. 3. 4. (id quod fatetur Calvinus ad hunc locum p. 18.) recipiunt, Rom. 4. 16. Filii carnis, qui promissione repudiata, suam justitiam carnalem quærunt Rom. 9. 8. 31. 32. hoc est legalem. nam secundum carnem, & secundum legem hic sunt Synonyma, Rom. 4. 1. & 2. quia lex promissioni opponitur, Rom. 4. 14. Gal. 3. 18. vid. D. Glass. Rhet. Sacr. p. 48.

Πρόθεσις καθ' ἐκλογήν; προθεσις ad Deum relata, notat æternum liberum ac firmum Dei Decretum, idque gratiosum, Rom. 8. 28. Ephes. 1. 11. c. 3. 11. 2. Tim. 1. 9. ἐκλογὴ vel muneris est externi, Num. 17. 5. Deutr. 7. 15. 1. Sam. 10. 24. Joh. 6. 70. Act. 1. 24. vel externæ prærogativæ. Ps. 78. 67. vel sortis in regno gratiæ. Deut. 7. 6. 1. Petr.

2. 9. in regno gloriæ Eph. 1. 4. ἀγαθωσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀληθείᾳ, vel legaliter accipitur, tunc ut illa fidem, ita hæc ἀπιστίαν complectitur; vel Evangelicè ita excludit fidem & ἀπιστίαν. frequens id Apostolo fidem operibus opponere.

MISEREOR. Misericordia DEI (ut voluntas) alia est antecedanea alia consequens. Universalis illa Rom. 11. 32. hæc particularis. Exod. 33. neutra absoluta.

INDURO. De induratione hæc quæ sequuntur notant Remonstrantes in explic. cap. 9. ad Rom. pag. 146. *Indurari in peccato, vel in peccando, propriè idem valet quod audacem animosum, pertinacem & imperterritum fieri in peccando. Scriptura autem tribuit homini, quod se ipsum induret; & Deo, quod hominem induret: considerandum itaque est, quemadmodum istiusmodi loquendi modi intelligendi sint. Homo seipsum indurat, quando fulcra & rationes comminiscitur, sibi objicit, arripit, quibus nixus confidenter peccet, aut in peccando perseveret. Hæ sunt vanæ, seductrices, deceptrices rationes, à quibus scriptura nos serio admodum dehortatur; cum monet, ut etiam, atque etiam videamus, ne decipiamur aut seducamur: Hæ rationes desumuntur ex prævisa consideratione magnitudinis divinæ gratiæ, diutinæ dilationis supplicij de hominum malefactis sumendi, dulcedinis peccandi, commodi quod inde existere creditur, & millenis alijs similibus rebus. Hinc est, quod homines ad peccandum se dedentes dicant, peccemus, ut gratia fiat abundantior: edamus & bibamus, cras moriemur: ubi est pollicitatio adventus ipsius? Sic verum esse deprehenditur, quod ait sapiens, Eccles. 8. 10.*

Quia

Quia nullum efficitur decretum, compensatio istius mali citò; idcirco fervet animus hominum in ipsis, ut faciant malum. Sic homo comparat sibi cor malum, non credens, & induratur seductione peccati, Hebr. 3. 12. 13. Tunc ἀπηλγηκότες redduntur & ἀναίσθητοι, & dedunt se proteruiæ ad certatim patrandum impuritatem omnem. Ephes. 4. 19. quin imò lætantur, faciendo malum, exsultant in perversitatibus pessimis. Proverb. 2. 14. Et tandem illis evenit quod ait Ier. c. 5. v. 3. Percutis eos IEHOVA, sed non dolent. Quod ad indurationem attinet qua Deus homines indurat, illa non ita propriè intelligenda est, ac si Deus actu ipso contumaciam, audaciam, & securitatem ad peccandum homini infundat, aut indat. Nā cum ille, (ut Iacobus expressis verbis loquitur) neminem ad malum tentet, quomodo proprie loquendo quenquam animosum audacem, præfractum reddet ad male agendum? Vsurpatur quidem aliquot locis ista Phrasis certo respectu, sed ut plurimum nihil aliud significat, quam actum Dei circa hominem, quo homo abutitur ad sese indurandum: aut ut perspicue loquamur, à Deo occasionem objici, quæ bona est, & qua recte uti homo poterat, sed qua perverse & ad illam impingendo abutitur. Hæc explicatio nemini aliena videbitur: quandoquidem scripturæ usitatissimum est, Deo adscribere actum, cuius occasionem ille subministrat. Ps. 105. 24. 25. Hoc ipsum liquet ex historia Exod. 1. v. 9. Vbi Pharao, videns Israelitas excrescere in multitudinem, populo suo dixit, Ecce populus Israelitarum numerosior & potentior fit nobis. Agedum, sapienter nos geremus adversus illum, ne augescat, eveniatque, si quando inciderint occasiones

*belli &c.* Sic, si plagas continuasset Deus non incidisset; dimisisset Pharao populum; àt quia aëris hauriendi libertas est laxata, hoc beneficio abusus non dimisit, atque sic induratus est ipso beneficio. Excitavi. Excitatio alia est malefica, in perniciem intenta, sicut venator excitat feras è latibulis & nidis, ut mactet: Alia salutaris è somni veterno ad vigilantiã, è morte ad vitam; Item excitatio alia est causalis effectiva, ac determinatrix ancedanea motione: alia occasionalis, sicut Josua excitavit populos Cananæos ad prælium: Josuæ intentio erat eos salvare si pacem vellent, sin; eos ut divinæ gloriæ victimas mactare.

II. Σύγκεισις historiæ.

§ 93. Huc pertinet *scripti circumstantia*, Persona quæ scripsit, persona ad Quam, occasio ex Qua, Locus & Tempus in Quo.

*Paulus gentium Doctor is est*, qui amanuensi quodam (nomine TERTIUS, Rom. 16. 22. de quo videatur Sixt. Senes. bibl. S. in Tertio) usus scripsit, id quod Christianorum nemo negabit. Bellarminus quidem l. 4. de V. D. c. 4. §. unde colligam. Dubium facit, ut Ecclesia Rom. extollat, *Vnde inquit constat epistolam ad Romanos esse verè Pauli, epistolam ad Laodicenses, quæ nunc circumfertur, non esse Pauli? cum utraque præferat titulum Pauli, & cum Paulus in epistola ad Colossenses, cap. ult. dicat se scripsisse ad Laodicenses, nusquam autem dicat se scripsisse ad Romanos? Oportet etiam non solum*

*scire,*

*scire, qui sint libri sacri, sed etiam in particulari istos, qui sunt in manibus, esse illos.* At certitudo lucet *ex inscriptione*, quæ ab alio falsario, tam non potuit apposita fuisse, quam in inscriptione Petrinæ Epistolæ, fieri non potuit, censente Ben. Justinian. *ex Stylo*, de quo Erasmus in præfat. ad tom. 4. Hieron. p. 8. *certissimis iudex & Lydius, ut ajunt, lapis est character orationis & habitus. ut sua cuiq; vox, ut suus cuique mos & genius, ita suus cuique stylus, nec perinde relucet in speculo corporis imago, quam in oratione mentis habitus apparet.* Confer. in not. ad catal. histor. Eccles. tom. 1. p. m. 305. & in Epist. ad Paulinum pag. 107. *Ex Sigillo Apostolico* 2. Thes. 3. 17. salutationi Paulo assuetæ Rom. 1. 7. c. 16. 24. Conjicit Pareus ad c. 16. Rom. p. 395. cum reliquas epistolas per Tertium amanuensem scripserit, hoc votū ab Apostolo manu propria subscriptum, unde auctor certus dignosceretur. *denique ex Epistolæ nuncia à Ecclesiâ, & cathedrâ Apostolica*, quæ autographum Paulinum vidit, ac de manu illius, ad quam provocat Apostolus alibi. 1. Cor. ult. 21. Gal. 6. 11. Col. ult. 18. Philem. 19. testata est.

Illi ad Quos hæc est exarata Epistola? Romani sunt, ad quos Romanus civis perscribit. Romani autem non tantum cives, sed & inquilini græci & barbari, cap. 1. 14. Gentiles & Judæi. c. 11. 4. & 13. quorum sub Tiberio Claudio octo millia Romæ fuisse auctor est Joseph. l. 17. antiq. 12. exulatum quidem missi,

sed restituti ib. l. 19. 4. eruditi ac rudes, c. 1. 14. Voluit autem ad Romanos scribere Apostolus, ut hos instruendo una opera totum orbem (cujus illi Domini, quos hic facilius in religione imitaturus erat) informaret, Erat enim Roma totius orbis compendium, *Dico peregrinos ex toto orbe*, ait Lipsius l. 3. de magnit. Rom. c. 3: p. 127. *Romam olim venisse, alios negocij sui causa, alios publici, multos & mansionis. Ita semper ea urbs referta ijs, cum hi inirent, alij exirent: atque ipsa ut mare, admitteret, emitteret, nec cresceret, minueretve*, vide ibid. plura. Ausim dicere, plurimos illic etiam Germanos fuisse, ut adeo nihil impediat, quin dicamus hanc Epistolam ad Germanos etiam exaratam tanto magis à nobis cordi habendam. *Superbos fuisse Romanos* (ita Ludov. Viv. ad l. 1. de Civ. D. c. 1. pag. 3.) *& alijs superbis superbiæ eorum gratia succensuisse, declarant Catonis Censorij verba, ex oratione quam pro Rhodiensibus in senatu habuit: Rhodienses, inquit, superbos esse ajunt, id objectantes, quod mihi de liberis meis dici nolim. Sint sane superbi. Quid ad nos attinet? Id ne irascimini, si quis superbior est quam nos?* Addit his verbis Gellius libro septimo: *Nihil prorsus hac compellatione dici potest neque minutius adversus homines superbissimos facta, qui superbiam in sese amarent, in alijs reprehenderent.* Confer Baron. ann. 58. 54.

Advertendum hic, cum Evangelio fermentum quoque Pseudoapostolicum Romam migrasse, Inque miscuisse lacti venenum, ut colli-

colligere est è Rom. 16. 17. 18. Ipsi autem Christiani Romæ recens conversi, tenerrimi adhuc erant, & Judæi lucrefacti infirmi in fide, ut patet ex Rom. 14. Unde optat Apostolus sui præsentiam, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. Rom. 1. 11.

Occasio ex Quâ, abusus fuit sententiæ Synodicæ de Justificatione ex gratia Dei sine operibus. cum enim statuissent, qui è Judæa Antiochiam migrarant, nisi circumcidamini secundum morem Moysis, consequenter, interprete Apostolo, Gal. 5. 3. ex circumcisionis debito universam legem servetis, non potestis esse salvi; Synodusque Hierosolymitana decreviſſet, per gratiam Domini Jesu Christi, jugo non solum importabili (quod qui subeat, tentet Deum) sed ad purificationem non necessario (eæ sunt rationes D. Petri amplius tractatæ à D. Brent. l. cit. p. 332.) oppositam, consequenter solam, credimus nos salvos futuros, quemadmodum Patres nostri v. 11. Hujus decreti uberiorem expositionem & adornavit, & vindicavit Apostolus in ea, quæ nunc ad manus est, Epistola ad Romanos.

Locus Unde? *Corinthus est*, quia commendat Phœben, ministram Ecclesiæ Cenchreensis. Rom. 16. 1. at Cenchris est portus Corinthi (sicut pyræum Athenarum) ubi Paulus votum solvit, Actor. 18. 18. quia salutat à Cajo hospite, (non Derbæo Actor. 20. 4. non Macedone, c. 19. 29. sed) Corinthio quem Paulus ipse baptizarat.

zarat. 1. Cor. 1. 14. & ab Eraſto Oeconomo civitatis, v. 23. Igitur tum ſcripta, cum Apoſtolus in Græcia tres menſes commoratus (prius non poterat) denuò Corinthum viſitavit, Act. 20. 3. Subſcribit hyic Calculo poſt Originem Baron. ad ann. 58. 46.

Tempus incidit in annum Chriſti 54. Claudii Imp. 12. Pauli nati. 52. converſi. 20. ut apparet ex χρονοτάξει in Chriſteid. pag. 150. Fuit hæc Epiſtola, (ordine temporis) tanquam centrum poſita in medio ſex priorum extra-Romanarum & ſeptem poſteriorum è Roma.

§ 94 III. Σύγκειται Συνηθείας καὶ συμπαθείας, cum ſcribentis, tum eorum ad quos ſcriptum erat.

Ηθὸς Paulinum transparet 1. *in Stylo Apoſtolico*, hoc eſt Apophtegmatico, qui rebus verba admeditur nulla laborat λογοδιάρροια, in quo nulla vox ſine efficacia ac emphaſi. Ita enim Spiritus S. dedit Apoſtolis ἀποφθέγγεσθαι. Act. 24. 2. ſimplice, non ſane ſimplicitate ruſtica, inficeta, grammatica omni ſermonis figuratione deſtituta, ſolœca; ſed ſimplicitate caſta, virginea, inter luxum & ruſticitatem quaſi media. 3. *Humano*, ac inter homines gentiles etiam ſuos Cilicas ut opinatur Hieron. epiſt. 151. ad Algaſ. q. 10. uſitato. *Humano* more ſe loqui Apoſtolus aliquoties indicat. & humano more loquitur, non tantum cum loquitur μιμητικῶς ex hominum indignè loquentium ore. Rom. 3. 5. aut

per

per περιπίπλειν, cum invidiæ prævenit, 1. Cor. 15. 32. 2. Cor. 11. 16. aut συγκαταβαίνων quando ad noſtrum intellectum ſimilitudinibus quibusdam humanis condeſcendit. Rom. 6. 19. 1. Cor. 9. 8. Gal. 3. 15. Sed & in tota Phraſi, quam eo ſenſu uſurpat, quo non helleniſtæ ſolum, ſed & profani auctores. 4. *Attemperato* rebus, perſonis, loco, tempori, adeoq; exigenti rerum circumſtantia nunc gravi & valido, 2. Cor. 10. 10. nunc blandi loquo & quaſi materno. 1. Cor. 4. 14. 2. Cor. 2. 4. Gal. 4. 19. Flacius part. 2. clav. p. m. 81. obſervat Paulum ad Romanos rerum Dominos graviter & cum majeſtate quadam tractare univerſa; ad Galatas vero tanquam ad leves & inconſtantes alio ſermonis habitu, nempe acri & mordente, alicubi etiam humiliore uti. Denique ſubobſcuro. id enim notavit collega D. Petrus, ἐν οἷς inquiens. 2. 3. 16. ἐστὶ δυσνόητα τινα ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν. 2. *inmethodo*, cum interpretandi, quatenus Divina quadam cabala typos & oracula Prophetica V. Teſtamenti ad myſteria N. Teſt. reducit, acmyſtico & θεοπνεύστῳ ſenſu affi.. cit. illuſtre exemplum extat Gal. 4. 29. & 30. tum diſputandi. quamvis enim ut Vir θεόπνευστος potuiſſet oracula fundere αὐτόπιστα; tamen argumentando ex principiis conceſſis maluit convincere, quam definiendo cogere, exemplo ſui magiſtri Chriſti, *qui maluit ſuos hoſtes*, ut loquitur Origen. hom. 23. in Matth. *claritate veri-*

*tatis mutos facere, quam attonitos reddere*, Confer Auguſt. l. 1. contra Creſcon. cap. 8. ſolennis illi eſt *Fictio adverſarij* προσωποποιΐα, Judæi ſcilic. qui gentis ſuæ patrocinium ſuſcipiat, qualis vel maximè in c. 9. regnat. Item occupatio ac præventio. *Solet Paulus*, (verba ſunt Hieron. ad Hedibiam ep. 150. q. 11.) *quicquid alius objicere poteſt, per* ἀνθυποφορὰν, *quam Quintilianus vocat ſubjectionem, antequam objiciatur edifſerere.* Egregie de illo idem Hieronymus in Apolog. contra Jovin. *videbitis*, ſcribit, *in Teſtimonijs quæ ſumit de V. T. quam artifex, quam prudens, quam diſſimulator ſit ejus quod agit. Videntur quædam verba ſimplicia & quaſi innocentis hominis & ruſticani, & qui nec facere, nec declinare noverit inſidias: ſed quocunque reſpexeris, fulmina ſunt. Hæret in cauſa: capit omne quod tetigerit: tergum vertit ut ſuperet; fugam ſimulat, ut occidat.* Artificium Diſputandi Paulinum exhibemus, & exemplis illuſtramus in Polemoſoph. p. 195. & ſeqq.

Πάθος Paulinum Zelo & Charitate conſanguinitatis flagrantiſſimum, quem denudat in veſtibulo hujus capitis *voto. optarim, ajens, ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. &c. Precationis ſuæ intimatione pro ſalute Iudæorum. Rom. 10. 1. tergemino teſtimonio.* Ne Apoſtolus videretur Judæis per ἐπιχαιρεκακίαν inſultare, Romanis ut ſolent aretalogi, adulari, tres teſtes ſui affectus producit, Chriſtum, Spiritum Sanctum, & conſcientiam. Et tamen quo Zelantius, quo flagran-

flagrantius ejus in Judæorum salutem πάθος fuit, hoc magis invisum. ipse Apostolus apostasiæ & novæ doctrinæ suspectus fuit, ob conversationem cum gentilibus, quos extreme exosus, Act. 20. 21. vulgatum quippe est, odisse, quam fugeris rempublicam, & male loqui de castris quæ deserueris; dedecus transfugii nisi ex vitio desertorum, excusationem non habent. At talis Paulus ex mente Judæorum suspiciosa. simulac enim ad gentes se missum esse professus est in sua apologia, ferre moram non potuere Zelotæ, sed inciso ejus sermone, Tolle, Tolle, clamarunt. Act. 22. 22. Ita salutare sidus, opinione Iudæorum pestis erat. Actor. 24. 5.

§ 95. ἦθος καὶ πάθος & quasi Icon animorum hebræorum seu character Theophrastæus gentis Iudaicæ, fuit is, qui diluxit ex ejus Antagonista, qui cum Paulo disceptatio, fastu scil. inflato, gloria 1. Messianæ consanguinitatis & nobilitatis omnium gentium stirpibus illustrioris. Rom. 9. 5. *Censebant Iudæi* (verba sunt nostri D. Mentzeri tom 1. disp. Gissens. in anal. c. 9. ad Rom. thes. 3.) *Meßiam nihil attinere ad gentes, sed proprium esse solis Iudæis. Nihil* (scribit Calvin. ad Rom. 9. pag. 90.) *absurdius, aut minus consentaneum videbatur, quam Gentes quæ nulla justitiæ cura, in Carnis suæ lasciviis volutabantur, in salutis participationem vocatos, justitiam obtinere: Iudæos contra qui legis operibus studiose incubuerant, ab omni justitiæ*

*præmio*

*præmio depelli. Paulus id quod mire paradoxum erat, ita nudis verbis effert, ut addita ratione temperet quicquid inerat asperitatis: nempe justitiam, quam apprehenderunt gentes, constare fide: ideo pendere à Domini misericordia, non propria hominis dignitate. Studium autem illud Legis quo Iudæi tenebantur, præposterum fuisse, quia justificari per opera studebant: sicque eo contendebant quo pervenire homo non potest. 2. Promissionum & elogiorum* Divinorum ἐπισημασία. Exod. 19. 6. Deutr. 4. 20. c. 7. 6. c. 26. 19. c. 33. v. ult. Psl. 147. 19. *3. Opinione secularis in orbe primatus* ex Messia Rege expectati, jamque spe Deuorati. *3. Ornamentorum choragio.* Etenim Israelitarum erat adoptio. &c. Rom. 9. 4. copiosè hoc πειστὸν exposuimus in Christeide Phœnom. 2. pag. 56. & seqq. *4. Persuasione Iustitiæ & sanctimoniæ* legis servantissimæ, atque meritorum præjudicio. Rom. 10. *3.* Iustitiæ sc. à Mose dictatæ, ac viæ salutis puræ legalis, propriis viribus, quoad externam observantiam præstandæ, quam ut idolum cohiere, scarabæorum more, μύρον ἐπολείποντες καὶ τὰ δυσώδη διώκοντες. illius scil. justitiæ, in quam salvator dixerat, nisi abundaverit nostra justitia &c. In eandem Iustin. Martyr. dial. Tryph. scribit, ὑμεῖς πάντα σαρκικῶς νενοήκατε: ὑμεῖς μίαν ἀργὴν ἡμέρον εὐσεβεῖν δοκεῖτε: σαββατεῖν ὑμᾶς διὰ παντὸς ἐθέλει ὁ καινὸς λόγος. idem Iustinus in dial. Tryphon Iudæorum opinionem (omnem qui Iudaismum profitetur, quandocunque vixerit, partem habiturum in futuro secu-

seculo) exponens scribit ὑπολαμβάνοντες ὅτι πάντως τοῖς ἀπὸ τῆς σωρκὸς τῆς σαρκὸς τοῦ Ἀβραὰμ ὄσι, καὶ ἁμαρτωλοὶ ὄσι καὶ ἀπειθεῖς ὡς τὸν Θεὸν, ἢ βασιλεία ἢ ἄκωνιος δοθίσεται. *Iudæi Maiorum suorum ac præcipue Abrahami virtutibus fisi putabant, quomodocunque viverent, se semper unos mansuros Dei populum, neque Deum tam rigide cum ipsis quam alijs acturum.* Hujus opinionis vestigia non obscura habemus. Matth. 6. 9. Luc. 3. 8. Ioh. 8. 33. 35. 39. 40. Fastu supercilioso, asymbolico, Zelotico, invido, moroso. *Supercilioso* inquam, quo factum ut Ethnici præ Iudæis fœterent, ceu ἁμαρτωλοὶ καὶ ἐξοχὴν. Gal. 2. 15. *Asymbolico* ut & naturæ officiis gentilismo deessent hinc illę querimonię, apud Iudæos *fides obstinata misericordia in promptu, adversus omnes alios hostile odium.*

*Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti,*
*Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.*

Vid. Selden. l. 2. ne jure nat. & gent. pag. 180. *Tantopere* (scribit Calvin. ad Acta 22. pag. 223.) *sibi placebant Iudæi, ut non modo præ se totum mundum despicerent, sed acrius pro sua dignitate certabant, quam pro legi ipsa: ac si tota religio in hoc cardine verteretur, ut genus Abrahæ super cunctos alios mortales excelleret. Ita nunc impotenter feruntur in Paulum, quia se missum ad gentes Apostolum dixerat: quasi Deum obstringat sua liberalitas ad ferendum numinis sui contemptum in sceleratis & ingratis, quos insignibus gratijs ornavit supra omnes alios. Nec mirum est tantum in Iudæis fuisse tunc ferociæ, quum hodie modis omnibus attriti, & ad extre-*

*extremas contumelias assuefacti, serviti tamen fastu non desinant turgere.* Ideo & gentes parario usi ad Christum ipsis ἀπρόσκοπον Luc. 7. 3. Ioh. 12. 21. id quod Christus exemplo probare visus est in repellenda Chananæa. Matth. 15. 24. sane cum Iudæi Hierosolymitani adiissent suam legem Hebræam ab Helleniſtis in linguam græcanicam ac profanam translatam, id nefas jejunio anniversario expiare constituerunt.

*Invido*, quo olim odio mulier repudiata, super inducta insectata est, eodem gens Hebræa Christianam. *Zelotica sed* ἐ κατ' ἐπίγνωσιν Zelo cœco. Rom. 10. 2. *nec aliter* (scribit noster D. Brent. ad Acta 10. pag. 228.) *affecti fuerunt Iudæi erga gentes in præputio suo manentes, quam Christiani nunc erga Iudæos & Turcas in Iudaismo & Turcismo suo manentes. Nam recipitur quidem & agnoscitur Iudæus vel Turca, Deo acceptus & salutis perpetuæ particeps, si relicto Iudaismo aut Turcismo Iesum Christum fide sua complectatur & baptizetur. At si contempto Christo & baptismo, maneat in sua religione, nulla prorsus salutis spes de ipso habetur. Ita & si Iudæi agnoscebant gentes, quæ abjecta gentilitate, hoc est, præputio, circumcidebantur, non tamen agnoscebant gentes, quæ non recipiebant circumcisionem.*

*Morosa*, adque μεταδιδάσκειν perquam difficili, adeo ut non tantum inconversi Iudæi colla jugo Christi submittere nollent; sed & conversi rancorem quendam circūtulerint, in nonullos è gentilismo Christianos: fermento

Pseu-

Pseudoapostolico de necessitate operum ad salutem turgidi. Idem Brent. ad Acta. 10. hæc notat. p. 227. *Hactenus Apostoli & Doctores Evangelij de Iesu Christo nemini adnunciaverunt Evangelia, præterquam Iudæis aut proselytis, qui è gentibus Iudæi facti fuerunt. Sentiebant enim Iudæos solos esse populũ Dei electũ, ad ipsos solos pertinere salutem per Evangelium revelatam, eamque gentibus non communicari, nisi fierent per circumcisionem Iudæi, qua carnali opinione imbuti fuerunt, non solum carnales Iudæi, verum etiam hi qui alioqui erant spirituales, Prophetæ, Apostoli, & qui ex circumcisione in Iesum Christum crediderant. Etenim cum ante adventum Iesu Christi Propheta Ionas ex vocatione Dei ad Ninivitas mitteretur, ut illic Divinum oraculum prædicaret, maluit vocationi Dei inobediens esse, & à facie Dei fugere, quam incircumcisis gentibus verbum Dei adnunciare. Et post adventum Christi, qui dispersi fuerant ex afflictione, quæ orta fuerat ob Stephanum, nemini loquebantur sermonem Evangelicum, nisi solis Iudæis. Petrus quoque Apostolus usque adeo horruit gentes, ut visione cœlesti coactus fuerit ad gentes accedere. Vnde & postea reprehensus fuerit ab aliis, quod introjisset ad viros præputium habentes. Ac illi quidem non abominabantur gentes animo. Recipiebant enim illos ex gentibus qui se circumcisioni & legi subjiciebant, eos autem qui manebant in præputio, ab omni salute excluſos putabant.* Declarari hæc ἀνυπαδεια potest exemplo præsenti Papismi & Lutheranismi, heu! quam invisi, quam exosi, Lutherus cum

Rom.

Rom. Synagogam deficibilé scripsit, cum apostatasse; cum primatum illi abnuntiavit, contra Lutheranis novissimis primatum in regno Christi asseruit, quos lapides locutus est? quos crabrones concitavit? *Ex Papa si quæras* (ita noster Lutherus ad Gen 25. pag.) *quare sit populus Dei, respondet: quia sedeo in sede Apostolorum Petri & Pauli, sum eorum successor. Deinde habeo causam in Scriptura. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Atqui sedere in loco Sancti Petri etiam canis aut porcus potest. Sed habere vocationem, id est, verbum, cui credas, supra illam successionem, id scilicet constituit Ecclesiam, & filios Dei. Id non habet Papa, sed persequitur hostiliter, ideo non est filius, sed hostis Dei, & adversarius Christi. Nos vero nihil dubitamus nos esse Ecclesiam, quia habemus Evangelium, Baptismum, Claves, Scripturam Sanctam, quæ docet hominem perditum & damnatum esse in peccato originali, & requiri, ut regeneretur per Christum. Hæc non levis dissensio & pugna est, nec immerito adversarij nobis tam hostiliter irascuntur, quia de summis rebus in toto orbe terrarum disceptamus: Non de imperio, non de opibus, dignitate aut potentia, sed de æterna damnatione, & vita æterna. Ideo odia tam acerba sunt, & nunquam alibi acerbiora, quam in dissidiis religionis, quia causa maxima & gravissima est. An simus filij Dei, an filij Diaboli? Ii nolunt esse filij Diaboli, sed rapiunt gloriam & nomen veræ Ecclesiæ, ideoque damnant & occidunt nos. E contra nos ex verbo eos damnamus, & de nostra salute veris testimoniis certi sumus, & retinemus firmi-*

*firmiter discrimen illud, quod constituit DEVS inter Abraham & Babylonios.*

§ 96. IV. Σύγκρισις scopi.

*Scopus* Apostolicus & quasi clavis ἐπιλύσεως est *primum generalissimus*, quem cum tota scriptura habet communem, 1. Cor. 14. 3. 2. Tim. 3. 16. Tum maximè Rom. 15. 4. indicatus, quæcunque præscripta sunt &c. unde quæcunque imposterum glossa ab hoc scopo abertabit, h. e. quæ e. g. non consolationis, sed desperationis fructum gignet, eam tanquam subtestam âque Apostolo minime intentam proscribere fas erit. II. *Specialis & quasi huic Epistolæ domesticus est* εἰρηνοποιητικὸς *sive pacificatorius* Rom. 15. 16. & seqq. ad Apostolus quẽ collineat sequẽtibus mediis, 1. *utriusque* populi ad imam humilitatem *depressione*, Utrumque æque peccato obnoxium ac reatui æternæ damnationis: Es könn kein Theil dem andern viel herauß geben, ut loquuntur Germani. Ideo B. Lutherus comm. ad Galat. p. m. 5. *quid, ait, ad Romanos Apostolus aliud facit, quam quod superbiam & arrogantiam eorum contundit? veluti reipsa allusionem nominis Romani tractans. Vt si de Roma diceres, vere tu Roma es, ebraicè quod est superba & excelsa.* 2. Arcani Divini revelatione, de novissimorum præ primis in tempore, ac in regno gratiæ electione gratuita. Id quia rationi paradoxum, ut populus qui tanto studio justitiam quærit, repellatur; assumatur populus otiosus ac insuper hostilis: ideo rursus rem

suam nervis tam intensis urget Apostolus, & affectibus plena exclamatione curiæ divinæ Decretum obsignat Rom. 11. 33. atque is *specialissimus* scopus est, Apocalypsis sc. arcani curiæ cœlestis, quod extat Matth. 19. v. ult. *Multi erunt primi novissimi & novissimi primi.* Rotunda est sententia ac brevis Salvatoris Christi, sed illustris & Prophetica, & ut dixi, Apocalypsis *Arcani* cœlestis curiæ, quæ humilitati gratiosa, superbiæ adversa est: *arcani ita retecti*, ut adorandũ magis sit quã rimandum: *adumbrati* præludiis primo & post genitorum V.T. Primi sunt nascendi ac jurium ordine, sed novissimi primogenituræ fructu & Divina gratia, Abel, Sem, Isaac, Jacob, Judas, Phares, Ephraim, Salomon: *Illustrati* à Christo multoties, Matth. 8. 11. & 12. c. 21. 30. Luc. 15. 25. præcipuè in celebri parabola Matth. 20. Cujus unicus scopus est, illuminatio arcani divini de primis novissimis & novissimis primis. Id patet I. *ex præcedenti colloquio & oppositione* Matth. 10. Judæi universim fœderis antiqui & justitiæ legalis persuasione freti sibi primatum in regno Dei, tam gratiæ, quam gloriæ promiserunt, pro exclusissimis habuerunt gentiles: Speciatim Pharisæi publicanos & meretrices præ se contemnebant, indignati Christum hujusmodi peccatoribus misceri. Specialissime adolescens. c. 19. è Schola Pharisaica perfectæ ac impletæ legis opinione turgidus, nolebat sequi, scandalizabatur paupertate

ſtate diſcipulorum Chriſti, ſibi primus videbatur in Regno Cœlorum. Reſpondet igitur Chriſtus; inſtare cataſtrophen, noviſſimos, id eſt, gentes, primos fore, id eſt, electos, dilectiſſimos, publicanos & meretrices præventuras, Luc. 13. 30. Diſcipulos ſeſſuros olim ſuper XII. thronis &c. Matth. 19. Contra primos fore noviſſimos, id eſt, nullos excluſiſſimos Confer Matth. 5. 19. c. 21. 31. opponuntur ergo

Adoleſcens Judæi-Phariſæi.
Diſcipulis Chriſti. Gentilibus-Publicanis.

2. ex parabolæ viſceribus, in qua nihil attinet curiosè omnia exquirere, & ſigillatim membra comparationis aptare Occurrit in illa *Paterfamilias* Deus: *Vinea*, Eccleſia, quæ vocatur Regnum DEI, militans an triumphans? militantem intelligit D. Ægid. Hunn. h. l. p. 1217. quia in Eccleſia triumphante nullus murmuri locus. *Conductio operariorum* duplex Ratione fœderis, vel legalis, vel Evangelici: illud promittebat bona & temoralia & æterna iis, qui perfectè obſervant: hoc eandem vitam æternam, ſed per juſtitiam Meſſiæ. Cum primis conventio facta eſt, poſtremis tantum in genere dictum dabo quod juſtum eſt, idque ex vulgari conſuetudine, de qua videndus Maldon. ad h. l. pag. 421. *Operarij* duplices, Primi murmurantes, onerarij, id eſt, Judæi Phariſæi die murrende Laſtträger. noviſſimi die willige Gnadendiener / id eſt, gentiles, publicani, Apoſtoli

ſtoli, omnesque adeo homines vocationi obſequentes à mundi exordio huc uſque, abſit enim, ut in prima murmurantium operariorum claſſe collocemus ſalvatos Patriarchas Antediluvianos, qui ut tempore primi fuerint, tamē quoad ſcopum hujus parabolæ inter noviſſimos recenſendi ſunt. vid. D. Gerhard. de bonis operibus pag. 205. *Labores vinitorij* alij ſunt activi, alij paſſivi, nimirum obſervatio legis, jugi Moſaici geſtatio cum onere & æſtu comparata: alij ſunt labores priorum duriores; alij poſteriorum ſuaviores, diverſi labores, diverſæ cruces omnes tamen ſuaviores, quia à Chriſto ſublevatæ, cujus jugum ſuave. *Diverſæ horæ* ſunt vocationum epochæ, quas ad ætates hominis incommodè referas, tanquam in noviſſima hora ſæpe aliquis latro convertatur. Num enim primi, hoc eſt, in Regno DEI abjecti, qui in juventue convertuntur? *Merces*, non ſanè ex condigno, ut contendit Maldon. pag. 418. Repugnat enim ſcopus parabolæ, ſi admetiri ex condigno voluiſſet denarium labori, utiq; proportionis reſpectu, uni plus, alteri minus dandum fuiſſet, ſed ex gratuita promiſſione. Merces autem denarius fuit, qui notat non præciſe vitam æternam, datur enim & noviſſimis, hoc eſt, nullis, murmurantibus, invidentibus: nec obſtat denarium veſperi tantum hoc eſt in fine vitæ vel mundi datum. Etenim id ad Decorum narrationis pertinet,

quod

quod aliàs veſperi merces & præmia ſoleant diſtribui: ſed univerſim omnẽ benedictionem divinam, quæ etiam â largâ DEI manu in impios effunditur, & ſeculare & cœleſtem juxta, 1. Tim. 4. 8. C. D. Gerh. Tom. de vit. ætern. p. 921. & de bon. oper. p. 206. III. *Ad vivum quaſi expreſsi à Gentium Doctore* in Epiſtola ad Romanos cùm tota, in cujus interpretatione qui clavem dixerit eſſe hoc ſacrarium cœleſte, de primis noviſſimis & contra, non is à vero aberraverit; tùm capite nono, decimo, & undecimo; obſignati admirabundâ exclamatione ὦ βάθος &c. quippe ſtupenda fuit πολυποίκιλος DEI ſapientia, qua noviſſima noviſſimorum τὰ ἔθνη facta ſunt συγκληρονόμα, καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας Eph. 3. 6. nec minus admirandum Judęis Deicidis, extrema exemplа, & funditus extingui promeritis, gratiæ janam adhuc patere Lutherus in comm. ad Gen. 25. pag. 14. ſcibit. *Diſcendum igitur eſt ex hoc loco, univerſam gloriam carnis â* DEO *rejectam & damnatam eſſe: nec poſſe nos ea juſtificari. Sicut nec patres gloria carnis vel ſanguinis iuſtificati ſunt, quod hoc exemplum potenter confirmat, inſigne admodum & dignum quod aureis literis ſcribatur. Si* (verba ſunt Calvini ad act. 13. p. 139.) *in gradu ſuo ſtetiſſent Iudæi, non ſecuta eſſet talis converſio. ſed Iudæis in gremium receptis continua ſerie Gentes ſimul traxiſſet, & pariter utrosq; complexus eſſet. Nunc quum Iudæi tergum obvertant, ſeq; ſubducant ab eius miniſterio, non poteſt uno intuitu eos cum Gentibus reſpi-*

*respicere. Itaq; illis valere iussis, curam suam ad Gentes transferre cogitur. Ergo nisi se alienassent Iudæi ab Ecclesia, talis fuisset Gentium vocatio, qualem Prophetæ describunt: Apprehendent in illa die septem alienigenæ pallium hominis Iudæi, ac dicent, ambulabimus vobiscum, quia DEVS apud vos est. Nunc autem novo & accidentali modo vocatæ sunt Gentes: quia Iudæis rejectis ingressæ sunt in vacuam possessionem. Debuerant Iudeis aggregari, sed postquam illi exciderunt atq; exterminati sunt, in eorum locum substitutæ sunt.* Ita mors illorum fuit Gentium vita, ut inquit Paulus & abscissis naturalibus ramis, oleastri in sanctam radicem insiti sunt. Typum Isaaci & Ismaelis ad Justificationem tendere concessit Amyrald. in defens. doctr. Calvin. c. 15. p. 229. negat eundem scopum in typo Esavi & Jacobi, sed sine evictione.

Cave igitur, inquit Chrysost. ad c. 7. Rom. p. m. 179. *nuda examines quæ dicuntur, sed argumentum quod hîc tractatur spectа, propter quod ut hæc dicat, adducitur.*

§. 97. V. Σύγκρισις Harmoniæ & Synaphiæ.

Harmonia contextus alia remotior est, alia propior. Remotior ê toto contextu antecedaneo repetenda. nimirum caput primum æquat Gentes Judæis in miseria, quanquam in gratiâ differentiam constituat c. 1. v: 16. Igitur præmisso proœmio, in quo Apostolus & officij sui auctoritatem, & animi affectum exponit, illam

lam cùm commentatione sui principalis, à quo legatus exivit, cujus unicè celebrandi studio ardet, vers. 1. & 5. tùm laudatione sui commissi Evangelij antiquissimi v. 2. pretiosissimi. v. 3. & efficacissimi. v. 16. hinc vero titulo, v. 6. & 7. salutatione votivâ. ibid. v. 7. gratiarum actione & laudatione, v. 8. Curæ flagrantissimæ significatione, v. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Præmisso inquam hoc proœmio Miseriâ gentilium describit primum à culpâ & ἀσεβείας v. 18. captivitate veritatis Innatæ v. 19. acquisitæ. v. 20. admissa & ἀδικίας vers. 21. & ἀδικίας 18. cujus species enumerantur v. 29. 30. 31. Deinde à pœnâ ex Judicio ἀυτοκειτικῷ natâ, v. 32. & justè à Deo inflictâ per traditionem judiciariam. v. 24. 26. 28. in stultitas nefandas, v. 21. & 22. Idololatricas primùm. v. 23. & 25. Deinde enormitates ἀτιμίας in propria corpora sæviétis, v. 24. 26. 27. vid. Luth. ad Gen. 42. p. 109. f. 2.

Secundum caput æquat Judæos Gentibus, æquâ utrosque sorte reatui ac judicio Divino subesse, eosque qui opinione sua primi erant, revera novissimos esse. Provocat autem Apostolos quasi in bellū ἐν θέσει hominem quemvis suâ opinione. sanctum, virtutis studiosum, ac aliorum censorem à v. 1. usque ad 11. Ἐν ὑποθέσει Judæum judicem sibimet propitium, gentilibus severum à v. 11. usque ad finem, cujus singula argumenta ad trutinam veritatis appendit ac solvit. Summa generalis contentionis hæc

est. Tu censor aliorum, plusquam satyrice, qui in aliorum vitiis carpendis cernis acutum, in tuismet es cœcus. Tu ipse quoque ô Sancte tule, es inexcusabilis, condemnatus tuomet primum judicio, quia quod in aliis carpis tuipse designas, τὰ αὐτὰ γὰρ πράσσεις etsi non τῶν ἴσως; quod crassius illi perpetrant, id tu subtilius, si non caste tamen caute, si non opere, mente tamen ac affectu. Tu Diogenes Platonis fastum calcas, sed alio fastu; tu de contemptu honorum scribis, at tuo commentario tuummet nomen præscribis; Tu Seneca stoicè divitias contemnis, divitiarum gurges; Tu Pharisæe in fratris oculo festucam vides, in tuo trabem non animadvertis: Tu Epicuræ inter pocula ebrietatis turpitudinem damnas! deinde judicio divino justissimo. v. 6. 7. 8. 9. oculatissimo, verissimo, minime declinando v. 2. & 3. non cœcus est Deus aut tardus, qui vel non videat tuum secretum, vel cui argutis cavillis illudere possis, ut hinc spem impunitatis animo possis concipere? tùm ipsa μακροθυμία divina. Cogitas enim, quia DEUS bonus est, tolerat, non punit, Igitur impune feram illa secreta. Annon intelligis μακροθυμίας scopum, qui est invitatio ad pœnitentiam. v. 4. quem scopum quia tu non attendis, ideo laneos Dei pedes in ferreos mutabis, & thesauri instar tibi pœnas accumulabis, v. 5. Summa specialis collationis cum Judæis hæc est. Tu Judæe ordinis beneficium habes,

bes, tum in gloria, tum in supplicio. v. 9. 10. Ais, ego sum è populo electo, gentibus excellentiori. At Deus non est προσωποληπτης v. 11. Ais legem audio, & legis testamenta, legem doceo, legem illumino, novi legem, in lege acquiesco. v. 13. 17. 18. 19. quibus carent incircumcisi. at non qui habent legem vel audiunt, sed qui præstant, justi sunt apud Deum. Tu vero ô Judæe doces, & non facis quod doces, v. 21. 22. 23. ut sine lege peribunt gentes, ita cum lege Judæi. v. 12. Ergone inquies gentes injuste peribunt, qui sine lege? At sibi ipsis lex sunt, carent lege Mosaica scripta, non tamen naturali inscripta. Ais omnino ego præsto legem & hoc blasphemas nomen DEI. Dices, mea gloria circumcisio est. At circumcisio non prodest, nisi ei, qui legi ex asse satisfecerit; qua satisfactione deficiente, circumcisus præputiato similis est. v. 25. Contra gentilis conversus eodem divino λογισμῶ si legem servaverit, etsi non ipse, tamen in suo fideijussore & Vade Christo, circumcisus est, vers. 26. & 27. Igitur velim distinguas inter circumcisionem literæ, & spiritus, inter Iudæum in manifesto & occulto, v. 27. 28. 29.

*Caput tertium Tuetur, damnat, demonstrat. Tuetur* fidé veracitatis divinę contra paralogismos Iudaicos, à v. 1. usq; ad v. 9. quorum primus sic habet. Quo dogmate posito, sequitur Dei fidem esse irritam, id est erroneum; at posito dog-

mate de primis noviſſimis, ac noviſſimis primis, ſequitur Dei fidem eſſe irritam, Ergò hoc Dogma eſt erroneum. Minor probatur, quia quod Dogma adæquat Iudæos Ethnicis, fidem Dei in irritum revocat, ut qui ὑπεροχὴν ac πλεονεκτὸν Iudæis præ omni ſub cœlo populo ſtipulatus ſit Exod. 19. 6. Lev. 20. 26. Deutr. 7. 6. cap. 26. 19. cap. 33. 29. Pſ. 147. 19. & 20. 2. Sam. 7. 23. Reſp. Apoſtolus primum manere ὑπεροχὴν externam ac bibliothecariam, cum λόγια θεοῦ huic populo ſint credita gentibus communicanda, deinde Promiſſiones ὑπεροχῆς fuiſſe conditionatas, ſi ſcilic verbis divinis vera fide adhæſerint, ſin; tamen manere fidem Dei, juxta illud Pſalmi, *ſolus Deus verax, omnis homo mendax, ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris*! at hæc reſponſio novam inſtantiam parit æquè paralogam. Quod facit ad gloriam juſtitiæ divinæ celebrandam, id eſt bonum ac impunè fieri poteſt, imo faciendum, ut bonum inde eveniat: at Iudaica injuſtitia fœdifraga facit ad celebrandam Dei juſtitiam, ergo bona eſt, impunis eſſe debet, ac committenda in gloriam Dei. Reſp. Apoſtolus negando minorem, abſit inquit, nam quomodo judicabit Deus mundum? horum qui ſic παραλογίζονται damnatio juſta eſt: non peccato, ſed confeſſione Davidica celebrari gloriam juſtitię divinæ ex oppoſitione noſtri mendacii & divinæ conſtantiæ.

*Damnat* juſtitiam legalem ac operariam propriam,

priam, à v. 9. usque ad vers. 24. Argumentum Apostolicum sic habet. Qui totus ac natura malus est, cujus justitia non sustinere potest rigorem fori cœlestis & conspectum Solis Divini: qui coram Deo non nisi reus est æternæ damnationis, ejus justitia legalis operaria, propria, nulla est. At talis est omnis homo, ne uno quidem excepto. Ergo.

*Demonstrat* solidam, veram, ac in foro poli valituram justitiam Evangelicam per fidem, à v. 24. usque ad finem, quam ipsam thesin protegit Apostolus novo Elencho objectionum contra justitiam Evangelicam. si, inquiunt, ex fide justitia, Ergò est præsto adhuc materia gloriandi? Nego, inquit Apostolus, imo excluſa est gloriatio per legem fidei. v. 27. si, inquiunt ex fide justitia, Ergo DEUS non est tantum Deus Abrahami & seminis Abrahamici, sed & gentium. Ajo inquit Apostolus omnino, vers. 29. & 30. si, inquiunt ex fide justitia, Ergo fides legem irritam facit, Ergo fides laxat habenas securitatis. Absit inquit Apostolus, Imo fides legem stabilit. v. 31. Caput Quartum illustrat thesin modo jactam exemplo Abrahæ. Totum capitis sensum exhaurit unicus Syllogismus, lacessitus quasi obstrepera Iudæi (qui cum Paulo si, ctione quadam, erat contentio) instantia, ab Abrahamo petita. q. d. Tu Paule absolute denegas operibus bonis justificationem: at non negabis Patrem nostrum Abraham tot virtu-

virtutibus heroicis inclytum & divinis oraculis laudatum, justitiæ gloriam obtinuisse, non aliunde, nisi ex operum bonorum luminibus benefactū, sisto regerit Apostolus, invisо huic exemplo, ac retorquet hunc in modum, Abraham etiam adhuc incircumcisus v. 9. & 10. credens tamen, v. 3. 9. 13. fide magna, v. 18. 19. 20. 21. subnixus promissione divina, v. 13. 20. 21. sanctissimus operum bonorum studio & exercitio, Gen. 18. 19. cap. 22. 12. c. 48. 15. Syr. 44. 21. Justificatus est non ex operibus, id enim fieri non potuit ob rationes v. 2. 4. 5. 14. 15. sed ex fide. v. 3. 5. 6. 7. 8. 16. 22.

At omnis filius Abrahę etiam incircumcisus v. 9. 10. 11. 12. 16. 17. insistens vestigiis iisdem fidei, est Abraham exemplariter, v. 23. 24. 25. Ergo omnis filius Abrahæ, etiam incircumcisus, fide ἰσότιμος, insistens iisdem fidei vestigiis, non ex operibus, sed ex fide justificatur.

Est hic Syllogismus ex eo genere Syllogismorum, qui à Dialecticis Syllogismi κατὰ συμπλοκὴν vocantur, (qualis iste, Diabolus est homicida, Judas est Diabolus Ioh. 6. 70. quia filius Diaboli imitatione Ioh. 8. 44.) qui in liquidiorem ac evidentiorem formam facile cõvertuntur. Modus justificandi in Abrahamo observatus, est modus justificandi universalis: at ille modus fuit ex fide non ex operibus, Ergo. Nec turbare quenquam debet argumentatio ab exemplo, quod cum virtualiter ac repræsen-

præsentativè omnes in eodem genere complectitur, non pro particulari sed universali habendum est. Sequitur Exegesis ordini ac formæ argumenti accomodata. Major propositio intimat Abrahæ statum, elogia, sortem, justitiam. status est hominis adhuc incircumcisi ab Apostolo considerati in ea conditione, qua fuit antequam circumcisionis sigillum accepisset, (quod factum XIII. post elogium fidei datum anno: contigit enim illud adhuc ἀτέκνῳ Gen. 15. 6. ante natum Ismaelem, quem genuit anno ætatis 86. Gen. 16. vers. ult. accessit circumcisio annum agenti 99. Gen. 17. 1. Conf. v. 24. 25.) ut probaret πρωτοτόκιπτον ejusdem paternitatem, communem æque præputiatis ac circumcisis. v. 11. 12. 16. 17. ac ut defectus circumcisionis, non impediit justificationem Abrahæ, ita nec eundem impedire in præputiatis. Obiter hic notandum τὸ διὰ in phrasi δι' ἀκροβυστίας v. 11. non causam sed statum significare, διὰ pro ἐν sicut 1. Tim. 2. 15. Confer D. Glass. l. 3. Philol. S. pag. 506. tract. 6. can. 9.

Quid, inquies, igitur circumcisione opus fuit? Respondet Apostolus ut esset sigillum justitiæ jam acquisitæ. an distinctivum solum ἵνα διὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἀφορισμένοι, ut loquitur Justin. in dial. id contendere Stapleton. in antidot. p. 225. scribit Pareus ad Rom. 4. dub. 6. pag. 127. quem errorem castigavimus in Μησηιος. sect. 1. art. 4. pag. 86. An ut esset sigillum tantum non simul

simul organum gratiæ conferendæ? is error est in quo Jesuitarum & Calvini Schola conspirat, refutata in Μυσηείοις. sect. 3. art. 1. pag. 501. Unde & Justini locus recte exponendus in dial. cit. Abraham περιτομὴν εἰς σημεῖον ἔλαβε, ἀλλ' ἢ δικαιοσύνην sc. de novo acquirendam.

Sequitur Minor præpositio: Omnis filius Abrahæ, in fide ἰσότιμος, (ἰσότιμος non quoad gradum æqualitatis, sed quoad relationis similitudinem) seu iisdem fidei Abrahamicæ vestigiis insistens, est Abraham exemplaritere. gregie Justinus Martyr in dial. Tryph. scribit, Abrahæ filii non sunt, πλὴν (nisi) quod οἱ τῇ γνώμῃ ἐξομοιωθέντες τῇ πίστει τῇ Ἀβραὰμ, καὶ ἐπιγόντες τὰ μυστήρια πάντα. Id quod pertinet non solum ad eos, qui sunt ex lege, sed ad eos, qui sunt ex fide. *Posset aliquis hic quærere* (ita D. Hunn. pag. 173.) *quomodo hæc cum præcedentibus conveniant, ubi dixerat eos, qui ad legem pertinent, non esse hæredes? Respondeo. Est æquivocatio in Phrasi ex lege esse. Nam supra cum negavit eos hæredes esse, qui ad legem pertinent, intellexit eos, qui ex lege volunt justificari, tales recte dixit à promissa hæreditate seclusos. Quando vero hic ait, promissam hæreditatem firmam esse ei etiam semini, quod sit ex lege, intelligit Apostolus eos, qui legi circumcisionis ex mandato Dei subiecti erant. Qui certe si credebant in semen promissum, verè illis firma erat hæreditatis promissio. Sed non illis tantum circumcisis credentibus, verum etiam his, qui sunt ex fide Abrahæ, etiamsi non fuerint subjecti legi circumcisionis. Atque hac*

ratione

*ratione Abraham Pater est omnium nostrum, sc. fidelium.* Quintum, Sextum, Septimum, & octavum capita, fructus, fata secunda & axiomata primatus tam egregii exponunt. Primus fructus proponitur in capite quinto PAX. v. 1. è qua per regressum demonstrativum ad ipsam justificationem reciproce colligere licet. Pax autem divina, v. 1. aditiva. v. 2. gloriosa, plena spei, & gloria spei, v. 2. (in media quoque tribulatione, quæ una illi spei officere poterat) sequentis circuli annulis tanquam sorite colligata. Gloria nascitur ex spe, non confundente, spes ex probatione: probatio ex patientia: patientia ex tribulatione. Ergo gloria nascitur ex tribulatione v. 3. 4. 5. Fons præterea & radix pacis tam lautæ, tam unitivæ, tam gloriosæ est CHARITAS divina in nos effusa, Charitas patris donantis Filium in mortem & Sp. S. in arrham; vers. 5. Christi pro impiis mortui. v. 6. 7. 8 Unde salus, v. 9. reconciliatio pacifica, vers. 10. 11. vita tanquam è stirpe, cujus genealogiam salutarem, ex oppositio pestiferæ amartigeniæ illustrat. vers. 12. usque ad finem.

Secundus fructus in Sexto capite decerpitur SANCTITAS, illius I. Necessitatem indicat Apostolus vindicatam ab objectione contrariâ genuina, v. 1. & 15. utrobique responsione depulsam, vers. 2. & 16. roboratam illustri exemplo Christi, arboris vitæ cui sumus insiti v. 5. baptizati, crucifixi, mortui, sepulti, v. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10.

8. 9. 10. 11. stimulatum cum dehortamentis à malitia & servitute peccati. v. 12. 13. jam desita, v. 18. 19. 20. 22. pernicioſa & ignominioſa, v. 21. 23. Tum adhortamentis ad malitiam ac servitutem divinam. v. 13. in vicem prioris servitutis substitutam, v. 22. 23.

Tertius fructus proditur in capite septimo Libertas à Lege, hoc est, à legis jugo, v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. von item à legis luce, v. 7. & 8. sensu, v. 8 9. 10. 11. 12. 13. & lucta. v. 14. usque ad finem.

Quartus fructus in octavo capite se aperit ΑΣΤΑΙΑ solatiis pleniſſima. Unica iterum syllogiſmi fasciculo omnia continentur.

Omnis qui est in Christo v. 1. qui Spiritum Christi habet, hoſpes spiritus inhabitantis. v. 9. Spiritus obsequioſus discipulus à quo se duci, v. 1. 4. 14. debitor non carnis, sed spiritui alligatus v. 12. & mortificatione castigari sustinet. v. 13. est ἄσυλος àque condemnatione immunis v. 1. justificatus v. 10. filius Dei adoptivus. v. 14. 15. hæres & cohæres Christi, v. 17. prædestinatus v. 30. dilectus, nullaque vi externa à dilectione Dei separabilis v. 37. & seqq. post συναγωνίαν resuscitandus glorificandus v. 17. Ratio theseos est liberatio à jure peccati & mortis facta per Christum. v. 2. 3. 4.

Assumptio fluit ex συμμαρτυρία duorum testium Sp. S. & suipsius. v. 16. cujus characteres sunt φρόνησις spiritualis. v. 5. 6. 7. 8. hinc colligas licet, ubi sensus Sp. S. ibi Spiritus Christi; ubi

ubi Spiritus Christi, ibi Christus, v. 9. ibi υἱοθεσία, v. 14. 15. hinc ἐπινίκιον spiritualibus gaudiis ebrium, v. 31. & seqq. Hactenus primatus in regno Dei felicissimi Axiomata. Sequitur Novissimatus infelicissimus facili à Judæis ἀπονοίᾳ ex superioribus capitibus subodorabilis. Nam si nemo primus est in regno cœlorum, nisi qui sola fide justificatus, Christo per fidem insitus; Sequitur omnem illum Judæum, qui à Jesu Nazareno aversus contrariam opinionem fovet, esse novissimum exclusissimum à regno gratiæ, & miserrimum defectu veræ pacis, synceræ sanctitatis, solidæ libertatis, tutæ ἀσυλίας. Nec omnino abludit ab hac Synaphia Pareus in præf. com. ad Rom. 9. p. 198. *mea inquit sententia Apostolus occasionem petit ex præcedente gradatione: Quos præcognovit, hos prædestinavit, vocavit, justificavit, glorificavit. Atqui Iudæos olim præcognovit, elegit, vocavit, & non gentes. Qui fit igitur, quod Iudæos non justificat, sed gentes? Nam Iudæi justitiam fidei abjiciunt, quam gentes accipiunt. Hinc si firma est gradatio videtur aut non vera esse iustificatio fidei, quam populus electus Iudæorum abjicit, aut Iudæorum populus olim electus nunc esse reprobatus. Vnde sequetur promissiones Dei excidisse, & Deum mutasse consilium, Ista ut conciliet Apostolus, primum quidem Iudæorum repudium, neque promissioni neque consilio Dei derogare sed tam illud, quam gentium vocationem ex Dei proposito fluere, & oraculis Prophetarum probe congruere docet, cap. 9. Postea cur justitiam fidei Iudæi rejiciant, Gentes*

*recipiant, causas reddidit capite Decimo. Tandem ne Iudæi spem salutis abjiciant, aut Gentes substitutione se efferant: Docet Deum & nunc habere, & perpetuo habiturum in gente Iudaica 7000. electorum, quos servet, etsi maior pars reproba pereat: Gentes vero ascitas esse, non ut superbiant, sed ut Iudæos ad æmulationem invitent.*

Noviſſimatus inquam in ſequentium capitum, noni, Decimi & Undecimi triade Judæis clam primum intentatus, ut nemo non illorum facile cogitare poſſet, ſe perſtringi, & (quæ fuit araneorum illorum indoles) dicere, (Magiſter) Paule hæc ſcribens eo nos contumelia afficis? Luc. 11. 45. Deinde palam proſcriptus dicâ in homines à vera juſtitia fruſtratos, Rom. 9. 31. c. 10. 3. excœcatos, induratos, Rom. 9. 33. cap. 11. 7. 8. 9. 10. 11. à regno Chriſti exauctoratos, eccentricatos, rejectaneos, Rom. 11. 1. & 17.

Noviſſimatus laceſſitus ἀπειθία Rom. 9. 32. cap. 10. 21. c. 11. 20. non tamen omnino conclamatus. Rom. 11. & ſeqq. uſque ad verſ. 33.

Hactenus harmonia totius contextus ſacri συνόλως comprehenſi, remotior. Unde apparet Apoſtolum caput nonum ſuperioribus annectere potius oppoſitive quam continue. Etenim à primatus gloria Chriſto devotis aſſerta tranſitu quaſi inobſervato ad noviſſimatum Iudæorum infidelium transvolat. Sed & quod harmoniam propiorem attinet, oſtendi etiam poteſt aliqua σύνταξις cum capite octavo. Illuſtrat

strat Apostolus in priori capite sortem filiorum Dei beatissimam: quinam essent in horum censu, ex anteriori contextu palam fuit; Dicendum supererat in τάσει (ut vocant Rhetores) definitiva, qui non essent? Judæorum quidem opinione, prisco testamento, & sacraméto circumcisionis fœderatorum, quibus dictum, Ero Deus seminis tui: hi primi erant, novissimi οἱ ἔξω. at Apostolus illos novissimos prædicat, hos primos, Neque vult eos percelli specie novitatis: antiquitus hoc Discrimen obtinuisse ac ejusdem in patriarchali familia typos præluisse.

VI. Σύγκρισις Analogiæ.

Analogiæ attentionem ipse Apostolus Interpreti præscribit, ne quid contra κατὰ τύπωσιν ὑγιαινόντων λόγων, contra lumen veritatis cœlestis alibi confirmatum, primitivum, τὸ ἀφ' ἑνὸς πρὸς ἕν, contra totius scripturæ sacræ legalis ac Evangelicæ scopum tentet, admittat, exponat. unde quæcunq; glossa Deum veracissimũ, misericordissimum, justissimum, beatissimè liberrimum, nulli mortalium aliquo merito obnoxium, esse non sinit; Quæcunque securitatem antinomicam vel desperationem anti-Evangelicam, pestilentissimos sc. abortus enititur, delira est, suspecta est, subtesta est.

§ 98. VII. Σύγκρισις sensuum Mosaico-Malachiano-Paulini.

Totidem hic sensus occurrunt, quot sunt viri Entheati circa præsens oraculum occupati, uni-

ti, unicus quidem duntaxat literalis; sed mystiacus geminus; unus anterior ac typicus, alter posterior & anagogicus. Typicum sensum Moses tetigit, literalem Malachias proposuit, Anagogicum Apostolus indagavit Moses lineamenta posuit, Malachias certam figuram pinxit, lumina addidit Apostolus: Moses stamen jecit, Malachias tramam intulit, Apostolus quasi tinxit.

## SENSUS TYPICUS.

In Historia Mosaica expressus Gen. XXV. & XXVII. in qua advertenda sunt, *historia ipsa, & historiæ relatio typica. Historia proponit,*

I. *Par nobile Fratrum Esavi & Iacobi,* sibi similimum, stirpe utriusque eadem Isaaco & Rebecca: conceptu & partu tam contiguo, ut alter alterius teneret calcaneum; peccati lue originali & hinc ἀδυναμία liberi arbitrii in supernaturali vero bonoque assequendo. Etenim producuntur hi fratres, ut jam concepti (cum oraculum ederetur) etsi nondum in lucem editi, adeoque ut in statu lapsus constituti. addit *Augustinus* paritatem constellationis, è qua Genethliacos confundit. l. 5. Confer D. cap. 4. *Nati* inquit, *sunt duo gemini antiqua patrũ memoria, ut de insignibus loquar, sic alter post alterum, ut posterior plantam teneret prioris. Tanta in eorum vita fuerunt moribusque diversa, tanta in actibus disparilitas, tanta in parentum amore dissimilitudo, ut etiam inimicos*

micos eos inter se faceret ipsa distantia. & mox, Unde igitur ista ingeniorum ac fatorum diversitas? ex astrorum positu? at ille saltem in conceptione unus idemque fuit: superfœtatio frustra fingitur, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα notat ad h. l. Grot. pag. 271. Κόιτη משכב & primo sensu est cubile; deinde per μετωνυμίαν adjuncti σημνῶς sic exprimitur ἡ συνουσία, ut videre est infra XIII. 13. Hebr. 13. 4. quæ dicuntur κοίτη σπέρμα. Levit. v. 16. 17. 18. XVIII. 20. XXII. 4. Num. v. 12. Deinde per longius euntem figuram sive μετάληψιν ipsum σπέρμα, id est, genitura, ut hic. habent autem hæc verba ἔμφασιν, ne forte quod de Ismaële dixerat, ad matris aut temporis diversitatem aliquis referret. Ad locum Augustini hæc notat Ludov. Vives. Hoc unicum Nigidij responsum, quod Mathematicis omnibus subtilissimum est visum, omnia genethliacorum scita, placita, promissa evertit. Si enim tam brevi temporis momento mutantur omnia, ut non diversa modo, sed adversa quoque fiant, quis unquam de nato puero poterit aliquid prædicere, cum momentum illud, vel quo conceptus, vel quo natus est, nemini possit esse certum. Itaque etiamsi detur multum in nos virium potestatisq; habere sydera, tamen illud quicquid esset, hominibus incomprehensibile esset: cum mōmētanea, in quibus astrorum positus necesse est collocare, certo deprehendi non possint, & syderum incitatissimus cursus tarditatem nostræ considerationis antevertat &c. Hæc ille. Adde si morulæ illæ interjacentes morum & fatorum symphoniam in geminis sibi tam attiguis, quam sunt membra unius ho-

minis retardant, quid fiet de uno eodemque homine membratim adeoque per morulas exutero prodiente? num & ille sui tam immaniter dissimilis futurus?

*II. Par geminorum, impar ominibus, sorte, studijs ac moribus. Ominibus primum ut sunt collisio uterina, forma corporis*, hinc glabra, illinc pilis aspera & rufa: *supplantatio*, tenebat enim Jacob fratris calcaneum quasi obstiturus, & retracturus fratrem, ne prior exiret. Deinde *sorte* varia: *jure naturali* & gentium Esau tanquam primogenitus (de quo jure Exod. 11.5.2. Reg.3.27.2. Chronic. 21.3.) *primus* erat, & nobilissimus, Hebræis enim primogenita sunt nobilissima, ut בכור צאנו Gen. 43. Sic בכור מות morbus maxime lethalis בכורים ficus maximè fructiferæ, בכדה, camelus velocissimus: primus *Divitijs* ex gemina hereditatis portione, Deutr. 21.17. sacerdotio, cujus insigne vestem odoratam nondum abdicasse legitur, & Dominio Gen.49.3. atque hinc jure consanguinitatis Messiæ primogeniti ex primogenitis oriū di. at arte ac prudētia matris Rebeccæ jure in Jacobum translato, coemto à Jacobo, benedictione paterna divinis auspiciis, collato: non tamen usurpato. nam si ἐξκσίας fructum attendas, Esau potius illo gavisus est: Jacob pauper, excommunicato similis, exul, serviens fratri septies poplite flexo: contra Esau satis opulentus, domus paternæ incola, Dominus Jacob. Fuit itaque Esau opinione primus,

Iacob

Iacob noviſſimus; jure Iacob primus Eſau noviſſimus; *Denique ſtudijs & moribus* Iacob איש תם ἁπλαϛος vir bonus. Eſau איש שדה, vir agri & ſylvæ, & (quod in Epiſtolâ ab Hebr. 12. extat malũ coṁa) βέβηλος, utpote profanus ſãctiſſimi theſauri vẽditor, & tamen poſtquã vendidiſſet (animo) fratricida. Omnia iſta ad ſeculi hujus bona, vel minora bona pertinent, de electione & reprobatione æternâ accipi non poſſunt. *Præſto enim ſunt, argumenta quæ negant ab Apoſtolo hic produci Eſau ut abſolutè reprobatũ. 1. Methodus Paulina* diſputandi minimè antabatomachica ex principio utrinque noto, at quis præſtabit Paulum intuitu quodam in librum vitæ vidiſſe Eſavum non inſcriptum? quod cum Apoſtolum latuit, multo magis eius Antagoniſtam 2. *ſenſus Rebeccæ*, quæ vel neſcivit hunc altiſſimũ oraculi ſenſum, vel ſcivit. ſi neſcivit? quod contendit Gomar. tom. 2. anal. Rom. 9. p. 54. oculatiores fuerint, qui nunc ſunt homines in Schola Calvini innutriti. ſi ſcivit? uti omnino Rebecca hâc parte oculatior fuit cæco Iſaco quo id cordolio? dum ſemper illi ſuccurrit ſe filium orco genuiſſe indeclinabiliter & pari ſorte cum Dæmonibus damnandum. 3. *Analogia fidei*, quæ non permittit de Deo odium inimicitiæ affirmari in perſonam innocentem antequam aliquid mali deſignaſſet. Hic Bileami aſinam contra ſuos magiſtros cœcos, magiſtram producere licet, ſic argumentantem, non

debere affligi ab hero famulam sine demerito. Rursus si hic voce Amoris æternæ salutis beneficium intelligeretur, sequeretur omnes Ismigenas electos fuisse, & dum hic viverent perpetuo in gratiæ divinæ gremio jacuisse, contra 1. Cor. 10. 5. Hebr. 3. 19. non potuisset Deus postea adhuc Jacobo, & populo toti Israelitico, legem ferre, sub qua benedicturum se illis promitteret. Quod enim Deus jam ab æterno ex amore speciali, & peremptoria atque immutabili voluntate adsignaverat ipsis, hoc iisdem illis sub conditione obedientiæ promittere deinde non poterat; III. *Arbiter & Elector*, à quo tanta parium disparitas (exceptis, quæ miscebantur peccatis) *Dominus est* Ἰακωβόφιλος, & Ἠσαυόμισος. Jacobo gratiosus in juris tam splendidi transplantatione, in Esavum minus gratiosus, quem hoc in beneficio Iacobo postposuit: alterum suo divino λογισμῷ primum fecit, alterum novissimum: utrumque in rebus seculi, & fortunæ temporalis. *Dominus sapientissimus* & cæco Isaaco longe oculatior, è cujus cœlesti curia hæc est προέθεσις patefacta, *primos fore novissimos, novissimos fore primos.* plurimis, retro & post exemplis comprobatum. *Dominus beatissimus* cujus dare est, non accipere; *liberrimus* ac nullius creaturæ meritis obnoxius, neminis debitor, Rom. 11. 35. etenim *nondum natis pueris, cum neque boni quicquam fecissent, neque mali (ut secundum electionem propositum* Dei liberrime unum alteri in exter-

nis præferendi *maneret*) *non ex operibus, sed ex vocante, qui vocat ea quæ non sunt, ut sint, dictum est illi* major serviet minori. Fuit quidem Jacob probus: Esau voluit, cucurrit, venatus est: sed neuter sua vel virtute vel cursu jus primogenitu ræ promeruit, *non enim volentis est aut currentis sed miserentis Dei.* Contra Esau eodem iuris fructu frustratus non est, tametsi βέλτιος: solet enim in temporalibus beneficiis Deus Impios lautius habere, quam pios, in scrutabili æquè ac liberrima μακροθυμίας dispensatione. Ad summam quod jus habet figulus in suum lutum, id Deus primus hominis è luto plasmator in massam sanguinis humani; atque ut ille pro libertate ex una massa vas in honorem extruit, aliud in ignominiam, ita & Dominus. In torneamentis alias virtus brabeum meretur, e. g. de Henrico (ita Limnæ. l. 6. juris publ. c. 5. n. 127.) Thuringorum ditissimo Principe legimus, quod justæ proceritatis arborem, cujus truncus, juxtaq; rami, puro ex auto fabrefacti, folia vero ex argento, decertantibus in præmium posuerit, hac distinctione, ut hastam immota equi sessione frangenti folium argenteum decerperetur, adversarii dejecti præmium aureus ramus esset. Poetica Licentia hanc arborem descripsit Lotichius, cujus meminit Dresserus de German. urbib. p. 483.

*IV. Iudicium Esavi*, Ecquid enim ad hanc Catastrophen primatus & novissimatus in-

versi Esau? num æquo animo sustinuit? non sanè, sed πονηρῷ ac invido: ringitur, murmurat, conqueritur, haut obscurè Deum arguit mendacii, iniquitatis, immanitatis, *mendacij* dum revocationem benedictionis cupit, tanquam mala fide factæ: *iniquitatis*, incuriæ cursus sui ac venationis laboriosæ: *immanitatis*, qua Jacob Esavum pro nomine suo supplantaverat, Gen. 27.36. & seqq. sunt opinor hæc omnia clara, historiæ Mosaicæ consentanea, nihil ruit, omnia fluunt.

V. *Anticrisis Sp. Sancti* in historia quidem Mosaica non expressa est, quis tamen dubitabit de piissima ac prudentissima matre, quin responderit obmurmuranti, illud quod Spiritus Sanctus per calamum Pauli? Tu ne os in cœlum? tu cœlesti libertati obnuntiabis? num ille tuus debitor, tu creditor? an oculus tuus malus est, quia Deus in fratrem tam bonus? *annon potest figulus &c.*

§ 99. Sequitur historiæ relatio *Typica*, sicut enim in sua Uranoscopia descripta Ps. XIX. Hieropsaltes è Theoria cœli, tanquam occasione, ad elogium Evangelismi Apostolici, Catholici cœlitus excitatus: è deductione festiva arcæ sanctæ in Ps. LXVIII. ad Triumphos filii sui Messiæ deprædicandos à Sp. Sancto evectus est: ita historia Mosaica de Jacobo & Esavo ominosa fuit occasio altioris mysterii celebrādi. Neque enim in illo, quem produximus sensu ter-

su terminatur historia, sed etiam sui relationem intimat, cùm omine supernaturalis collisionis, & supplantationis aliud præsagientis, tùm clara litera ab individuis Iacobi & Esavi, ab ipso oraculo divino semota, *duæ gentes sunt in ventre tuo &c. Major serviet minori. id quod in personas Iacobi & Esavi non quadrat, si externa spectemus* (scribit Rivetus ad Genes. exerc. 114. pag. 159.) *& temporalia, Esau nunquam servivit Iacobo. Contra Iacobus coactus fuit cedere Esavo, & cum redierit è Mesopotamia, ei se submisit, & muneribus, atq; adeo omni submissionum genere, ut eum sibi placeret, laboravit, à quo maxime sibi metuebat. Ergo si servitutem externam & temporalem spectemus, potius Iacob servivit Esavo, quam Esavus Iacobo. Non legimus etiam in hereditate idem factum fuisse, quod in familia Abrahami, ut Iacobus temporalium etiam bonorum hæres ex asse institueretur, Esau autem muneribus contentus, fratri cederet. Quapropter, si carnis prærogativam respiciamus, non est quod inter Esavum & Iacobum id impletum fuisse videamus, maior serviet minori.*

Agnoverunt altiorem sensum ex Hebræis Philo. l. de allegoriis. in fine l. de Cuin & Abel, è Christianis doctoribus, August. lib. 16. C. D. c. 37. p. 233. *O res gestas, sed Propheticè gestas: in terra, sed cœlitus: per homines, sed Divinitus. Si excutiantur singula tantis fœcunda mysteriis, multa sunt implenda volumina.* Hieronym. in Malach. 1. Apostolum *mysticâ disputatione illum locum eventilare* scribit. Typum agnoscunt è nostris D. Lutherus ad

rus ad Gen. 25. pag. 14. D. Hunn. ad Rom. 9. p. m. 305. 307. 308. D. Tarnov. ad Malach. 1. p. 18. & D. Balduin. pag. 616. Ipse Calvinus etiam ad Rom. 9. hæc notat, pag. 83. *Tametsi enim istud ad jus primogenituræ spectabat: in ea tamen ipsa, velut majoris rei typo, declarata fuit Dei voluntas. Atque id videre promptum est, si reputamus, quam parum secundum carnem sua primogenitura Iacobo profuerit. Nam & ob eam periclitatur vehementer, & ut periculum effugiat, domo & patria cedere cogitur, inhumanissime tractatur in suo exilio: dum redit, trepidus & vitæ dubius sese advolvit ad fratris pedes, suppliciter eius offensum deprecatur, & non nisi eius venia vivit. Vbi Dominium supra fratrem, à quo vitam precario petere cogitur? Majus ergo quiddam fuit quam primogenitura, quod Dominus oraculo suo pollicebatur.* Confer Bezam ad v. 13.

Progrediamur ergo ad sensum altiorem Malachianum, ubi Iacob & Esau typi sunt suæ posteritatis; sicut in ultimis verbis Iacobi. Gen. 49. capita tribuum typi fuerunt fatorum in tribubus: Et Paulinum, in quo Iacob & Esau typi sunt mysterii spiritualis.

## SENSUS LITERALIS.

§ 100. In Prophetia Malachiæ editus c. 1. v. 2. 3. 4. 5. *Dilexi vos, dicit Dominus: & dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob? Esau autem odio habui, & posui montes eius in solitudines, & hæreditatem eius in desertum Draconis. Quod si dixerit Idumæa, destructi ad pauper-*

*paupertatem redacti sumus, sed revertentes ædificabimus, quæ destructa sunt: hæc dicit Dominus exercituum, isti ædificabunt, & ego destruam: & vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus usq; in æternum. Et oculi vestri videbunt, & vos dicitis: Magnificetur Dominus super terminum Israel.*

Repræsentatur in hoc oraculo. I. *par nobile* gentis. nimirum ut in cygnæo vaticinio Jacobi per capita duodecim tribuum, familia & posteritas intelligenda est. Gen. 49. id quod non obscurè docet *Malachias, dum argumentum sumit ab his rebus, quæ non tam ad Esau, & Iacob, quam ad eorum posteros pertinebant. Neque enim Esau, terram desertam vidit, & rursus visurus erat, cum habitari rursus inciperet, eversam. Neque id obscure docet Propheta, cum dilectionem esse dicit filiorum eius. Dilexi, inquit, vos. & probat, quia Iacob dilexit. Vnde optimè hic Hieronymus, In Iacob vos dilexi, in Esau Idumæos odio habui.* hæc Sanctius ad h. l. Tarnovius ad h. l. urget pag. 15. Illa pluralia & affixa pronomina אתכם, אתכתנו & verba נשוב, נאנה. &c. nomina collectiva העם אתם pronomina separata אתם המה. Unde probat gentem non personas intelligi. *Par natalium splendore* ex Iacob & Rebecca, conceptu virtuali è femore Isaaci; par peccati lue, propagine, ἀδυναμία liberi arbitrii, promerendæ divinæ mercedis inidonea.

Sed II. *Par impar primogenituræ nobilitate*, externo sc. & temporali beneficio, nequaquam electione aut reprobatione æternâ quippe ser-

vire

vire non est ex reprobatione damnatum esse: nam servitus & dominium sunt affectiones temporis non ævi. *Est enim*, ut recte notat Tarnov. ad h. l. pag. 15. *Aeterna electio certarum personarum, ordinem à DEO institutum observantium in tempore, non vero integri alicuius populi aut visibilis Ecclesiæ, in qua sunt bonis mixti multi mali. bis* עכול *seu termini regionis fit mentio, qui non potest dari in electione æterna.* Sequeretur alioquin grande illud absurdum omnes Isaacidas electos & salvatos, cui reclamat disputatio Paulina Rom. 9. in sensu Calviniano exposita; contra omnes Edomæos reprobatos; Repugnat Prophetia de Idumæorum conversione Amos 9. 12. repugnat executio Marc. 3. 8. reclamat Iob in suo illo dulcissimo Evangelio, *novi quod redemptor meus vivat.* Iobum autem fuisse Idumæum non vult in controversiam vocare *Rivetus*, additis rationibus in Genes. exercit. 144. pag. 710. Vana hic est distinctio Gomari in anal. Roman. 9. tom. 2. pag. 54. inter prædestinationem collectivam & singularem; potuisse totam gentem dici vel electã vel reprobatam etsi quidam singuli in gente electe reprobi, in gente reprobata electi fuerunt. At Apostolus hic disputat cum singulis, cum quolibet ex Iudaico populo infideli: nec gratia Dei totam gentem Idumæam ante Christum exhibitum excluſit, Quia si tota gens fidem Deo dediſſet tota admiſſa, tota salvata fuiſſet.

Gens

*Gens Idumæa* opinione ſua, ſuomet calculo, deque facto multis ſeculis *prima* fuit ac ſupercilioſa. *Prima divitijs, ſacerdotio* nondum omnino abdicato, *ac dominio* late patenti ad mare uſque Erythræum extenſo (ab Edom denominato juxta Genebrard. vide Sixt. Amama pag. 456. ad Pſ. 106. Druſ. ad loca diffic. Exod. pag. 187. Scaliger. ad feſtum voce, Ægyptius, omnium diligentiſſimè Fullerum Miſcell. 4. 20. *Quid miraris ſcribit* Sixt. Amama loc. cit pag. 457. *potentiſſimum, qua latè iſti patebant campi, Monarcham, Eſavum, aut potentiſſimam eius progeniem nomen impoſuiſſe iſti ſinui, quem diutiſſimè ſola poſſedit? Illud etiam adverte, veterem Idumæam nequaquam tam angustis circumſcriptam fuiſſe terminis, ut hodie in tabulis depingitur, ſed maximam Arabiæ Petræa partem ſibi vindicaſſe, finesque ſuos longo oræ maritimæ tractu ad ſinum usque Arabicum ſeu mare umbra protuliſſe. Omnem ſuper hac re dubitationem tollit nobiliſſimus locus. I. Reg. 9. 26. Præterea claſſem paravit Rex Salomo in Hetzion Geber, quæ eſt prope Elothas, ad littus maris algoſi in terra Edom.* In temporalibus ait Rivetus in Geneſ. Exercit. 144. pag. 707. *ſaltem initio, prævaluit Eſau, qui robuſtior fuit & fratri metuendus, & fixas ſedes habuit, Reges etiam ex familia ſua, cum poſteri Iacobi dura ſervitute premerentur.*

*Noviſſima* contra & quaſi Myſorum ultima *Natio Iacobæa* immaniter in Ægypto preſſa, in deſerto (negato ab Idumæis tranſitu) exul, in terra Canaan bellis vicinis exercita. At λογισμῷ ac ju-

ac judicio divino ac digito quo Iacobæa benedictio revixit, *prima Meßiæ consanguinitate*, salus enim ex Iudæis non Edomæis, Ioh. 4. *gemina* h. e. lautissima *hæreditate* terræ lactifluæ, ac mellifluæ Canaan, *regio sacerdotali hierarchia & dominio per Davidem asserto.* 2. Sam. 8. 14. Ps. 60. 10. excusso quidem sub Ioramo Iosaphati filio 2. reg. 8. 20. 2. Chron. 21. 8. juxta præsagium Isaaci. Gen. 27. 40. at per Amaziam recuperato. 2. Chron. 25. 11. 12. Confer. 1. Maccab. 5. & 2. Maccab. *10. subjugatis omnibus Idumæis Hyrcanus* (teste Iosephl. 13. antiq. c. 17.) *edixit ut circumciderentur, nisi mallent è proprijs pelli sedibus. Atque illi amore patriæ admiserunt, & circumcisionem & reliquam juxta Iudaicos ritus vivendi formulam.* Id quod prædictum fuit Obad. v. 17. quanquam & postea Herodes Idumæus persecutus fuerit Christum Iacobiden.

*Noviſsima* contra Esavica proles ad terras petrosas ac steriles damnata *cuius terminos*, inquit Sanctius ad Malach. pag. 1700. *ita vastavit armis, ut in solitudinem redacti Sylvestres alant belluas, præbeantque serpentibus opportuna latibula.* excommunicata è pomœriis ecclesiæ, ad scabellum pedum Davidi corum abjectæ juxta illud triumphale carmen. Ps. 60. 10. *supra Edomæum projiciam calceum meum. III. Arbitro* omnium terrarum domino, Deutr. 32. 8. Dan. 2 dispensatore sapientissimo, beatissimeque liberrimo, nulli nationi nominibus obstricto, non habito respectu ad

bene

bene vel male facta utriusque gentis, nam in comparatione gens Hebræa nihilo sanctior, si non pejor gente Edomæa.

*IV. Iudicium* quale fuerit Edomæorum, & quæ anticrisis Judæorum, videtur haut inconcenna conjectura assecutus Casp. Sanct. ad verba pag 1709. *Et vos dicetis, Magnificetur Dominus super terminos Israel.* Tunc quando male se ab hostibus jactari videant Idumæi, *verisimile est eos præ laboris, & incommodorum impatientia in Deos patrios, & tutelares multa contumeliosa fore iactaturos, id enim in Deos suos, si quando aliquid accideret adversi, faciebant plerumque Gentiles. Quorum consuetudinem expressit Maro l. 2. Aeneid. qui sic hominem pium cum suis diis expostulantem inducit.*

*Quem non incusavi amens hominumque, Deumq;*

Et Ecloga 5.

*Cum complexa sui corpus miserabile nati,*
*Atque Deos, atq; astra vocat crudelia mater.*

*Quo ergo tempore Idumæi de sua fortuna querebantur, precabanturque male Diis, à quibus patrocinium in rebus adversis imploraverãt; tunc Israelitæ laudabant Deum, eumque ab omnibus magnificari, id est, haberi magni, atque laudari studebant, quod dejecisset populum Israelitici nominis inimicum, & Iudæorum finibus magnum addidisset incrementum. Id enim videtur sibi velle illud, super terminos Israel, id est, propter terminos amplificatos.* Si Paulus tunc vixisset & murmura Edomæa audivisset, id ipsum iis respon-

surus fuisset quod in IX. ad Rom. Annon habet potestatem figulus? &c.

SENSUS Mystico Anagogicus.

§. 101. In Cap. IX. ad Romanos ab Apostolo Paulo insinuatus, ubi parallela sunt.

I. *par fratum.* Gens sc. senior, Hebræa sanguine prius à DEO genita in V. T. privilegio humanæ orginis freta: & Gens Junior Christiana, ex hebræis tanquam κατάλειμμα & sacrum quoddam lipsanon Rom. 9. 27. 29. èq; gentibus collecta postgenita in N. T. posteriori tempore, prior donis, similima origine antiquissima Noahica, peccati infamia, ac ἀδυνμία liberi arbitrij, id quod demonstrarat c. 1. & 2. ad Rom.

II. *Par impar nobilitate primogenituræ spiritualis in domo ac Regno gratiæ Meßiano.* Nam de hac progenitura sermonem esse constat. 1. *ex voto Apostolico.* Id Judæus fuit, quod vellet Apostolus esse pro Judæo, cap. 9. 3. cap. 10. 1. Confer Mentz. tom. 1. disput. Giess. in Analys. hujus capitis. θ. 6. Iam Apostolus voluisset anathema esse à Christo non æternũ per reprobationem absolutam ac ineluctabilem, hostilem, idem enim salva sanctitate optare non potuit; sed à regno gratiæ ad tempus per exilium, ἀπὸ τῆς χάριτος, id est, ab Ecclesia Christi quæ Christus vocatur 1. Cor. 12. 12. Gal. 3. 27. Sicut mos erat apud Hebræos uxores vocari de mariti nomine Esai. 4. 1. Hoc dicit, velim non modo carere honore Apostolatus, verum etiam contemptissimus esse

esse inter Christianos, quales sunt qui excommunicati sunt. 2. *ex συναφείᾳ textus posterioris*, qui totus est conceptus de electione ad regnum gratiæ, non præcisè ad regnum gloriæ, vel ab hoc reprobatione. etenim qui hic dicuntur anathemata, in cap. 11. dicuntur excisi; at illis ipsis excisis spes fit redeundi ad gratiam, quæ spes in peremptoriè electis decollat. Id nisi speraſſet Apostolus, frustra suum caput quasi in succedaneum dedisset, frustra voluisset sui anathemate Judæorum salutem lucrari. 3. *ex συναφείᾳ textus anterioris.* Postquam Apostolus cap. 8. Filiorum DEI sortem & gloriam quamvis mutabilem & deficibilem illustravit, jam quæstio incidebat, quis esset in censu filiorum DEI? Paulo teste non alii quam justificati fide: Judæorum opinione, non alij quam antiquo fœdere DEO fœderati, quibus dixit: *Ero DEVS tuus & seminis tui.* hæc est σάσις definitiva. 4. *Ex Iudæorum intellectu*, nec Judæi legem fœderalem in hunc sensum sunt interpretati, quasi omnes fœderati h. e. circumcisi Judæi sint peremtoriè salvandi, excipiebant enim omninò Paulum & alios opinione Apostatas, qui circumcisi erant, ac Judæorum judicio noviſſimi.

*Impar* inquam, quia Gens Hebræa sanguine Rom. 9. 2. & seqq. supercilioſa, *prima* fuit in domo Messiana, opinione; *prima* gratiarum Messianarum debito; *Prima* sanctitate sacerdotii Mes-

tii Messiani & ἀκειβεσάτης λαλιᾶς; *Prima regnô* Messiano, seculari spe devorato. *Novissima* contra gens Christo dedita, inops gratiarum, exul, ἀποσυνάγωγος, serva, devota, victima, Ephes. 2. ἔξω κύνας Apoc. 21. 29. cum Apostolus vocationem suam ad gentes allegasset, non amplius audiebatur, Act. 22. 22. At λογισμῷ divino & *calculo cœlesti prima, in benedictione & Divitiis* gratiarum spiritualibus ex consanguinitate fidei in Messiam, & hinc intimæ admissionis, amicitia Ioh. 15. Matth. 12. 2. *In Sacerdotio spirituali, & regia dominatione* in omne seminium serpentinum, cui Regali Sacerdotio omnes baptizati sunt initiati. 2. Petr. 1. Ap. 1. 15. Cujus Rex Christus dominabitur in medio inimicorum omnibus Esavitis subjugatis: Ps. 110. *Contra novissima gens Hebræa* sanguine superba, proscripta à vera justitia, frustrata, Rom. 9. 31. c. 10. 3. excœcata, lapsa. Rom. 9. 33. c. 11. 7. 8. 9. 10. 11. exauctorata, excentricata rejectanea. Rom. 11. 1. & 17. securis radici apposita ramos exsecuit; nulla in Regno Christi Matth. 5. 19. c. 21. 31. quanquam novissimatu nondum desperato Rom. 11.

ARBITRO & ELECTORE *Domino* qui gentē Christianā, amore, gratia, miserieordia; gentem Hebræā è solis natalibus ἀλάξοντα odio prosecutus est. *Domino sapientissimo minimeq; qui cæco sapientissimo* cōsilio per Ethnicos Judeam gentē ad æmulationem voluit excitare, & hoc ipso ad suum Regnum vocare. Rom. 10. 19. c. 11. 11. 12. 13. 14.

*Domi-*

*Domino beatißimo* ac liberrimo, qui dilexit gentem Christianam nullis ejus aut operibus aut meritis ante vel post gratiam factis provocatus, sed sola, mera, & gratuita gratia, & misericordia Rom. 11. 30. per fidem accepta; non habita ratione idololatriæ, & criminum reliquorum quorum Rom. 1. Catalogus est expositus, neque etiam præcedanei alicujns cursus Rom. 10. 20. c. 11. 6. Nulla habita ratione operum legalium, quæ Judæi etiam ἀκειβεσάτως fecissent, quæ cum non considerentur, non facta (antequam aliquid boni fecissent) dicuntur, sicut Hebr. 7. 3. *Contra gentem* Hebræam sanguine turgidam odit, posthabuit, exclusit sua domo, hoc est, Ecclesia, non tam ob peccata reliqua, quam ob ἀπιςίαν subinde ab Apostolo allegatam Rom. 9. 32. c. 10. 21. c. 11. 20. & 22.

Divina intentio fuit pœnitentia & reditus ad saniorem mentem, unde *Lutherus* ad Gen. 25. pag. 14. f. 2. *Sicut de Cainica & Ismaelitica Ecclesia dixi: quod fuerint reiecti: sed ita ut abiectio illa ad humiliationem ipsorum faceret, ut resignarent hæreditatem, quam præsumpserant habituros se ex carne. Per pœnitentiam autem & fidem in promißionem salvati sunt, non ideo quod essent filij Edom: quia illa linea est reprobata, sed quia promißionem fide apprehenderunt, juxta sententiam Pauli: Non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promißionis. Conjunxerunt igitur se cum Ismaelitis & dixerunt: Sara avia nostra, & Abraham pater noster est, sed in hoc non salvabor, nihil*

*enim prodeſt carnalis generatio, ſed credo in ſemen, quod promiſſum eſt patribus, ſicut Iſaac crediderunt, & ſalvati ſunt. Hanc fidem quicunque habuerunt, hereditatem vitæ æternæ nacti ſunt, ſed qui ex illa poſteritate manſerunt, in præſumptione majoritatis ex carne, illi omnes perierunt.*

O igitur βάθος σοφίας! quo Judæi ad æmulationem excitati. ô βάθος viarum & judiciorum, mirandæ cataſtrophes primorum & noviſſimorum, amoris & odii, hinc gentium ê lupanari quaſi & ſpelunca latronum in domum Chriſti adoptatarum: illinc populi tam ſancti, tam generoſi proſcripti, Ω βάθος μακαριότητος nemini quicquam debendi, *id quod* (verba ſunt noſtri D. Brentzii ad act. 10. p. 228) *non admodum mirum nobis appareret, qui longo uſu & diutina conſuetudine, qua incircumciſæ gentes, ex quibus & nos ſumus, Chriſtum profitentur, occalluimus. At ſi reputemus, quantum diſcrimen inter Iudæos & gentes etiam autore ſcruptura fuerit, & conferamus miniſterium Moſi ad miniſterium Evangelij, tunc maximum nobis videbitur miraculum, quod Deus in populum ſuum recepit gentes in præputio ſuo manentes, & legem Moſi non agnoſcentes.*

§ 102. Manet itaque theſis hactenus in Epiſtola Paulinâ aſſerta, *Chriſtianum fide juſtificatam in regno Meſſiano primum eſſe, contra Iudæum infidelem noviſſimum.* Suffragantur huic expoſitioni veteres, Tertullianus adverſus Judæos: *Itaque cum populus ſeu gens Iudæorum anterior ſit tempore, ma-*

pore, major per gratiam primæ dignationis in lege, noster vero minor ætate utpote in ultimo seculi spacio adeptus notitiam divinæ miserationis, procul dubio secundum edictum divinæ locutionis prior & major populus, id est, Iudaicus, serviat necesse est minori, & minor populus, id est, Christianus superet maiorem. Ac post: Noster vero populus minor, id est, posterior, relictis idolis quibus ante deserviebat ad eundem Deum conversus est, à quo Israel, ut supra memoravimus, abscesserat. Sic namq; populus minor populum maiorem superavit, dum gratiam divinæ dignationis consequitur, à qua Israel est repudiatus. Idem libro III. adversus Marcionem: Iacob qui quidem posteriores & prælationis populi figura est, id est, nostri. Cyprianus testimoniorum contra Iudæos lib. 1. quod duo populi sint prædicti major & minor, id est, Vetus Iudæorum, & novus qui esset ex nobis futurus. Confer D. Mentzer. tom. 1. Gissens. in analys. Rom. 9. Et Theologos Darmstattinos in fundam. deduct. p. 293. & seqq.

*Crisis Iudaica* qualis fuerit ex Apostolicâ anticrisi conjectura haut difficili vestigari potest. Ringebatur gens Hebræa à Jesu Nazareno aversa; murmurabat: cavillabatur, blasphemabat, (nimirum ut hodie gens senior Romanensis papæa simulacris Veteris Ecclesiæ Rom. turgida, nihil fert ægrius, quam se Ecclesiæ apostatas dici, Lutheranos veræ Ecclesiæ filios audire,) his syllogismorum cornibus cœlos petit.

I. Is DEUS qui primogenituræ & fœderis primos, domesticos, filios domo sua ejicit, receptis extraneis, mendax est. Deus Paulinus nos Iure primogenituræ, Exod. 4. 22. & fœderis in semen Abrahæ derivati Gen. 17. primos, domesticos, filios domo Messiæ excluſit. Ergo mendax est, ejus verbum excidit, non impletur, quod promisit, non præstitit. Confer. 1. Sam. 3. 19.

Resp. Apostolus distinguendo inter primos carne & promissione; quam distinctionem firmat instantia utrinque concessa ex domo Abrahæ depromta. Nam Ismael primus carne ejectus est è domo Abrahæ. Unde ἀὐθυποφορέτως Is Deus qui jure primogenituræ & fœderis ejicit domo, mendax est, at talis est Deus (non solum Paulinus sed &) Abrahamicus. hinc necessariò exsurgit distinctio inter filios carnis h. e. mysticè justitiarios, qui carnem h. e. legem ut finem acquiescentiæ sectantur, Ioh. 8. 39. Rom. 4. 1. & 2. Confer. v. 14. Galat. 1. 7. & filios promissionis h. e. mysticè, qui lege pro pædagogo ad Christum finem usi sunt. Rom. 10. 4. sectati promissionem (sicut filii lucis, veritatis, pacis qui hæc sectantur, amplectuntur) & in vestigiis Abrahæ ambulant, hi λογισμῷ divino sunt semen Abrahæ, cap. 9. 8. ad hos pertinet fructus fœderalis promissionis. Confer collationem Ismaelis & Isaaci institutam Gal. 4. 29. & 30. *Sed quando tunc is, qui secundum carnem &c.*

nem &c. Repræsentat hic locus duas familias, contraria ingenia, sortem inæqualem, Familia & sanguis Ismaelis est ex ancilla secundum carnem, per naturæ cursum: Isaaci contra ex libera, secundum promissionem, supra naturam. Ismaelitæ sunt Iudæi inconversi, è matre Synagoga ex Ægypto ad servitutem traducta. Exod. 24. naturæ viribus confisi in negotio salutis: Isaacidæ contra Israëlitæ, fideles ex gentibus æque ac Iudæis collecti, è liberata liberaq; Ecclesia N. T non ex sanguinibus neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Indoles deinde utriusque generis contraria est, Ismaelis servilis, justitiaria, hypocritica, fastuosa, omnia ex primogenituræ jure, spe, officio, qua hæreditatem sibi debitam dudum devorarat: deniq; illusoria, fugillatoria, persecutrix Isaaci. Contra Isaaci indoles fuit ingenua, fiduciaria, simplex, patens. Ismaelitæ sunt judæi inconversi, opinione sua primi in Regno Dei, servi legalium & onerum, & execrationum, justitiarii. Rom. 10. Abrahamo patre turgidi. Matth. 3. v. 9. hypocritæ. Contra Galatæ & Iudæi conversi (opinione adversariorum noviſſimi) spiritu Evangelico præditi, liberi, promissionum fiduciarii, patientes, sinceri: sors inæqualis, illic exhæreditatio ac ejectio è domo paterna parabolica (nam Ismaelem absolutè à Regno cœlorum reprobatum, quis ausit dicere? quis totam ejus posteritatem damnare, quam con-

stat Evangelico jubare illustratam, Act. 2. 10. Gal. 1. 17. Tantum hic repræsentatur, quantum ad allegoriæ τρέπον pertinet, nil ultra) hic hæreditatis fructus.

*Instat Dialogista* esse diversam rationem. Nam Ismael fuit improbus, cavillator, merito exclusus: Isaac cõtra pius Ismael natus è matre serva, Isaac è libera. Igitur affert Apostolus strictius exemplũ quo tantundẽ efficit, in quo instantiæ acies hebescat: *Esavi scilic. & Iacobi* parium matre, parium ἀδιαφορία ad bonum & malum actuale, quibus nondum natis aliqua distinctio ex divina libertate accidit. v. 10. ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις μένῃ *ut maneret* id est, ut probaretur hoc argumento (nam id Hebræi dicunt per עמד stare quod Græci multis in locis vertunt μένειν) *Voluntas Dei* (libera scilic.) in iis quæ pertinent ad prælationem, id est, ut alterum alteri præferat; Id enim omne ἐκλογῆς dicitur nomine, nam בחר Hebræum, quod plerumque vertitur ἐκλέγειν, per προχειρεῖν vertitur Deutr. 7. 6. 10. 15. Proverb. 1. 29. πρόθεσις inquam, omnia libere, gratis in Dei unius gloriam dandi, nemini quicquam debendi, ne quis glorietur, qui finis totius justificationis; non ex operibus, sed ex vocante, h. e. promittente, (nam vocat Deus per promissa. eodem recidunt ἐπαγγελίας λόγος & κλῆσις) h. e. gratis censente pro filiis, qui fide oblatam gratiam amplectuntur, *ideo enim ex fide ut secundum gratiam*, Rom. 4. 16. fides gratiam stabilit,

bilit, Rom. 3. 27. omnia κατ' ἐκλογὴν, ex fide prævisa. προθέσεως objectum est Iacobi dilectio & Esavi odium, v. 13. explicationem hujus loci dedimus in Christeid. p. 180. & 181.

De primis promissione largitur majorem, De primis sola carne negat minorem.

II. Is Deus, qui gentem legis servantissimam, Zelotypam, sanctissimam, domo Messiana excludit, ascitis contra profligatissimæ vitæ gentibus in suam familiam, iniquus est. At hujusmodi est Deus Paulinus qui gentem Hebræam legis servantisimam &c. Ergo iniquus. Fac enim gentem hebræam impiam fuisse, num ideo in ejus locum profanam adoptare debuit? perinde (qua similitudine utitur Chrysost.) ac si filius Regis, cui hæreditate videtur deberi regnum, dejiciatur, & in ejus locum impurus quisquam de plebe homuncio, modo è carcere liberatus, surrogetur. Quod certe si fieret, gravis nasceretur offensio. Nam si quis causari vellet filium Regis idcirco abjectum esse, quod male se gessisset, diceret, alioquin eo meliorem ascisci oportuisse, non æque malum & perditum: quare cum gentes nihilo meliores fuerint Iudæis, utrosque similiter aut puniri aut ornari oportuisse.

Negat Apostolus majorem, De Rege qui civitatis jus nemini debet, is pro libertate potest legis observatores ejicere, & ex misericordia infames civitate donare. Iam hujusmodi Rex Deus

Deus est, nemini quicquam debet, nec volenti, nec currenti; sicut nec Rex sua feuda currentibus ex debito dispensat, ac inter ipsos prævaricatores optionem habet aut miserendi aut indurandi, id quod illustrat exemplo Mosaico utrinque concesso; hinc Israelitarum Moscholatrarum, illinc Pharaonis in hoc conservati ingenti μακροθυμίᾳ ut Deo crederet: sin; ex eventu in gloriæ divinæ laudem victima cederet, & instar anathematis in publica orbis columna proscriptus, illud passim clamet, *in me intuens pius esto* ! crimen læsæ majestatis pars utraque commisit; sed illis pœnitentibus Deus pepercit: hunc impœnitentem justo judicio induravit, patientia, non potentia: non statim puniendo, sed laxando vitam. Iam & Iudæos & gentiles esse legis prævaricatores evictum est supra c. 1. & 2. Si igitur vos Iudæos gravius Pharaone peccantes (nam Pharao verbum servi Mosis neglexit: vos Domini Christi per infidelitatem) indurat, hoc est, patientia sua fert, feretq; ad excidium usque urbis vestram contumaciam (non Mosi sed) ipsi Messiæ obstreperam, tot miraculorum (non diriſſimorum, qualia fuerat portenda Ægyptiaca) suavissimorum lumina malitiosè cœcã & sceptro Christi gravem, gentibus fide Jesum Nazarenum amplectentibus parcit ac insuper civitate donat. An hoc nefas? Stat itaque; *Deus miseretur cuius vult, indurat, quem vult.* Stat inquam sicut

quod

quod scriptum est, scriptum est. *Miseretur autem cuius?* voluntate antecedente omnium, Rom. 11. 32. consequente de qua hic propriè sermo, (de illa scilic. misericordia à qua Iudæi excluſi: non autem erant excluſi à præveniente gratia, quam habuere illustrem, sed consequente quæ ex prævisa fide, quamvis enim, ita D. Hunn. in h. l. pag. 314. *Deus omnibus suam misericordiam offert; non tamen indifferenter omnes quoquo modo sese habentes, eius fiunt participes: sed ij soli, qui gratiam & misericordiam Dei fide, per verbum operatione Spiritus Sancti excitata, apprehendunt:* Horum, inquam vult misereri Dominus; reliquis à perfruitione & participatione misericordiæ divinæ non per absolutum decretum rejectis, sed per incredulitatem, ut cum Apostolo loquar, excluſis & exciſis) ejus, qui fide gratiam amplectitur, Confer Dan. 4. 14. notat Grotius ad h. l. p. 274. *Solent sic loqui Domini ac Reges, quoties constitutionis suæ causas nolunt reddere, etiamsi aliquas habeant. Idem Deus summo jure facere potest in beneficiis suis elargiendis aut negandis, in peccatis condonandis & vindicandis, non quod non ipsi rationes discriminum constet, sed quod nihil necesse sit eas cognitas esse hominibus. Scriptor libri de vita & morte Mosis verba illa Dei sic explicat. Nemini quicquam debeo, gratis do mea. Non autem hoc dicit Paulus, quod non huius disputationis de qua egit hactenus, rationes aliquas posſit reddere (nam & reddet aliquas) sed quod priusquam eo veniat, edomare velit contradictoris audaciam. Etiam de principibus*

*principibus ducunt Politici: Non esse nostrum æstimare quem supra cæteros & quibus de causis extollant: Summum illis datum esse rerum arbitrium, subditis obsequij gloriam relictam: abditos eorum sensus, & si quid occultius parant exquirere, illicitum, anceps, nec ideo nos posse assequi: inutilem tam nescire quædam, quam scire oportere: Parendo, non imperia ducum scisciando, res militares contineri: malum esse militem qui imperia ducum interpretari malit quam exsequi.*

III. Is Deus qui innocentem damnat est crudelis. Deus Paulinus innocentem damnat, Ergo est crudelis. Minor probatur. Qui agitur à liberrima Dei ac irresistibili voluntate actus, is agit ἀνέμπλως. Homo per te (ita enim à Dialogista excipiebat Pauli responsum, tanquam de irresistibili voluntatis decreto antecedaneo dixisset Apostolus, qui dixerat de consequente judicio Pharaonis indurati, non divina potentia, sed patientia) agitur à liberrima voluntate Dei, quæ per se est irresistibilis. v. 19. Ergo. Respondet Apostolus castigata prius argumétandi contra Dei majestatem audacia, Ejus qui non solum non innocens, non sola originali lue infectus, sed insuper (qualis tunc sententia politiæ Iudaicæ) totus è flagitiis consutus, v. 20. adducto comparato à figulo, adversus quem massa non ringitur, etiamsi eam in matulam deformet, idenim vas est εἰς ἀτιμίαν. Confer. Ps. 60. 10. Ier. 2. 28. 2. Tim. 2. 20. vide Delrio Adag. sacr. pag. 526. quo comparato sufficit Apostolo ad

lo ad scopum, Dei dominium ac libertatem vindicasse, si maximè per impossibile ex illo voluisset agere; quamvis quomodo actu velit agere cum vasis rationalibus, alibi in verbo suo declararit. Ierem 18.7.& seqq. annon habet Deus potestatem, quam figulus, quam? similem prorsus? absolutè reprobandi & dehonestandi? id Apostolus non dicit. Hujusmodi ἄνανται ποδάτε redditio est, & incerta & periculosa & in homine rationali falsa; sed unum vas ex magnifica gratia honorandi, alterum, volens ostendere iram, h e. cum jam maturuisset, tamen aliquando μακροθύμως toleratum, post ex justo judicio dehonestandum, ex eventu in materiam gloriæ divinæ, Argumentatur Apostolus ex loco (non similium sed) comparatorum, si figulus ex materia non repugnante vas ignominiæ conficit, quanto magis licebit Deo lutum suæ manui adversum Sathanæ indutatori tradere, & hinc gloriæ suæ velificari? Sed ut omnem cavillandi materiam incidat, atque etiam obmurmuranti rationi satisfaciat (ita enim solet Deus, quæ summa ejus est μακροθυμία συγκαταβατική: Paulus juxta D. Aeg. Hunn. ad h. l. p. m. 318. *ex abundanti justitiam Dei etiam coram humano judicio, contra murmur illud impurum tuetur, eamque per similitudinem interrogationis schemate figuratum illustrat.*) negat minorem, quod vasa iræ sint voluntati Dei consentanea, vel cœlitus agantur ad peccandum, alioquin non

ellent

essent vasa, (h. e. subjecta capacia vindicis) iræ: Innuit contra quod sint aptata ad interitum non à Deo, nam sic non essent vasa iræ, (ira enim accenditur in repugnantem voluntati Dei,) sed à seipsis Rom. 2. 5. quod μακροθύμως tolerata ut resipiscant, cum & indurati quales fuerunt Cinædi. 1. Cor. 6. in reprobum sensum dati Rom. 1. actu fuerint conversi: reprobi autem in sensu Calviniano non possint resipiscere, apud quos frustra est μακροθυμία pœnitentiæ expectatrix Rom. 2. 2. absoluti decreti patroni, hanc μακροθυμίαν non possunt non exinanire: nam quæ virtus lenitatis, aut quomodo μακροθυμία, nedum πολλὴ, in eo est, quod Deus illos per annum unum atque alterum in vita hac fragili & misera relinquat, quin & adde pancratice ac suaviter vivere sinat, quos æterno & nunquam finiendo dolori, voluntate sua absoluta, mancipare decrevit? An multa lenitas in eo est, quod illis usuram exiguæ lucis hic concedat, quos nulla ipsorum culpa, nullo merito, sempiternis & in exhaustis cruciatibus ac doloribus destinavit, tantum modo quia idipsi ita libuit? O crudelem, aut saltem exiguam μακροθυμίαν! Magno sane redimunt istam miseri tales reprobi.

§ 100. Sensus Accommodatitius.

Relatus ad electionis & reprobationis mysterium, ita orthodoxè, ut nullum analogia fidei capiat detrimentum. Fatentur nostri aliquàm

quam digressionem in campum prædestinationis D. Aeg. Hunn. ad cap. 9. Rom. in vestibulo. D. Mentzer. in analysi cap. 9. quæ extat in tom. 1. Giesens. pag. 775. *Diligenter ait notandum, totam quæstionem esse de reiectione Iudæorum, & de vocatione gentium, quæ fit in tempore: nempe quando Iudæis Evangelium à se repellentibus, gentes vocantur ad Ecclesiam in N. Testamento, Act. 13. v. 46. ad quam explicandam producuntur quidem argumenta ex æterna electione: sed tamen hinc constat, non ex professo integram doctrinam prædestinationis æternæ hic tractari, & ea quæ adferuntur, ulterius extendi non debere, quam ad propositam.* Ἀποδεύτως igitur *differunt, qui totam & plenam prædestinationis doctrinam ex hoc capite nono extruere volunt.* Probavimus, inquit D. Balduin. ad h. l. p. 616. *Apostolum directe atque proprie agere de reiectione Iudæorum à privilegio populi Dei & de receptione gentilium in locum ipsorum. Et huc tendunt exempla Ismaelis & Isaaci, Iacobi & Esavi, sicut ex ipso textu planum est. Interim tamen non negamus, proponi in exemplis istis typum electionis & reprobationis æternæ, non exemplum.* & ib. p. 618. *Mysterium electionis in hoc capite explicari non negamus, sed (uti sæpe diximus) non quasi ex professo, proprie & directe, verum typicè & occasionaliter.* Teneatur hic regula quam præscribit ipse Laurent. in Paulo Συνοπτ. pag. 248. *Non est necesse ut typus antitypo suo respondeat semper in omnibus, sed sufficit, ut conveniant in proprio scopo quē intendit is, qui eis utitur, uti manifestum est in parabolis ac similitudinibus, & de quibus verissime dicunt*

*Scholastici: Non est necesse, ut parabola, seu similitudo semper quatuor pedibus currat.* Nec male Hugo Grot. ad Rom. pag. 273. *Sicut res eiusmodi quatenus umbram aliquam habent veri certique dogmatis, leniter prosequi suave est, ita omnes comparationes per omnia æquare, & inde dogmata comminisci, agreste, atque inficetum est.* Recte monet Tertullianus, *non ex symbolis materias commendandas, sed ex materijs parabolas, neque enim in comparationibus omnia ad speculum respondere posse.* Et Chrysostomus, *utendum id cuius causa instituta est comparatio, mittenda cætera.*

Analogia fidei observetur, quæ operum quidem respectum hic excludi finit, fidei autem & ἀπρίας minime. in temporali prærogativa Jacobi quidem bona opera sunt exclusa, non item fides sine qua impossibile est DEO placere: contra Esavi mala opera ipsum præcisè non postposuerunt, sed prævisa repulsa primogenituræ, ἀναλόγως apistiæ respondens. Optimè noster Ægid. Hunn. ad Rom. 9. p. m. 312. *Si Esau damnatus dicendus esset, promptum esset de causa damnationis ipsius statuere; nempe quod non credidisset in semen promissum, extra quod nemo potest vel diligi, vel salvari. Sicut ergo Paulus causam rejectionis Iudæorum exponens, diserte affirmat, quod per incredulitatem excisi sint: Si pari ratione id de Esau quoque dicendum foret, quod nondum natus, odio esset habiturus, & excisus propter incredulitatem prævisam; quia non fuisset crediturus in nomen unigeniti filij Dei. Quæ incredulitas verissima reprobationis & damnationis causa est.*

Itaq;

*Itaque ut Paulus Iacobum dilectum esse confirmans, cum nihil adhuc boni feciſſet, non excludit fidem in Chriſtum (ſine qua nemo poteſt vel diligi vel placere Deo, Hebr. 11.) ſed tantum opera excludit, ea ratione, ut propter opera non ſit electus Iacobus, ſed dilectus in dilecto: Sic è contra ſcribens, Eſau odio habitum, antequam quicquam malè feciſſet, non negat, incredulitatem, quæ fidei opponitur, fuiſſe cauſam reprobationis ipſius: Chriſtus enim ut modo dictum eſt, cauſam reprobationis mundi clariſſimis verbis rejicit in incredulitatem hominum: cui aſſertioni non debemus gloſsis humanitus excogitatis contradicere. Sed tantum hoc vult oſtendere D. Paulus, quod nec reliqua præviſa peccata ſaluti Eſau obſtitiſſent, ſi acta pœnitentia in Meſsiam credidiſſet. Vnde Deus in reprobatione non potiſſimum reſpicit peccata alia, pro quibus ipſe remedium in verbo ſuo monſtrat; ſed incredulitatem, quæ removeri à conſideratione reprobationis nec debet, nec poteſt; niſi in faciem contradicatur Chriſto.*

Pareus in dub. 8. ad h. l. pro electione & reprobatione abſoluta hæc infert, *quia Apoſtolus, ſicut à Iacobo bona opera, ita ab Eſavo mala opera excludit, v. 11. 2. quia & miſericordiæ & indurationis cauſa ponitur ſola Dei voluntas. v. 18. 3. quia ſimile de figulo oſtendit ſolam Dei poteſtatem eſſe cauſam faciendi ex hominibus quidlibet pro lubitu. v. 21. 4. quia omnes homines ſunt peccatores: ſi ergo peccata eſſent cauſa reprobationis, ſequeretur, omnes eſſe reprobatos, neminem electum. 5. quia Chriſtus expreſsè aliquorum excœcationem tribuit Divino beneplacito. Matth. 11.*

Reſp. ad 1. Conſequentia non militat. nam

ut in justificatione bona opera excluduntur, mala non excluduntur in damnatione; ita in electione illa, in reprobatione non perinde ista. Unde ipse Walæus de reprob. pag. 491. *Deus* inquit *odit Esavum sed peccatorem, etsi non magis peccatorem quam illos quos elegit.* Quamvis & ista exclusa dici possint, quia si Esau credidisset, per sua peccata damnatus non fuisset, posito quod damnatus fuerit. Morbus, cui refellendo alexipharmacum destinatum est, non enecat, sed solus alexipharmaci neglectus enecat. Ad 2. & 5. Sola DEI voluntas regnat in electione non tamen cœca sine prævisione, non absoluta sine satisfactionis in Christo respectu antecedaneo. Ita & sola voluntas judiciaria homines Sathanicæ indurationi permittit, sed lacessita desertione caloris mollitivi. ad 3. figuli potestas limitata est; neque enim ille pro libitu lutum perennicremis ignibus sic potest tradere, ut Salamandræ instar semper uratur, nunquam comburatur: Ita potestas divina temperata est misericordiæ ac justitiæ temperamento. ad 4. omne quidem peccatum merito suo est damnationis causa, actualis autem ut damnationis & reprobationis causa non est nisi ἀπιστία finalis; quæ disterminat hircos ab ovibus.

Ἀνάκρι-

Ανάκρισις

# PSEVDHERMENIAE

## *Sensus transcendentalis Paulinâ intentione celsior, de Prædestinationis mysterio conceptus.*

1. Sensus ὑποθέσει Exemplorum Esavi & Jacobi.

SUnt enim (uti contendunt) Esau & Jacob hic exempla electionis & reprobationis non typi, ita Molinæ. in Synod. Dordr. pag. 396. *Isaacum & Ismaelen, quemadmodum & Iacobum & Esau, nego ibi proponi, ut typos eorum, qui justificantur per fidem, & eorum qui volunt justificari per opera. Nulla enim esset convenientia inter typum & rem typo adumbratam: cum Esau & Ismaël talem justitiam nunquam affectaverint: nec ibi de justificatione sermo sit.* Ita & Pareus in com. ad h. l. pag. 214. *Neq; datur, quod tantum sub ratione typi Ismaëlis & Esau proferat Apostolus. Typi enim nullum in textu apparet vestigium: sed potius directo argumento comprobat non excidere promissionem Abrahæ & semini eius factam, licet Iudæi anathema à Christo fiant, id est, reiecti pereant: quia promissio sit data semini, in semine autem non censeantur omnes Abrahæ posteri, sed tantũ filij promissionis & electi: Hoc non typis, sed realibus exemplis Isaaci & Iacobi, quos DEVS dilexit secundum electionem: Ismaëlis & Esavi, quos non dilexit sed odit, demonstrat. Suffragatur* Spanhem. in ep. ad Cott. pag. 50. *Ismaël*

*sanè & Esau Apostolo non ut* Τύποι *tantum sed & ut* παραδείγματα *introducuntur reprobationis nondum nati, quum nihil fecissent adhuc mali.* Hac συζυγία ab Apostolo repræsentata. *I. Par fratrum* geminorum Esau & Iacob: quibus paralleli Isaac & Ismaël, nisi quod uterini illi fratres ab eodem patre & matre, hi ὁμοπάτορες non item ὁμομήτορες. *II. Par impar sorte: sorte* inquam cùm æternæ electionis & reprobationis, tum salvationis & damnationis. Nam Iacob ad vitæ æternæ hæreditatem absolutè electus est ab Arbitro Domino Iacobophilo, amore electivo, arcano, irresistibili ac fatali. *Absolutè* non duntaxat à respectu liberi arditrii, activæ dignitatis, meriti, operis humani, causæ propriæ dictæ & positivæ, sed & à respectu dignationis passivæ ac imputatæ quæ est à Christo mediatore antecedaneo motore & fundamento salutis. tùm prævisæ fidei. ita Molin. in Synod. Dordrac. pag. 398. *Iacob dicitur amatus à Deo antequam quicquam feciſſet boni aut mali; Ergo & antequam credidiſſet, & rectè uſus eſſet gratiâ. Tum illud falſum eſſet, non eſt volentis neq; currentis, ſed miſerentis Dei: ſi ex fide prævisâ Deus hominum miſereretur, nimirum* (verba sunt Bezæ contra Sebast. Castellionem volum. 1. oper. pag. 345.) *Iacobum dixiſſet dilectum ac proindè electum antequam natus eſſet, ut electionem ſciremus non tantùm tempore (utpote quæ ſit æterna) ſed etiam cauſarum ordine omnia antegredi utquè præviſioni vel fidei vel operum nullus penitus locus relinquatur, utpote*

*utpote quæsint electionis non causæ sed effecta. Causa movens discretionis divinæ hîc nec prævisa fuit fides in Christum, quia hæc à Deo donatur electis secundum propositum cuius proinde est effectus: effectus autem non est causa sui ipsius: aut prævisa infidelitas, quia hæc naturaliter est omnium; sed sola voluntas Dei vocantis & miserentis cujus vult, & indurantis quem vult.* Hæc Pareus pag. 203. & pag. 204. contrariam sententiam blasphemiæ in Deum poscit. *Tota illa dissertatio Pauli* (ita Molinæ. in synod. Dordr. p. 396.) *à versu 6. cap. 9. ad Romanos usq; ad versum 29. agit de Electione & Reprobatione singulorum, non verò* (*ut volunt Arminiani*) *de Electione tantùm aut Reprobatione, Qualium id est, credentium aut non credentium. Id evincunt exempla singulorum: Isaaci & Ismaëlis, Iacobi & Esavi. Tum illa verba, miserebor, cuius misertus fuero, apertè agunt de certis quibusdam personis, non verò de qualibus: alioqui Paulus dixisset, miserebor, qualium misertus fuero, non verò cuius aut quorum. Apostolus* (verba sunt Rivet. exerc. 114. ad Genes. pag. 565.) *expreßè causam discretionis inter Iacob & Esau, & horum exemplo in genere, inter electos & reprobos, ad* προθεσιν *propositam m beneplacitum Dei revocat, quo nimirum elegit & præteriit quos voluit, & quia ita voluit. Hæc est enim* τῦ Θεῦ προθεσις κατ' ἐκλογήν. Succinit Piscator ad h. l. pag. 915. ἡ τῦ θεῦ προθεσις, *id est, decretum æternum quo Deus sibi proposuit, quos visum est, servare, & quos visum est perdere.* Sorte porrò colligata actionum catenâ fatali ac necessitante, atque hinc sibi (Domi-

no glorioso, ex misericordiæ suæ patefaciendę momento, sacri silentii stupore venerabili. Contrà Esau ad æternam mortem reprobatus & actu damnatus est. *Esau reprobus nullo adhuc scelere inquinatus odio habetur*, ait Calvin. l. 3. instit. cap. 22. n. 11. *Esau à Deo fuit reiectus*, ait Piscat. ad h. l. p. 912.

Iac. Laurentius in Paulo *δυσνοΐ]* p. 250. hanc rigidiorem sententiam sequi suos Doctores communiter profitetur. ita & Ismaëli parentat Piscat. in qq. ad Genes. 259. 261. p. 92. *Anima Ismaëlis aggregata est ad animas reproborum qui ante ipsum mortui erant: ad quas anima illius pertinebat ex decreto Dei, ut percipitur ex verbis Apostoli* Rom. 9. v. 7. & 8. Accinit Pareus in dub. 4. p. 214. *Excluditur enim Ismaël à seminè Abrahæ proindè à Christo, à fœdere, à gratia salutis, quæ jure primogenituræ significabatur. & mox. Etsi igitur charitas non cogitat malum, sed omnia sperat: tamen damnatum esse nimis est probabile.* à Domino *ἠσανομίσω*, odio arcano irresistibili, odio Dominico ratione præteritionis, judiciario ratione positivæ reprobationis, odio scil. inimicitiæ punitivo, odio non duntaxat negativo sed & positivo, ut exponit Laurentius in Paulo *δυσνοΐ]* p. 245. inductus *oppositione vocis dilectionis & odij; sicut enim dilectio non simplicem affectum hoc in loco denotat, sed etiam effectum in Iacob; ita etiam odium in Esau non merè negativum quid sonat, simplicemq; preteritionem, sed etiam positivum quid, & effectum contrarium. 2. ex utroq; textu*

*textu literali ac historico tum apud Mosen, tùm apud Malachiam: Nam & Esau verè privatus est jure primogenituræ, etiam si illud cum lachrimis reposceret.* Gen. 27. 35. 36. Hebr. 12. 17. *& populo Idumæo posuit Deus montes ejus in solitudinem, & hæreditatem eius in dracones deserti. Malach. 1. 3. 3. ex præsenti hoc capite nono ad Romanos, in quo Apostolus hanc ipsam materiam ulterius prosequens atque explicans, apertè asserit, Deum voluisse ostendere iram & potentiam suam, & cum multa lenitate pertulisse vasa iræ coagmẽtata ad interitũ. Rom. 9. 22. Adeoq; super hoc loco sic vel ipse Caietanus Papista: Odio habere non sonat solam privationem dilectionis, sed significat velle malum. 4. Quia nullus in tota Scriptura locus est, in quo extra controversiam isto altero sensu Deus aliquem, vel etiam aliquid odisse dicitur, quod mihi sanè non leve hic argumentum est.* Confer Chamier tom. 3. l. 7. c. 5. n. 14. ut propositum juxta electionem moveret, durch welchen Vorsatz Gott der HErr jhm fürgesetzt/ vnd in seinem weisen Rath von Ewigkeit her beschlossen hat / etliche Menschen vnd vnter denselben auch den Jacob zu seinen Kindern anzunemmen: die andern aber vnd vnter denselbigen auch den Esau zuverstossen. Ita Pisc. in bibl. germ. odio *absoluto*, secundum supralapsarios ab omni respectu etiam peccati, *etsi enim* (verba sunt Calvini ad Rõ. 9. p. 83.) *sola vitiositas quæ diffusa est per totum humanum genus, antequam emergat in actum ad damnationem sufficit, unde sequitur meritò rejectum fuisse Esau, quia naturaliter erat filius iræ, ne quis*

*tamen maneat scrupulus, ac si ullius culpæ aut vitij respectu deterior ejus conditio fuisset, non minus peccata quam virtutes excludi utile fuit; alioquin* (inquit Beza contra Sebast. Castell. colum. 1. oper. p. 345.) *si hæc Pauli verba, Antequam nati essent, & boni aut mali aliquid fecissent, aliter prorsus in uno quam in altero membro exponas, præterquam quod commune illud axioma, eandem esse contrariorum disciplinam, abunde te refellet, nemo erit, qui non animadvertat manifestam vim afferri Apostoli verbis, si una eademque sententia ijsdemque verbis connexa, in contrarias prorsus expositiones discerpatur. Quod sanè fiet, si in una parte præterisionem excludi, in altera verò nihilominus constitui dicas.* Idem Beza in annot. ad Rom. 9. pag. 106. *non minus in æterno reprobationis decreto removetur omnis consideratio personarum vel operum quam in electione, quum hæc duo opposita sint, & de Esau reiecto non aliter loquatur Apostolus quam de Iacobo electo, sicut apparet ex vers. 18. Rationes Bezæ* (cur hic per massam humanum genus corruptum intelligi nequeat) propositas p. 111. supra descripsimus. Piscator ad h. l. p. 912. *ne rursus possent objicere, propter prævisa utriusque opera Deum sic de illis statuisse, Apostolus hoc planè repudiat: & negat, ex operibus i. e. propter opera illorum, adoptatum fuisse alterum, alterum verò rejectum: contraque affirmat, ex proposito Dei utrumque illud manasse.* Confer argumenta Parei ad h. l. dub. 8. pag. 216. ubi inter alia pag. 218. *Esau fuit reprobatus à gratia nullo bono vel malo merito, solo Dei proposito* Juxta Sublapsarios absoluto à pec-

cati respectu in decreto præteritivo respectivo, non idem in decreto positivo & punitivo. colligato actuum catena fatali & necessitante, glorioso sibi (Domino) ex justitiæ suæ & Dominatus patefaciendi necessario momento, sacro rationis stupore & oris silentio horribili.

§ 104. Crisis Judæorum cum Anticrisi Apostolica. Crisis Judaica intentat Domino hunc in modum agenti dicam 1. mendacii 2. Dicam iniquitatis. *Est enim* (juxta Calvinum ad Rom. 9. pag. 84.) *injustitiæ species quam imaginatur caro, quod altero præterito, Deus alterum respiciat. Hunc scrupulum ut solvat Paulus, totam causam in duo membra partitur: quorum in priore de electis tractat, in altero tractat de reprobis: ac vult ut in illis quidem Dei misericordiam contemplemur, in his autem agnoscamus justum judicium.* & mox ibid. *Objectio ista clare testatur, quod alios eligit Deus, alios reprobat, causam non alibi quam in eius proposito quærendam esse; unde quia* ibid. *Deo satis superq; est sua unius autoritas, aut nullius patrocinio indigeat, Paulo satis fuit eum juris sui statui vindicem. Affert autem hic Paulus responsum quod accipit Moses à Domino, quum pro universi populi salute deprecaretur: Miserebor, respondit Deus, cuius miserebor, hoc oraculo declarat Dominus.* vid. ibid. pag. 85. *cur certis hominibus benefaciat, ac etiam bene velit, non autem omnibus, causam nullam voluntate sua superiorem posse cogitari, perinde enim sonant verba, ac si dictum esset, cuius semel decrevi misereri, ab eo misericordiam*

diam meam nunquam auferam & perpetua benignitate prosequar eum, cui benignus esse statui. Atqui sic supremam impartiendæ gratiæ causam assignat, voluntarium suum decretum: & simul innuit, misericordiam suam peculiariter se quibusdam destinasse, nam & præcisa hæc locutio extraneas omnes causas excludit: sicuti quum liberam agendi potestatem nobis vendicantes, dicimus. Faciam quod facturus sum. Ita & in secundo membro de indurationè Pharaonis Specimen edere voluit reiectionis considerandæ enim ait Calvinus pag. 85. Prædestinatio Pharaonis in exitium: quæ ad justum quidem, sed arcanum Dei consilium refertur; Notandum insuper ibid. pro excitandi verbo Hebraicè haberi constituite: ubi Deus ostendere volens sibi Pharaonis contumaciam obstaculo non fore quo minus populum suum liberet, non modo à se prævisum eius furorem affirmat, sibiq; paratas eius cohibendi esse rationes, sed se consulto ita ordinasse, & quidem in eum finem ut documentum suæ potentiæ illustrius statueret. Perperam igitur vertunt quidam servatum fuisse Pharaonem ad tempus, quum de initio potius agatur. Nam quum multa hominibus aliunde occurrant, quæ retardent eorum consilia, & impediant actionum cursum, Deus Pharaonem à se profectum dicit, eique hanc impositam esse personam, cui sententiæ optimè respondet excitandi verbum. Porrò ne quis imaginetur, quodam universali & confuso motu divinitus actum fuisse Pharaonem, ut in illum furorem rueret, notatur specialis causa, vel finis: ac si dictum esset, sciviſſe Deum quid facturus esset Pharao, sed data opera in hunc usum destinasse. Vnde sequitur, frustra

jam

*jam cum ipso disceptari, ac si ad reddendam rationem obstrictus foret, quum ultro prodeat ipse in medium atq; hanc objectionem anticipet, & reprobos ex arcano providentiæ suæ fonte manare pronuntians, in quibus nomen suum celebrari velit. E. cuius vult miseretur, quem vult indurat.* Confer Calvin. ibidem pag. 86. At vero aliud agit Apostoli Antagonista, aliud ipse. injustitiæ dicam captat à sanctitate populi Judaici & impietate gentilis, illam non respici, hanc insuper coronari. Instat Calvinus ibid. *Nam si in operum respectu fundatum esset discrimen, frustra quæstionem de injustitia Dei Paulus movisset, cujus nulla potest esse suspicio, ubi Deus quemque pro merito tractat.* At hoc causabatur ille Pauli adversarius, Deum non tractare quemvis pro merito. Declarat quidem Dominus suæ misericordiæ consequentis indolem, non tamen aut misericordiam antecedaneam Catholicam tollit, aut eandem omni Christi fide apprehensi respectu destituit. Specimen indurationis Pharaonicæ Calvini coloribus imbutum specimen est blasphemiæ, quæ Deo peccati Pharaonici causam imputat, nec obscurè fatalem peccandi necessitatem innuit. si ex Calvini mente Judæus Antagonista objecit, Deum *injustum esse ideo quod dicatur Deus hos eligere ad vitam æternam, illos rejicere ad æternos cruciatus, nulla habita ratione boni vel mali quod fecerint, tantum modo quia id ipsi ita lubet; illi profecto objectionem non tantum speciosam, à Judæis oppositam esse Paulo, fateri debent,*

*bent, velint nolint: ausim dicere talem, quam impossibile est solvi potuisse ab Apostolo, aut mortalium vel Angelorum ullo. Quid enim magis injustum excogitari potest ab humana aut Angelica mente, quam innocentem odisse, & odio quidem æterno, eumque absque ullius propriæ culpæ aut meriti respectu, æternis cruciatibus ac lamentis perpetuis simul ac summis addicere? Nec enim potest iniquitatis apex superior dari, quam innocentem æterno & inexplicabili malo sensus afficere velle. Citius crederet quis Deum non esse, quam eum qui id facit, Deum esse, nedum justum Deum.* hæc Episcopius pag. 404.

§ 105. III. Dicam crudelitatis. *Sic hoc loco impij* apud Calvin. ib. pag. 86. *Quid habet causæ cur nobis irascatur? quum nos tales formaverit, quum pro nutu suo agat quo libuerit: quid aliud, nos perdendo, quam opus suum in nobis ulciscitur? Neque enim nostrum est cum eo belligerare: ut maximè repugnemus, ipse tamen superior evadet. Ergo & iniquum erit judicium, si nos perdat: & effrænis est potestas, qua nunc in nos abutitur. Quid autem ad hæc Paulus? O homo tu quis es. Nullam Dei arbitrio causam superiorem adduci, cum in promptu solutio esset, ex justis rationibus pendere discrimen: cur hoc compendio non est usus Paulus, sed Dei voluntatem in summo gradu locavit, ut nobis pro causis omnibus una sufficiat? Certe si falsa fuisset objectio, Deum reprobare vel eligere pro suo arbitrio quos vel favore non dignatur, vel quos gratuito amat, refutatio non fuisset à Paulo neglecta. Objiciunt impij, reatu eximi homines, si in eorum salute vel exitio primas*

*partes*

partes tenet Dei voluntas. An negat Paulus? imo suâ responsione confirmat, Deum quod visum est de hominibus statuere: frustra tamen ac furiose insurgere homines ad litigandum, quia figmentis suis Deus quancunq; voluerit sortem jure suo assignat. Sequitur comparatio figuli, quæ sic aptanda eodem Calvino censente pag. 87. Quemadmodum figulus nihil luto adimit, quamlibet ille formam dederit: ita quacunque hominem conditione creavit Deus, nihil ei adimit.

Vasa iræ sunt Deo nota & destinata ex illo unde autem sit illud quid vasa sunt in exitium apparata, non est mirum. assumit enim ex superioribus, causam in æterno & inexplicabili Dei consilio absconditam esse: cujus justitiam adorare magis quam scrutari conveniat. Etsi autem in hoc secundo membro expressius asserit, Deũ esse qui electos suos præparat in gloriam, quam prius simpliciter dixisset, reprobos vasa esse præparata in exitium: dubium tamen non est, quin utraque præparatio ab arcano Dei consilio pendeat. Alioqui dixisset Paulus reprobos se dedere vel projicere in exitium. Nunc vero significat, antequam nascantur, jam suæ sorti addictos esse. Hæc Calvinus crudissime & impiissime. subscribit Beza pag. 112. Pareus insuper Apostolum introducit ita argumentantem. p. 205. Deus potentissimum tyrannum excitavit quem perderet quia sic voluit, absque injustitia. patet ex sanctissimo fine, quia id fecit ad illustrandam gloriam suam. Ergo non est injustus, si Esau reprobet, ac perdat quos velit. pag. 207. ut figulus mera voluntate format ex eadem argilla pateram ad usus honestos, & cacabum ad

usus

*usus indecoros: ita Deus mera voluntate, & quidem potiori jure ex eadem massa generis humani alios formal vasa gloriæ, alios vasa ignominiæ, hoc est, alios eligit, convertit, donat salute in Christo: alios non eligit, sed relinquit in morte, & propter peccata sua abjicit in pœnas.* Finge eam fuisse Antagonistæ dicam, ut eam polit Calvinus, non fuerit ita calumnia, sed vera ac justa dica; Quem enim Deus formavit prius ante sui ad hunc scopum destinationem innocens ut esset vas, iræ quem pro suo nutu agat, qui actus agit quod agat contra Deum, an is injuste conqueritur? item qui voluntate Dei illa sc. prædeterminante induratur, cujus voluntati resisti non potest, is merito succenset. neque hic (quod contendit Beza pag. 110.) Apostolus voluit consequentiam negare, sane si vas rationale esset, merito conquereretur de injusta figuli ira. Negat quidem Apostolus, fas esse figmento os attollere adversus fictorem, si maximè is per impossibile sic ageret, uti accusatur: addit tamen responsionem, qua Deus ab omni peccati contagio liberat; quam responsionem & Beza agnoscit pag. 209. quum inter reprobationis decretum & ejus executionem, (id est reproborum exitium) intercedat induratio, quæ perversitatem illorum præsupponit, colligit, Deum non posse injustum in damnandis reprobis videri, quia non nisi exitio dignos contemnat. Reliqua vasa iræ cœlitus præparata impia sunt

ac re-

ac responsione indigna. Dico per impossibile, nam possibilitatem reprobandi ac damnandi innocentem supra contra Amyraldum negatum & refutatum ivimus.

§ 106. II. Sensus ἐν θέσει. 1. *Par fratrum.* Gens Judaica & gens Edomæa juxta Pareum ad h. l. pag. 214. & ibid. dub. 10. pag. 219. *gratiosa & odiosa, Civitas Dei & Diaboli. Etenim optimus certissimusque sensus spiritualis hic est,* juxta Jac. Lauren. in Paul. *Svovinl.* pag. 237. *ut in Esau intelligantur omnes reprobi, qui & ipse unus ex reprobis; & in Iacob omnes electi, qui & ipse unus ex electis; idque secundum æternam prædestinationem Dei, in istis suam ostendentis justitiam, in his suam misericordiam, & in utrisque beneplacitum & consilium voluntatis suæ; secundum quod omnia operatur liberrimè & justissimè. Hac enim ratione oraculum hoc disertè exponit ipse Apostolus in hoc nono capite ad Romanos; & quidem in hypothesi de ipsis personis Esavi & Iacobi in versibus hisce tribus 11. 12. 13. de cæteris autem omnibus in thesi vers. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 23. II. Par impar* sorte prædestinationis. gentem enim Israëliticam (verba sunt Calvini ad Rom. 9. p. 83.) *In populum cooptaram, quo eandem erga semen Iacob benignitatem prosequerer: Edomitas verò abjeceram, Esau progeniem; Quanquam autem illic etiam commemorantur benedictiones terrenæ quas Israëlitis contulerat Deus: non tamen aliter accipere convenit quam illius benevolentiæ Symbola. Cæterum ubi est ira Dei, illic mors sequitur: ubi dilectio, illic vita. Impletum est hoc oraculum* (ita

Laurent. l. cit. pag. 242. In electione & reprobatione singulorum hominũ ad vitam & mortem æternam, & de qua utraque Apostolus in hoc cap. 9. ad Rom. cujusque initium facit in versibus hisce tribus quos tractamus 11. 12. 13. quamvis (ibid. p. 281.) uti docent Logici, ab uno particulari, quale hic est exemplum Jacobi & Esavi, non valet argumentatio ad universale, quale hic est electio & reprobatio singulorum hominum: quia tamen sunt quędam παραδείγματα, quæ eam vim habent, ut ex iis de cæteris similibus idem sit statuendum, sane ejusmodi rationem & vim habent universalé. Exemplum manifestum Rom. 4. in justificatione Abrahami non ex operibus, sed ex fide. 3. arbitro Domino hinc αὐθρωποφίλῳ, illinc αὐθρωπομίσῳ amore odiove, arcano, irresistibili, absoluto, fatali, glorioso, rationi stupendo. hinc enim (ex exemplo Isaaci & Ismaëlis) sequitur singulari privilegio certos homines ex electo populo eligi, in quibus efficax & rata sit communis adoptio, ita Calvin. ad Rom. 9. pag. 82. hinc illa postulata ejusdem Calvin. pag. 82. *Quemadmodum gentem Israëliticam à reliquis omnibus populis separat fœderis benedictio: ita eius quoque gentis homines Dei electio discernit, dum alios ad salutem prædestinat, alios ad æternam damnationem. eius electionis non aliud est fundamentum quam mera Dei bonitas, atque etiam post Adæ lapsum misericordia, quæ nullo prorsus operum intuitu, quos illi placet amplectitur.* & p. 83

*falsum*

falsum est, ac verbo Dei contrarium dogma, Deum, prout unumquemque gratia sua dignum vel indignum prævidet, ita vel eligere vel reprobare. Bezæ hæc sunt effata ad h. l. pag. 104. Non constituit Apostolus hoc argumentum tractare θεϊκῶς, sed per ὑπόδειγμα potius, ita ut in quibusdam personis electionis: in alijs vero rejectionis exemplum spectandum proponat, donec tandem ad Iudæos & gentes descendat. Piscatoris ista p. 912. ex speciali exemplo Isaaci Apostolus collegit doctrinam generalem: ad quos scilic. propriè pertineat promissio gratiæ Abrahamo facta, videlicet ad solos electos: quos vocat filios promissionis: quia sicut Isaac vi promissionis fuit ex Abrahamo & Sara genitus: sic electi (inter quos & Isaac) vi Spiritus Sancti per Evangelij promissionem generantur, & ex singulari gratia in filios à Deo adoptantur. & pag. 917. reprobos à Deo conditos esse ad interitum: Sicut vasa quædam à figulo coagmentata, tantum ad dedecus seu usus minus honestos. Ad interitum εἰς ἀπώλειαν. id est, ad exitium sempiternum, ad cruciatus sempiternos.

§ 107. III. Sensus in analogismo. Sunt enim nonnulli, qui cum diffidant suæ hypothesi de Esau reprobato, ut hinc ad θέσιν assurgere non audeant, ideo ad analogismum confugiunt, ex quo tantundem consequantur; ita enim Rivet. in exerc. 114. pag. 561. Ratio autem Pauli procedere potest, etsi quæstio de salute Iacobi, aut de ipsius Esavi reiectione à gratia & gloria omittatur. Proinde etiamsi valeret exceptio eorum, qui negant Paulum proposuisse duos illos homines tanquam exempla, sed

*solum tanquam typos, nihil inde nobis decederet. Sunt enim multi, qui veram de prædestinatione sententiam amplectuntur, nec tamen existimant hic disputandum esse de salute duorum illorum fratrum, quia procedit satis applicatio Apostoli. si in ijs vel eorum posteris habeatur tantum ratio prærogatione bonorum temporalium, aut externi fœderis in duobus populis; dummodo concedatur, quod fit etiam à nonnullis adversarijs, imo plerisque, diversas illas conditiones, à mera voluntate Dei ortas, esse typos rerum spiritualium, circa electionem ad salutem vel reprobationem.* Suffragatur Laurent. in Paulo ἀυσνοήτ. pag. 252.

§ 108. Elenchus anacriticus sensuum hunc in modum expositorum. In universum ptæsens locus ad causam adversam tuendam prorsus inutilis ut qui 1. de electione & reprobatione non sit conceptus. qui 2. in ipsa basi nutat. nam Esavum reprobatum ac damnatum cordatiores ipsi pro certo asserere non audent, ut qui sublapsariis non faveat, per ea argumenta, quibus supra, sublapsariam glossam luxavit Beza. veniamus tamen in rem præsentem ac vitia glossæ infrunitæ detegamus. Repugnat toti συγκείσῃ mediorum bonæ interpretationis. 1. λέξει. sunt enim paralogismi λέξεως. Deus Esavum odit, ergo odio inimico, reprobatorio, absoluto. Sophisma à genere ad speciem affirmativum. Non intelligi hic odium inimicitiæ absolutum patet inde, quia Deus suum opus utpote valde bonum odisse non potest. Gen. 1. v. ult.

v. ult sap. 11.23. at Esau antequam natus in puncto ante peccatum merissimum Dei opus fuit. Igitur odisse hic idem est quod minus amare in temporalibus. Regerit Chamier. tom. 3. l. 7. cap. 5. n, 14. p. 103 *Hæc interpolatio seipsam sua insulsitate refutat. Primo, quis unquam intellexit odisse, tantum minus amare? Nam quod citat, Qui non oderit patrem ac matrem, non potest meus esse discipulus. Non id probat; nam, quis nescit etiã ad odium parentum paratos debere esse fideles pro Dei amore, si ita sit necesse? Secundo, hoc odium in Esavum opponit amori in Iacobum. At quis unquam prudens majorem amorem minori opposuit? Tertio, idem odium profert ad illustrandum amorem illum. Hunc autem, ad probandum propositum, secundum electionem, non ex operibus, sed ex vocante, manere. Quod non potuit, nisi ex comparatione contrariorum. Itaque, oportet etiam odium referri ad propositum: sed contrarium esse proposito, secundum electionem. Quarto, nullus locus fuisset querelæ: Nã quid habet quod conqueratur quisquã, si a Deo minus ametur, dũ ametur tamen? Quinto, quid verbis opus est, cum clamat res ipsa? Nam Esavum tam alienum à pietate & paterna, & fraterna, fuisse tantum minus amatum, & non per æque exosum Deo cum alijs omnibus impijs, quis merito cogitarit, nedum dixerit? denique annon hoc Esavi exemplo idem probat, quod postea Pharaonis? at in Pharaone, quid est indurare? An est effectus amoris tantum minoris & non odij?* Resp. ad 1. odium inimicitiæ hominis in hominem (multo magis filii in patrem) per se malum est, non adiaphorum. Lev.

19. 17. Diligenda quippe est natura, odio prosequenda malitia, quæ est perpetua Augustini sententia l. 1. 19. contr. Faust. c. 24. & serm. 59. de temp. At jubebantur Judæi Cananæos ad internecionem necare; fateor sed citra odium, quomodo carnifex Principis aut magistratus sontes in crucem tollit, aut jugulat, cui tamen nefas est, eos odisse, aut privatas in illos injurias persequi. imo si carnifex ex odii & iræ affectu occidat reum, homicidii culpæ se reddit affinem. ad 2. quis unquam negavit amorem minorem opponi posse non in specie sed gradu? unde comparatio omnis virtualiter est, inter contraria non substantia sed quantitate ad 3. odium etiam comparativum commode referri potest ad propositum divinum de præferendo uno alteri ad 4. nullius quidem querelæ justæ locus est, cum Deus unum alteri postponit, de facto tamen ejus sæpe locus est, hic castigato. ad 5. Esau hic proponitur ut nondum natus, nullo adhuc peccato infamis. Pro eodem odio positivo hos producit rationes Jac. Laurent. in Paulo Δυσνοητ. p. 247. 1. *ex oppositione vocis dilectionis & odij; sicut enim dilectio non simplicem affectum hoc in loco denotat, sed etiam effectum in Iacob, ita etiam odium in Esau non merè negativum quid sonat, simplicemq; præteritionem, sed etiam positivum quid, & effectum contrarium. 2. Ex utroq; textu literali ac historico, tum apud Mosen, tum apud Malachiam: Nam & Esau revera privatus est jure primo genitu-*

*genituræ, etiamsi illud cum lachrymis reposceret.* Genes. 27. 35. 36. Hebr. 12. 17. *& populo Idumæo posuit Deus montes eius in solitudinem, & hæreditatem eius in dracones deserti.* Malach. 1. 3. 3. *Ex præsenti hoc capite nono ad Romanos, in quo Apostolus hanc ipsam materiam ulterius prosequens atque explicans, aperte asserit, Deum voluisse ostendere iram & potentiam suam, & cum multa lenitate pertulisse vasa iræ coagmentata ad interitum.* Rom. 9 22. 4. *Quia nullus in tota Scriptura locus est, in quo extra controversiam isto altero sensu Deus aliquem vel etiam aliquid odisse dicitur, quod mihi sane non leve hic argumentum est.* Hæc ille. Reg. ad 1. nego consequentiã, potest enim fieri ut inter duos mendicos uni eleemosyna donetur, alteri nulla quidem eleemosyna donetur, sed nec damno afficiatur. ad 2. illa ipsa datio montium Seiricorum & hæreditatis amplissimæ Idumæis primitus concessæ argumentum amoris fuit licet minoris, non odii divini: licet postea justo judicio Edomæa terra per Nebucadnezarem vastata fuerit. ad 3. non sunt æqualis ambitus & sensus odium in Esavum & ira in vasa iræ: nam hæc τῇ ἐπηρείᾳ lacessita fuit, illud cecidit in Esavum nihil adhuc mali designantem. ad 4. Produa loca sunt pro odio posthabitivo ab ipso Riveto. Pergamus autem in notandis paralogismis. Apostolus damnũ Judaicum vocat anathema, ergo intelligit interitum ex æterna reprobatione. Etenim (ita Piscator apud D. Taufrer. disp. de absol.

decr. apolog. 1. thes. 38.) *Professus fuit Apostolus, magnam sibi tristitiam esse propter interitum (quem anathematis voce significat) maximæ partis Iudæorum illius temporis: quippe qui doctrinam Evangelij, quam ipse tradebat, per incredulitatem repudiabant, v. 2. & 3.* Calvinus Piscatore prior eadem canit in com. ad Rom. 9. pag. 79. particula addita, *non de temporaneo duntaxat exitio ipsum loqui indicat, sed æterna morte. Alluditque ad nomen anathematis, quum dixit, A Christo. Nam à segregando dictum est. Quid est autem à Christo segregari, nisi excludi ab omni salutis expectatione? Ardentissimæ ergo dilectionis fuit documentum, quod non dubitaret Paulus sibi damnationem imprecari, quam videbat Iudæis impendere, quo eos liberaret. Nec obstat quod salutem suam Dei electione fundatam esse noverat, quæ excidere nullo modo potest. Nam ferventiores isti affectus ut præcipitanter feruntur, ita nihil aliud intuentur aut considerant, quam id quo tendunt.* Succinit Beza ad h. l. pag. 103. Confer. Rob. Rolloc. ad Rom. 9. pag. 289.

Resp. est ut dixi argumentum Sophisticum à genere ad speciem. Apostolus vocat anathema. E. anathema interitus. E. reprobatorium. Item interitum intelligit. Ergo actualem, indeclinabilem, cum sui fatali electione pugnantem. Absit, Apostolo ut hic præcipitantiam non sanctam tribuamus: Excedat licet affectus sanctorum tamen intra virtutis lineam, non dilabatur ad alterum extremum vitii & immodicum (ut vocat Calvinus, pag. 81.) cruciatum.

An

An enim plus Christo populum suum dilexit David cum Absalonem deflevit suamque animam pro illo succedaneam diris tartareis devovet? an sancte satis? merito dubitatur; at Paulus hic se per Spiritum Sanctum loqui testatur. Qualis autem est Symphonia Spiritus S. cum Paulo, si quem ille juste reprobavit, hic deflet? Christus anathema pro fratribus factus ad tempus à Patre derelictus non perpetuo. At Paulus, juxta Calvinum optavit ab omni salutis expectatione excludi, hoc est, desperare. cessit ab hoc glossæ rigore Gomarus in analys. Rom. 9. tom. 2. oper. pag. 50. *Anathema intelligi potest bifariam: primũ simpliciter & in perpetuum: quale est reproborum: quia æterna morte afficiuntur; Deinde temporale, ac secundum quid, quod salutem æternam non evertit. Quemadmodum Christus pro nobis factus est anathema, simpliciter quidem: sed non in perpetuum. Anathematis vero & temporalis & secundum quid optati exemplum illustre observamus in Theologo insigni ac piissimo Gregorio Nazianzeno, qui amore salutis Macedonianorum, (qui probe vivebant ac de Patre & Filio vero Deo, recte sentiebant: Sed Spiritũ S. impio errore creaturam esse credebant) oratione quadrag. quarta in S. Pentecosten ait; Adeo vos amplector & exosculor, &c.* ὥστε καὶ ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲ χριστὸ καὶ παιδεῖν πως κατάκειμαι δέχομαι. μόνον εἰ σὺν ὑμῖν μηδ' ἡμῶν, καὶ κοινῆ τὴν τειάδα δοξάσωμεν. *hoc est; ut anathema etiam à Christo esse, ac non nihil ut damnatus perpeti non recusem, modo nobiscum adjungamini & com-*

*muniter Trinitatem celebremus. Atq; hoc modo Paulum anathema fieri voluisse, nunc, re diligentius perpensa, consentaneum existimo, magisque verisimile, quam ut simpliciter ac de perpetuo exitio intelligamus. Nam etsi charitas Dei charitati erga nos sit præponenda, tanquam summum ac primum mandatum; magisq; Dei gloria quam salus nostra sit amanda: justitiæ tamen contrarium est, ut simpliciter anathema esse, & exitio æterno devoveri ac salute æterna excidere optemus. Hoc enim & amori Dei adversatur, optari ut ab illo summo bono nostro, perpetuo separemur: & amori erga nos repugnat, ut & summo bono nostro semper careamus, & summo malo ac supplicio in æternum afficiamur. Hac enim ratione officium amoris erga nos non subjicitur amori Dei & saluti proximi; quod lex Dei requirit: sed prorsus rejicitur atque tollitur, quod lex Dei prohibet: quæ nostri amorem, (quamvis Dei amori subjectum) & regni Dei desiderium præscribit.* Sequitur nonus paralogismus, Apostolus excludit opera. Ergo etiam fidem. Etenim (authore Riveto ad Genes. exerc. 114. pag. 566.) credere & non credere ita ad bonum & malum referuntur, ut non credere sit malum, quod alia omnia includit, credere autem bonum sit, quod omnem justitiam conjunctam habet. Respondeat autem idem sibi ipsi ex exerc. 83. in Genes. p. 405. ubi ad quæstionem si (τὸ sine operibus) excludit *omnia opera, ergo & fidem ipsam; nam actus fidei est quoddam opus, & quidem insigne.* Respondet si exclusione *omnium operum, intelligatur exclusio efficaciæ*

*cacia aut meriti operum & ipsius fidei qua opus tale, ratione justificationis: fatemur nos cum Paulo excludere omnia opera, etiam ipsum fidei opus, quantumvis eximium.* & ibid. p. 406. *At dicet si ex nullis operibus justificatio est, neque ex fide sola, aut seorsim sumta, Concedo qua opus est, & qua meritum eius spectatur. Si instet, atqui fides est opus; recte, sed fides non opponitur tanquam opus operi, sed tanquam fides operibus; Imo excludit seipsam qua opus est.* Porrò Apostolus vocat filios promissionis, E. absolute electos. Filios carnis. E. absolutè reprobatos. Qui filios promissionis (ita Beza p. 105.) interpretantur, eos qui per fidem amplectuntur promissionem, dicunt quidem quod res est, sed non satis appositè loquuntur. Neque enim Paulus hoc loco filios Abrahami à cæteris distinguit ex fidei nota, ut supra, cap. 4. & ad Gal. cap. 3. sed de de primaria causa, id est, de ipsius fidei fonte, gratuitæ videlicet electionis æterno proposito differit. Negatur consequentia, nam promissio & fides correlativè cohærent: neque potest esse filius promissionis quin fidelis sit, nec fidelis quin filius promissionis. nec sequitur si filius promissionis Ergo absolutè electus nam & πρόσκαιρος potest eatenus esse filius promissionis, quando promissionem fide amplectitur; is tamen non statim est (nedum absolutè) electus: nec contra omnis filius carnis est absolutè reprobatus. etenim Paulus nondum conversus fuit filius carnis, nec tamen (nedum absolutè)

solutè) reprobatus. Rursus Apostolus dicit discretionem esse factam ex vocante. E. sine præviſione fidei; ita Rivet. ad Genes. exerc. 114. pag. 566. Resp. vel intelligit vocationem ad familiam Dei vel ad hæreditatem; si illam; damus eam esse absolutam à præviſione fidei, si hanc, dicimus, præviſionem fidei esse priorem momento naturæ designatione ad προθεσίαν. Iterum Apostolus vocat πρόθεσιν κατ' ἐκλογήν. E. intelligit electionem ad gloriam, absolutum propositum h. e. decretum quod proficiscitur ex ipsius mera voluntate, qua illi visum est, uno prætetito alterum assumere. quamobrem etiam adjeci explanativam particulam, quam expositionem si Sophistæ satis attentè considerassent, nunquam eò dementiæ venissent ut præscientiam futurorũ substernerent electioni vel reprobationi, i. e. ut omnia perverterent: quum contra totus sit Paulus in eo ut probet propositum omnes causas antegredi, & nihilominus Deum esse justum. Jac. Laurent. in Paulo ἀνανοητ. hæc in adversum opponit pro electione ad gloriam. p. 261. *Omnia loquitur de electione absolutè atque indefinitè. Omnis autem enunciato indefinita, ut tradunt omnes dialectici, quando materia est necessaria, qualis est hæc, ut jam probatum, æquivalet universali.* Vide loca Scripturæ manifestissima. Joh. 3. 36. Hebr. 9. 27. & similia. *De omnibus ergo effectis electionis loquitur Apostolus, non de uno tantum. 2. Quia loquitur de illa electione Dei, quâ dile-*

*dilexit Iacob, ut patet ex ipso contextu; Esau Iacob non dilexit, confessione omnium, tantum ad primam gratiam, & fidem, cæteraq; media, sed etiam ad finem & ad gloriam. 3. Quia loquitur de illa electione, secundum quam ipsa misericordiæ præparata sunt ad gloriam; uti & de illa reiectione, secundum quam vasa iræ coagmentata sunt ad interitum.* Rom. 9. 22. 23. *4. Quia loquitur de ista electione, quam Lucas* Actor. 13. 48. *ordinationem ad vitam æternam, & Paulus 2. Thess. 2. 13. electionem ad salutem vocat.* Hæc ille merissima petitione principii. Nam 1. hæc propositio (*propositum electionis permanens est propositum gloriæ*) est in materia contingente, non necessaria. datur enim propositum electionis divinæ permanens quod non est gloria, e. g. propositum electionis Saulis ad regiam coronam. 2. Jacobus dilectus est ad gloriam, sed non eo dilectionis genere, de quo hic sermo quod ad secularia duntaxat beneficia terminatur. ad 3. non est ut paulò antè dictum eadem ratio odii in Esavum & iræ in vasa iræ. ad 4. per sola est principii petitio. ut patebit infra. Moses Amyrald. in def. doctr. Calv. cap. 15. pag. 233. ita pingit placitum Calvini. *Propositum de servandis fidelibus propriè ἡ κατ' ἐκλογὴν προθεσις dici non potest. Nempe ἡ κατ' ἐκλογὴν προθεσις est propositum cuius τὸ τί ἦν εἶναι in electione situm est, vel propositum quod electionem facit atq; separationem. Idem enim est ac si Apostolus id appellat προθεσιν ἐκλεκτικὴν? ut ἐκλεκτικὴ αἵρεσις, apud Diogenem Laërtium, est ea Philosophiæ secta quæ sequitur τὸ αἱρε-*

τὰ αἱρέσεων τὰ ἐξ ἑκάστης τῶν αἱρέσεων, *At propositum de servandis fidelibus, ipso sic docente Arminio, nihil propriè seligit aut separat, & si omnes crederent, omnes ad vitam admitterentur.* Hæc ille; quidni vero possit esse electio fidelium in ejus consilio, qui prævidit fore ut non omnes credant? Rursus Apostolus ait, miserebor cujus miserebor. E. absolutè quasi dicit, miserendi causam non invenio nisi in ipsa misericordia mea? Ita Pareus p. 204. At locus citatus ex Exod. 33. agit vel de Mose visionis beatificæ fructum in hac vita à DEO precante, vel de Moscholatis Deo conciliatis: si de illo, non sequitur misericordia, de qua Dominus ad Mosen verba facit, Est absoluta ergo & misericordia ad salutem electorum. Si de his manifestè agit de misericordia condonatrice peccati idololatrici, an illa facta sine conditione pœnitentiæ expleta; an absolutè? vicerit ita Socinus. Est quidem ista phrasis, miserebor cui miserebor electiva & libertatis nulli merito obnoxiæ, inrimatrix, non tamen absolutè exclusiva omnis motivi. Conferas licet Dan. 4. 17. cum Dan. 5. 20. adde Glass. Philol. S. pag. 246. Sanè ignoscere propter Christum nobis donatum actus est immensæ misericordiæ. Iterum Dominus excitavit Pharaonē. E. creavit ad indurationem. *Est enim* (ita Beza ad h. l. p. 109.) *hoc omnino ad primam Pharaonis creationem referendum, ut apparet etiam ex verbo ποιῆσω, quo mox utitur Apostolus vers. 21. necesse est ut altius, id est,*

*ad Dei*

*ad Dei voluntatem, ordine ista omnia antecedentem, conscendamus; non video cur meliorem interpretem quæramus, quam Paulum, id est, ipsum eundem Spiritum Sanctum, per os tum Mosis tum Apostoli loquentem.* Cui vero hæc ratio non satisfecerit, eum sinã cum ratione insanire. Est autem notandum in verbo excitandi comprehendi indurationem juxta Piscatorem p. 916. excitavi animum tuum ad reluctandum mandatis meis & recusandum dimissionem populi mei. Vel excitavi te: id est, ante totius mundi oculos proposui te & quasi in arenam produxi, qui cum in certamen descenderem. Sed omnium rectissimè videtur exponere D. Beza. Feci ut exsisteres: id est, creavi te. Pareus p. 206. excitat h. e. creat & ab æterno creare decrevit & ib. pag. 206. *Quem autem vult, indurat: debuerat inferre: quem autem vult, excitat ad perditionem sicut Pharaonem. sed dicit σκληρύνει indurat, ut exponat, quomodo Deus reprobos excitet ad interitum: nempe non solum creando, tolerando, diu connivendo: sed etiam indurando in pravitate, qua sibi exitium gravius accersunt. Quanto enim magis sensit se constringi Dei mandatis, atque judicijs premi: tanto ferocius in Deum insurrexit. Sicut equus ferox, quanto arctius lupatis constringitur, tanto ferocius mordet frenum & sursum calcitrat.* Chamier. l. 7. c. 5. pag. 103. *Reprobi ordinantur ad media damnationis; ergo iidem prædestinantur ad damnationem. Assumptio probatur facile: Primo ex induratione: nam hoc certissimum est medium ad damnationem: ac proinde à Paulo opponitur miseri-*

misericordiæ 9. ad Romanos. Fuit autem Pharao ordinatus ad indurationem. Patet Exodi. 4. 7. 9. 10. 11. & 13. Atque ex Rom. 9. imo Exodi 14 simul exprimitur finis. Ego indurabo cor Aegyptiorum, ut persequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibus illius. Hi loci sunt manifestissimi: ut negari non possit, certo Dei consilio factũ, ut horum omnium obstinatissima esset pertinacia in peccatis. Vnde quis non statim fertur in cogitationẽ extremi exitij? & Marl. ad Rõ. 9. p. 64. si unusquisq; eo fertur quo illã destinavit applicuerit q; Deus, nec quisquam alio se conferre potest: satis liquet omnem salutem nostram haudquaquam in hominis voluntate & conatu esse posse, sed nititur sola misericordia Dei. Pharao certe huc destinatus ut eius exterminio Deus glorificaretur. Sic eodem ferebatur, ut nulla eum quantumvis stupenda portenta & prodigia, divinamque virtutem apertissime convincentia, nulla ipsius quam certissima divinitatis agnitio & confessio emollire potuerit, ut dimitteret populum Dei obsecundans voci Domini. Ex hoc itaque judicio Dei in Pharaone ad exemplum edito, quod in omnes reprobos perinde valet, abunde cernitur non esse volentis aut currentis ut se homo ad salutem convertat, sed solius miserentis Dei: ut si is non misereatur, sed induret, (quorum alterum semper facit) homo nihil possit quam noxia velle, & ad perniciem suam totis viribus currere, uti Pharao fecit. Sophistica argumentatio à genere ad speciem affirmativè; induravit excitavit. Ergo creavit ad exitiũ, ordinavit. Ergo fataliter. Non attendunt, inquit Episcopius ad Rom. 9. tom. 2. pag.

2. p. 405. *Per istam expositionem Apostolo tribui principij petitionem. Nam cum quæratur, an non injustitia sit in eo quod Deus aliquos rejiciat ad æternos cruciatus, nulla habita ratione eius quod mali quid fecerint; annon profecto tantundem id est atq; si quæratur, an non injustitia sit in eo, quod Deus aliquos creet ad exitium, nulla habita ratione eius quod mali sint? certè hilum non differunt. Dices Apostolum id non aliter probare, quam quia scriptura ita loquitur. Atqui tum necessum est, ut tota vis in verbo excitandi collocetur. At an verisimile est Apostolum ex voce argumentari voluisse, quæ in originali textu non extat, & quidem contra Iudæos, qui quid infonte ipso legeretur statim observare poterant? deinde, An probabile est eum rem tanti momenti voluisse demonstrare exemplo tam obscuro, tam controverso, contra quod infinitæ justissimæ exceptiones adferri poterant ab adversariis? Addo ultimo, non posse exponi de oratione, cum excitatio huiusmodi ad gloriam divini nominis pertinere nullo modo posit, sed contra ad ignominiam eius maximam directe pertineat, eo quod injustitia maxima in eo sita sit, quod Deus malum sensus æternum destinet immerenti, aut quod sub alia ratione quam sub ratione pœnæ, quatenus pœna bonum justitiæ est, tam ingens malum creaturæ suæ decernat. Quid enim est innocenti non tribuere suum, si hoc non est?* Hæc Episcopius. Producit quidem Gomarus tom. 2. p. 56. loca ubi ἐξεγεῖρειν notat creare, Actor. 13. 23. eadem simplici voce usus, dicit, hujus (Davidis sc.) è semine secundum promissionem ἤγειρε suscitavit, excitavit Israëli servatorem Jesum, h. e. è semine

Davidis produxit, formavit. & Matth. 3. 9. Deus potest ex lapidibus hisce suscitare, id est, creare, formare filios Abrahæ. Observandum est, עמד accipitur Ps. 33. 9. eo sensu, non pro stare; sed metaphoricè pro oriri absque existere: præcipit & extitit, Hebraicè est ויעמד & sic LXX. interpretes recte verterunt, καὶ ἐκτίσθησαν & creata sunt Sicut etiam de creatione vel mundi, vel rerum sequentium, accipi posse R. D. Kimchi asserit in Hebraicis suis Comment. ideoque optimè in conjugatione niphil העמיד stare facere, pro existere facere seu creare accipitur. Ut enim quæ pereunt, cadere dicuntur metaphoricè: sic quæ oriuntur, exurgere. Sed hoc est à sensu materiali uno ad materialem alterũ hoc est à specie ad speciem colligere ἀνομαλῶς. Verior longe sensus & religiosior τὸ excitare exponete de excitatione salutari & occasionali; (alludit Tremellii versio Exod. 9. 16.) referre ad benignam Pharaonis conservationem; sæpe ille fuit in mortibus & tamen Deus quasi mortuũ subinde resuscitavit, velut cadavera quasi & funera suorum jacentem excitavit, alioquin (ipso censente Pareo ad h.l. p. 206.) *Si quis alium excitaret ex somno, ut cum eo confligat, eumq; perdat, & ut propterea vir fortis & strenuus celebretur, id non vacaret malitia: ut cum Tyranni mancipiis præcipiunt, ut sese præcipitent, confodiant se vel alios sine causa, tantum ut imperium ostentent: id plane tyrannicum habetur.*

Etsi

Etsi Eques cum excitat equum ut præter genialem impetum ferociat, non sit causa physica ferociæ, est tamen moralis non faciendo ferociam, sed excitando ac id quod potentia latet in actum producendo. Indurare hic sane non est duritiem immittere, quod adversarii largiuntur, nec idé est quod subtrahere media emollitionis & inflexionis. annon enim ea quæ coram Pharaone fieri curabat Deus, talia & tam multa tamque efficacia erant, quæ emolliendo ipsius animo per se servire poterant? Certè cum populum suum Israëliticum Deus accusat duritiei & contumaciæ, id maximè eo nomine facit, quod signis istis multis & magnis quæ viderat, adduci se non passus esset ut auré præberet. Exod. 19. 3. 4. 5. Deut. 29. 2 3. 4. Addo insuper, singula pœne talia fuisse, quæ animum ipsius reipsa etiam emolliebant, & à malitia ad tempus deflectebant. Ad singulas enim plagas dicitur Pharao à Moyse petiisse, ut pro se intercederet apud Deum: adeo ut si Deus plagas aliquamdiu jacere super Pharaone sivisset, verisimile sit eum à proposito paulatim discessurum fuisse, & textus id non obscure indicat; cum enim tollerentur plagæ, & jam respirandi facultas Pharaoni daretur à Deo, tum verò ait, aggragavit cor suum Pharao. Remonstrantes de hac excitatione ita sentiunt: pag. 140. *Verbum hoc apud Mosen, cuius translatio hic excitationem habet, propriè in originali textu, quo Mo-*

ses est usus, significant stare facere, erigere, ponere, uti at verbum græcum ab Apostolo usurpatum. Sed triplici ferè modo ab Interpretibus sumitur. Quibusdam creare notat facere, & vitam ac essentiam seu existentiam largiri; Quibusdam ad regiam dignitatem evehere; Quibusdam sustinere, servare, superstitem conservare. Nobis certissimum est, si verba quibus finis excitationis exprimitur, præcise cum ipsa excitatione conjungantur eo sensu, quod Deus absolutè & simpliciter decreverit Pharaonem extraordinariè perdere, eumque ad æternæ Inferorum supplicia simul reprobare, idque ad celebrationem gloriæ potentiæ suæ, tum quocunque etiam modo verbum excitandi sumatur, istiusmodi explicationem cum veritate subsistere non posse, utpote manifesta justitia destitutam. Quod vel per omnes prædictas significationes probatu non est difficile. Si enim excitandi vocem juxta primum sensum, pro creare aut essentiam dare sumas, ideoque præsupponas, creatum esse Pharaonem ad præcisum exitiū, non stabit ista explicatio, neq; respectu creationis primæ (si quis eam hîc locum habere posse arbitretur) neq; respectu generationis & procreationis quæ parentum fit interventu. Non respectu creationis primæ quia sic Deo libuisset, adeoque propositum illi fuisset Pharaonem perdere, antequam voluntatem habuisset & adfectum eum creandi; quin imo hoc fine merè creasset ut eum perdere posset, aut ut propositum de eo perdendo ad finem perduceret; cum finis & causa propter quam aliquid fit, præcedat in intentione hoc ipsum quod eo fine fit. Eventus ipse huic explicationi repugnat, cum Deus non nisi duos homines condiderit, & in iis cæteros omnes,

& qui-

& quidem ad imaginem suam. Si igitur ad exitium quis esset creatus, tum etiam imago Dei à Deo ipso ad exitium creata esset, quod non absurdum tantum, sed etiam abominabile est. Non respectu generationis, quia Pharaonis procreatio reipsa nihil aliud fuit quam ipsius creatio, cum per generationem vitam suam & essentiam adeptus sit, uti nos omnes quotquot ab Adamo & Eva sumus oriundi. Si itaq; Deus eum nasci voluit ut eum extinguerit, utique prius illius exitium voluit quam generationem, adeoq; nasci eum voluit ut eum perdere posset, quod à præcedente sententia non admodum est dissentaneum. Objici quidem hîc posset, conceptum eum fuisse & natum in peccato originali quodq; Deus ad illud respiciens exitio eum destinaverit; quod majorem æquitatis speciem haberet, minusque absurditatis, si cum textu congrueret, aut sanis è scriptura rationibus deduci posset: Sed præterquam quod cum phrasi hic usurpata non conveniat, certum etiam est, ex verbo Dei probari non posse, Deum propter solum peccatum originis quenquam præcise ad exitium destinasse. Contra vero placuit Deo thesauros misericordiæ suæ super miserum peccatorem recludere, atque ita cum Adamo & Eva majoribus nostris agere post lapsum, ut testatum fecerit, se toti generi humano misericordiæ suæ fores aperire, velleq; omnes pariter ad resipiscentiam tendere, & id quidem in semine illo promisso: uti & eandem hanc benevolam voluntatem suam cum Noacho redintegravit, tandemque per Angelum consilij magni, Filium scilic. ipsum confirmavit. Si autem Pharao ad æternum exitium propter solum peccatum originale destinatus fuisset, tum certe Deus

haud minore cum severitate, quin imo majore cum ipso egisset quam cum Angelis malis. Si secundæ significationi insistas, excitatum eum fuisse, id est, evectum ad dignitatem regiam, Deumq; eum Regem constituisse, ut eum simpliciter & potente sua dextra supprimeret, ac æternum perderet, quæsumus ubi hic aliqua evidentis justitiæ species apparebit, si eum evexit ad temporaneã, momentaneam ac brevi perituram dignitatem, ad hoc ut illum protinus devoveat æternæ & nunquam finiendæ miseriæ? Omittimus quod nulla prorsus sit cohærentia & connexio inter dignitatem regiam & inevitabile exitiũ. In postrema significatione si sumatur, quod videlicet vitæ eius pepercerit Deus, quasi Pharaonem puniendo istis plagis, vita tamen non privaverit, sed quod non obstantibus istis omnibus, in vivis eum conservaverit, superstitemque esse voluerit, ut tandem ad horrendum istum finem eum perduceret ad quem pervenit; illa demum conservatio fuerit non ad bonum, sed ad malum Pharaonis, & miseriarum coacervationem majorem, nec beneficij sed pœnæ loco habenda: qualis est cura quorundam Tyrannorum (absit hoc longissimè ab optimo Deo nostro) qui eos quos oderunt superstites esse volunt, ut magis eos excrucient. Si Pharao aliquamdiu superstes in hac vita istum finem quicquid conaretur, evadere nequivit, quin præcise in eum incidere necesse habuerit, quæsumus quæ erit & hic manifesta ac evidens justitia? Quis consensus cum istis Altissimi verbis non sine juramento pronunciatis, se nolle mortem peccatoris, mortem impij, sed ut convertatur & vivat? Aut voluerintne Deus Pharaonem ab hac re secludere, & cum ipso alio quodam præciso & rigidiori

modo

modo agere sine ulla prorsus gratia? id quidem verisimile non est. Si igitur excitatio de qua hic agitur præcise non fuit ad eum finem, de quo hic ex Mose agit Apostolus, id est, si inter hanc excitationem & Pharaonis exitium non sit necessaria connexio secundum voluntatem Dei; necesse est hic latere conditionem; hanc nempe, si Pharao in sua adversus Deum inobedientia persisteret. Videamus igitur nunc qua significatione verbum excitandi hic cõmodissimè intelligi possit. Si ordinem & contextum verborum Mosis inspiciamus, apparebit verbum istud, quo utitur, usurpari ab eo pro sustentare, servare, superstitem conservare, quod non male quadrat cum genuina significatione vocis apud Mosen & Apostolum: neq; enim ineptum est aut durum, voculas has stare facere, erigere, excitari sumi pro stantes, erectos, excitatos conservare, cum postremum hoc nihil aliud sit quam consequens & continuatio prioris, continuatio inquam eiusdem operis; haud aliter quam rerum omnium creatarum conservatio dicitur creationis, aut creatio quædam secunda. Græcus Interpres secundum exemplar Hispanicum idem confirmat, dum verba Mosis in lingua sua sic interpretatur, Ad hoc in vivis & superstes es conservatus. Franciscus Iunius in versione sua recognita & emendata ita transfert hæc verba, Propterea feci ut superstes maneres. Nec alienus est ab explicatione Iohannes Calvin. in Comment. in Exod. ad hunc locum; quin & hanc videtur probare præ cæteris. Etsi autem Paulus græcum interpretem sequitur, nihil tamen obstat, quo minus liberum sit postremum hunc sensum amplecti. Scimus enim Apostolos in verbis recitandis non fuisse admodũ anxios,

sed rem potius spectasse. Istiusmodi huius vocis acceptio optime quadrat (quod & Calvinus notat) cum narrationis Mosaicæ antecedentibus & consequentibus &c. Nota, Lector, (quod & ante à nobis observatum fuit) verba istha hæc postrema, ut ostendam in te virtutem meã, &c. non præcise & inconditionatè, sed cum hac addita conditione intelligi debere, si Pharao in inobedientia perseveraret, quod & horum verborum scopus, & sententia illorum quæ mox sequuntur evidenter docent. Scopus horum verborum: Nam quo fine hæc Pharaoni dicuntur? annon ut argumenti vice forent, ad permovendum ipsum, ut tandem dicto audiens Deo esset, & populum Israëliticum dimitteret? Hunc vero ipsum præstare illi non poterant, si Deus illis significatum voluit, absolutè decrevisse Pharaonem manu forti ire perditum, sive populum missum faceret, sive minus. Verba quæ immediatè sequuntur, ita habent: Adhuc tu teipsum extollis in populum meum, ut non dimittas eos? Quorum sensus est: adeone tu, Pharao, temerarius is & immotus, ut etiamnum populum meum, ceu tibi mancipatum servitio affligere velis; cum eo loco res tuæ sint, ut manus mea adversum te elevata sit, neque solum possim, sed & velim te, si hoc pede perrexeris, in horrendum exitium præcipitem dare? nec dum tibi à potentia mea metuis, nec in terribiles manus meas incidere vereris? Hæc verba insignem sanè Pharaonis illusionem continerent, sublimi illa Dei gloria, & nunquam non laudata illius sinceritate prorsus indignã, si præcise decrevisset Deus Regem istum perdere, etiamsi populum Israëliticum dimitteret: siquidem Regi semper in promptu erat excipere, actum jam esse de se spem

nullam

nullam reliquam esse, utut vitam instituat, ultrices Dei manus effugere se non posse: Contra vero, quia pœnam divinam incurrit Rex, eo quod dimissum jam populum tamen persequeretur: liquido apparet, immunem à pœna illa futurum fuisse, si populo liberam & non impeditam profectionem permisisset. Quæ igitur totius huius dicti mens est, quæq; membrorum illius connexio? nimirum: in mea erat potestate, Pharao, te trucidare inde à principio, si voluissem: at volui parcere tibi, non ut à pœna prorsus immunis fores; neutiquam; ne istiusmodi cogitationes unquam in animum tuum admiseris: verum, ut, si à rebellione tua non destiteris, longe graviore ac atrociore supplicio te excidam perdamque, &, dimanante ad fines usq; terræ huius rei fama, mea in puniendo potentia ac virtus innotescat. Iam videamus, quemadmodum idem ad scopum Apostoli quadret: nam hoc ubi ostensum fuerit, res tota perspicua futura est. Intendit Apostolus vindicare potestatem & justitiam Dei, in reiectione Iudæorum qui Evangelio non auscultabant. Hoc fine pro exemplo allegat exitium Pharaonis, quod evidens habet justitiæ documentum. Applicatio hoc pacto instituenda est. Deus pertinaci Pharaoni juramento & summa æquitate finale exitium minari potuit, si in rebellione sua perseveraret, ac perseverantem actu ipso in illud præcipitare potest: itaq; eodem jure eâdemq; æquitate rejicere illos, qui per legem justitiam quærunt & ijdem Remonstr. pag. 149. Pharao inobedientia adversus Deum peccavit, & quidem in eo, quod populum Israëliticum, quem ut dimitteret Deus mandabat, dimittere renuit, hujus verò inobedientiæ causa fuit πλεονεξία,

*siquidem infinitum pœne quæstum faciebat ex assiduo tot myriadum hominum labore, & gratuito ac tali, pro quo nulla retribuatur merces; quo toto simul ac semel privatus fuisset, si populum Israël dimisisset. Quum ad historiam attendimus, evidenter apparet, ex triplici ratione hoc malum promanasse.*

I. Ex consideratione qualitatis plagarum, quæ ipsi immittebantur; utpote talium, ut longe minus illæ dispendium adferrent, quam ex retentione populi emolumentum existebat, & contra multo plus damni dimissio populi secũ traheret, quam comodi ex non imissione vel remotione plagarum expectandũ erat 2. Deinde & quidem potissimum, ex perversa opinione de Dei benignitate: qua sibi persuadebat, tantã esse Dei bonitatem ut ad petitionem ipsius plagas remoturus esset, etiamsi populum in pristina servitute retineret. 3. Accessit forte fastus & superbia, qua motus indignum fore judicavit, si ipse, tantus Rex, ad verbum Dei alieni tanto emolumento se privari pateretur. Postremum hoc confirmatur Exod. 5. 1. 2. 3. *Nequaquã putandum est ea notari infusionem aut insertionem duritiei, audaciæ vel αὐθαδείας in peccando: sic enim Deus author statueretur inobedientiæ postea à Pharaone admissæ: sed talem Dei circa Pharaonem operationem notare necesse est, quæ non excludat indurationem, qua ipse Pharao sese induravit, quæq; cum eâ conveniat & concurrat, cum ita eum Deus induraverit ut ipse etiam induraverit sese, uti expresse loquitur Moses & supra à nobis de-*

nobis demonstratum ac pertractatum est. Si vero Deus in eo proprie duritiem effecisset, sive eam infundendo, sive necessarium aliquod donum citra culpam subtrahendo: non potuisset ipse se propriè indurare: sed tantum necessario sese tali præcedaneæ operationi Dei accommodasset & attemperasset. Itaq; huc deveniendum est, ut dicamus Deum ei obtulisse occasiones, ex quibus sese indurandi ansam & causam ipse arripuit, id est, tantos animos sibi fecit ut imperterritè in inobedientia persisteret, & respectu hujus oblationis indurationem eius Deo adscribi, quod à scripturæ loquendi consuetudine non alienum esse supra ostendimus. Quæ verò fuerunt istæ occasiones? Non aliæ maxima ex parte, uti textum penitius inspicienti liquet, quam nimia mansuetudo, benignitas, tolerantia, qua Deus erga illum usus est. Sciebat Deus fore ut Pharao non dimitteret populum, nisi potente dextra Dei compulsus, quemadmodum ipse expressis verbis hoc declarat: quorum sensus est, Pharaonem non nisi insolitis & gravissimis calamitatibus, quas Deus potentissima & robustissima manu sua ei esset immissurus, pressum, populum dimissurum esse. Quanquam hoc sciret Deus, & superbi istius hominis ingenium penitissimè perspectum haberet, tamen nec initio nec multo post tam validum & acutum cuneum quam durus hic nodus exigebat, ei adhibuit; sed placide & leniter cum eo agit. Cum dimisso populo videret Pharao nullam aliam cædem aut exitium sibi aut famulis suis intentari, nunciaretur q; ei populum dimissum, metu perculsum & in fugam conversum à recta via deflexisse, & pro mari mediterraneo, ad quod proficisci debuisset, iter versus mare rubrum instituisse, atque ita

inter

inter id mare & præruptos ac inaccessos montes medium concluſum teneri: ſenſim cum ſubditis ſuis metum ultricis Dei manus cœpit deponere. Cœpit ijs ſuccurrere quantum emolumenti ex tam numeroſæ multitudinis aßiduo & graviſſimo labore redire ad ipſos ſolebat, & hinc avaritia denuo eis pectus exarſit. Occaſio impeditæ & inordinatæ huius profectionis ipſi à Deo objecta (quæ nequaquam eum à cœpta obedientia dimovere debuiſſet) fovet & auxit de novo eius audaciam & animi immorigeri obſtinationem in tantum, ut quem dimiſerat populum hoſtiliter perſecutus ſit, ut vi eum reduceret & in priſtinam ſervitutem retraheret. Perinde ac ſi Deus perturbata iſta populi profectione ſignificatum voluiſſet, ſe eum Pharaoni in prædam tradidiſſe. Hinc dicit Moſes, audito de fuga Israëlitarum nuncio Pharaonis & populi ipſius animum in eos repente fuiſſe mutatum, eosque dixiſſe, cur hoc fecimus, quod Israëlem dimiſerimus, ne nobis ſerviret? Induravit ergo Deus Pharaonem, quia tam impeditam & inordinatam, uti videbatur, populi ſui fugam potius quam profectionem procuravit, quæ Pharaoni occaſionem præbuit indurandi ſui. Quod vero Pharao ſuſtinuerit perſequi populum, quem paulo ante valido cœlitus impacto ictu coactus fuerat dimittere: in eo vero confidentißimæ inobedientiæ crimine Deo ſe obſtrinxit, quippe in quo adverſus majeſtatem divinam apertè & veluti elata manu belligerare inſtituerit, illos in ſervitutẽ retrahere ſatagens, quos Deus ab eâ liberârat. Quapropter Deus etiam indignanter hoc tulit, & pertæſus obſtinatißimæ pervicaciæ eum laxatis habenis cupiditatibus ſuis in certißimam & extremam perniciem raptandum per-

*permisit.* Confer Episcop. tom. 1. l. 4. instit theol. sect. 4. c. 14. p. 391. Iterum vasa dicuntur κατηρτισμένα. E. à Deo, creata ad exitium non à seipsis aptata. Beza ad h. l. p. 112. *mihi quidem non aliter loqui videntur qui vasa iræ dicunt* κατηρτίζεσθαι *à seipsis, quam si quis vas aliquod diceret non à figulo sed à seipso fingi. Est enim hoc verbum ad creationem ipsam referendum: quod ni facias, nulla causa erat cur ad Deum ipsum Paulus assurgeret.* Confer Bezam resp. ad act. colloq. Montisb. part. 2. pag. 164. Pisc. ad h. l. quasi vero quia absurdum est vas seipsum formare, statim etiam absurdum sit in apodosi, quod homo seipse faciat vas iræ, id est, dignum ira seu pœna: Enimvero si homo recte dici potest, uti revera potest, seipsum facere vas salutis, quia dicitur seipsum servare, salutem suam operari, animam suam servare: cur non posset rectè dici seipsum facere vas iræ? Dicuntur autē homines seipsos καταρτίζειν εἰς ἀπώλειαν, phrasi usitata sactis & profanis Scriptoribus; & quidem eodem sensu, quo Israëlitæ dicuntur mori velle, Proverb. 8. 26. seipsos perdere, seseipsos indignos judicare vita æterna. Act. 13. 46. Consilium Dei contra sese ἀθετεῖν, sive irritum reddere, Luc. 7. 30. odio habere bonum, diligere malum, Mich. 3. 2. projicere animas suas à se. Prov. 15. 32. odisse animas suas. Psal. 11. 5. &c. non quod dedita opera aut prudenter id faciāt, aut quod id facere directe intendant; sed quod ea faciant, quæ eo tendunt, vel natura sua, vel ex vi

ex vi legis divinæ: uti ex contrario sensu manifestum est, cum dicuntur operari salutem suam Phil. 2. 12. seipsos servare. 1. Tim. 4. 16. animas suas servare. Luc. 9. 24. &c. eodem sensu dicuntur homines communi proverbio suæ fortunæ fabri. D. Taufrer. disp. 2. Apol. hæc opponit θ. 24. Cui Deus irascitur, illud non creavit. Atqui vasis iræ seu ignominiæ Deus irascitur, juxta hunc locum Apostoli Rom. 9. 22. Quodsi Deus volens ostendere iram &c. Ergo vasa iræ seu ignominiæ non creavit: Et per consequens verbum καταρτίζειν hic non significat creare. θ. 25. Quos Deus tolerat cum multa lenitate ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ, illos non creavit, quia objectum μακροθυμίας est illud quod displicet, offendit, & iram pœnasque meretur. Rom. 2. v. 4. & 2. Pet. 3. v. 9. Atqui vasa iræ seu ignominiæ Deus tolerat cum multa lenitate ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ, θ. 26. Quos Deus per suã lenitatem μακροθυμίαν ad pœnitentiam invitat: illos ad interitum non creavit. Atqui vasa iræ Deus per suam lenitatem μακροθυμίαν ad pœnitentiam invitat. Ergo vasa iræ ad interitum non creavit. Minor patet: quia hujus μακροθυμίας finis principalis est pœnitentia eorum, quos Deus hoc modo tolerat: juxta Roman. 2. versic. 4. θ. 27. Si applicatio similitudinis de figulo in hoc cõsistit, ut, quemadmodum figulus facit quædam vasa ad ignominiam: ita quoque Deus vasa iræ seu ignominiæ faciat & creet ad interitum: sequitur, Deum esse causam per se & principalẽ vaso-

vaſorum ignominiæ ratione formæ, hoc eſt, quatenus ſunt vaſa ignominiæ. Ratio conſequentiæ eſt: quia figulus eſt cauſa per ſe & principalis vaſorum ignominiæ ratione formæ, hoc eſt, qua talia ſunt. θ. 28. Creatio hominum in Adamo non præſupponit maſſam corruptam. Atqui καταρτισις & aptatio hæc, de qua hic Apoſtolus agit, præſupponit maſſam corruptam. ϑ. 29. Creatio hominum in Adamo non præſupponit vas iræ. Ratio eſt, quia omne, quod creavit Deus erat valdè bonum. Geneſ. 1. v. 31. & Sap. 11. v. 25. Deus nihil odit eorum, quæ fecit. Atqui καταρτισις, de qua hic Apoſtolus, præſupponit vas iræ, quia terminus ad quem hujus καταρτίσεως per ſe eſt interitus æternus: nemo autem interit, niſi cui Deus iraſcitur, teſte univerſa ſcriptura. Ergo καταρτισις, de qua hic Apoſtolus, non eſt creatio hominum in Adamo: & per conſequens, de fine creationis hominum in Adamo hic nihil agitur. Confer D. Sigvvard. in admonit. Chriſt. De Irenico Parei p. 417. 420.

§. 108. Repugnat deine gloſſa adverſaria hiſtoriæ coætaneæ; ſi, ut volunt, Apoſtolus rationem reddit, cur Judaica gens illa, contra quam agit, reprobata ſit ex abſoluto DEI decreto, tùm ſequeretur omnem illam gentem Judaicam contra quam diſputat fuiſſe reprobatam, conſequenter damnatam; omnem gentem Chriſtianam pro qua diſputat, eſſe ſalvatam.

tam At illa ætate vidit ad Iesu Nazareni religionem abeuntes non paucos post epistolam scriptam; hæc experta est ex se Apostatas à Iesu Nazareno non paucos, quorum illi electi, hi reprobati fuere,

*Repugnat III. Synechiæ 1. eorum ad quos* scribit: illi erant fide tenerrimi, jam tenerrimis solidum cibum de reprobatione, tam absoluta, tã horribili, præbere, quomodo id consonat vel ipsi Reformatorum doctrinæ? annon offensi fuissent Neophyti tam acerba & sæva religione, quæ exteriora blandimenta Evangelica proponerent, ubi interiora mysteria Dei Phalarismos docerent? Siccine Apostolus infirmis infirmus factus est? annon præstaret clam haberi hoc dogma sicut dogma de Antichristo? at Apostolus negat se occulturum hoc Evangelium, sicut occultari solent quorum nos pudet. Rom. 1. 15 2. ejus quî cum Apostolo erat contentio, pervicaciſſimi sc. Iudæi. qui si ex Apostoli verbis absolutum reprobationis decretum concipere potuisset, quanta illi cavillorum seges subnata, quantum conversionis sufflamen suppeditatum fuisset? Finge hunc in modum cum Tryphone disputasse Iustinum, quid consecuturus fuisset, nisi religionis Christianæ Probra? *3. scribentis* ac disputantis sc. Pauli invisi Judęis (capitis parum exosi, nisi se mõstroso dogmate magis exosum reddidisset,) semper ex principio concesso & utrinque noto. Fac

to. Fac Apostolo notã fuisse reprobationẽm ac damnationem Esavi, unde conficies eandem etiam eodem revelationis lumine fuisse conspicuam Judæis suis adversariis, vel etiam aliis scandalizatis? Iam cœca fuisset andabatomachia ex Esavi reprobatione argumentum hausisse de quâ tamen utrinq; liquidò non constitisset? sic enim collegisset Apostolus, non mirum plerosque Judæos esse reprobatos licet ab Isaaco oriundos, nam & Esau reprobatur est. Petis principium Paule, respondisset Συζητητά. 2. *sæpe* pro indole sua in alterum *extremum inclinaturientis*, fixo tamen semper pede manentis. hinc ait Apostolus, quos vult indurat, quorum vult miseretur. Phrasis hæc videtur peremptoria esse & præcisa. Sed disputatoris mos est, ut dum unum extremum fortissimè negat, in alterum videatur incidere, quamvis, si secundum analogiam sensus alibi expositi interpretẽre, non incidat.

§. 109. Repugnat III. scopo primatus & novissimatus celsiùs justo sublimato. Non intelligi hîc primatum absolutę electionis & novissimatum absolutæ reprobationis in regno gloriæ, his patet argumentis,

I. Is Novissimatus excluditur, in quo adhuc spes fuit ad recidivatum nobilissimum h. e. sortem filiorum DEI: adhuc enim Apostolus de illis Judæis singulis, nemine excepto (edatur enim exceptionis ulla ratio, probetur Apo-

ſtolo contigiſſe intuitum libri vitæ, ut in numerato haberet, qui eſſent inſcripti qui non? quos excipere poſſet, quos non?) quos tunc induratos ſubinnuit, optimè ſperat, Rom. 11. 13. januam gratiæ illis aperit, orat gemitque pro illorum reſipiſcentia. Rom. 10. 1. ſtudet conſanguineorum ſaluti omni animi contentione, omnium ac ſingulorum, ut ſaltem ex his nonnullos (non peremptoriè electos,) ſed qui divinæ gratiæ non eſſent obſtreperi, lurifaceret Rom. 11. 14. ac ne viderentur Judæi peremptoriè excluſi, ideò addit alterum oraculum Rom. 11. 25. ad quem locum ipſe Calvin. hæc notat pag. 103. *affectum æmulationis & Zelotypiæ eſſe, ubi urimur quum videmus alium nobis anteferri. Ergò ſi conſilium Domini eſt, ut ad æmulationem provocetur Iſraël, non ideò cecidit, ut præcipitaretur in æternam ruinam: ſed quo Deo benedictio ab eo contempta in gentes perveniret: quo demum ille quoque excitetur ad quærendum Dominum, à quo defecit. Sicuti enim uxorem à marito ſua culpa rejectam accendit æmulatio, ut ſe reconciliare ſtudeat: ita nunc fieri poſſe dicit, ut Iudæi cum viderint gentes in locum ſuum ſubrogatas, repudij ſui dolore tacti, ad reconciliationem aſpirent.* At noviſſimatus abſolutæ reprobationis talis non eſt, in quo ſpes eſſe poſſit ad recidivatum & recuperationem ſortis melioris. hic igitur intelligendus non eſt. Alium ſcopum eumque proleptic um fingit Calvinus & qui eum ſequuntur ejus Diſcipuli. *Hoc capite* (verba ſunt Calvini p. 78.)

78.) *incipit occurrere offensionibus, quæ hominum animos divertere à Christo poterant: quod Iudæi, quibus ipse ex legis pacto destinatus erat, non modò eum respuebant, vel habebant contemptui, sed magna ex parte abominabantur. Hinc enim alterutrum ex duobus videbatur consequi aut divinæ promissioni suam non constare veritatem: aut Iesum quem Paulus prædicabat, non esse Christum Domini, qui Iudæis peculiariter promissus fuerat.* Hæc ille; quem sequuntur Beza ad h. l. Piscat. in argum. hujus cap. scandalum illud hoc syllogismo complecti licet: Is quem Judæi Deo fœderati abominantur, non est Christus Domini; Iesus Nazarenus is est quem Judæi fœderati abominantur, Ergò Iesus Nazarenus non est Christus Domini. Major liquet ex oraculis propheticis & fœdere divino, quæ Christum Iudæis pollicentur, fallerent autem nisi major esset vera. Minor in mero tunc meridie lucebat; sequebatur grande scandalum, quod tollendum erat, ne Evangelij cursus abrumperetur.

Fingit hic Calvinus Paulum respondere distinguendo inter promissionem salutis communem omnibus oblatam, & particularem efficacem in solis electis. Verba sunt, ipsiusmet pag. 81. *Duo sunt hic consideranda, promissionem Salutis Abrahæ datam ad omnes pertinere, qui ad eum carnis originem referunt, quia omnibus sine exceptione offeratur: atque hac ratione iure appellari fœderis cum Abrahamo percussi haredes ac successores, sive (ut Scri-*

*ptura loquitur) promißionis filios. Alterum est, filios promißionis propriè nuncupari, in quibus ipsius virtus & efficacia extet. Ea ratione hîc negat Paulus, omnes Abrahæ filios esse filios Dei, etiamsi pactum cum illis initum esset à Domino, quia pauci in fide testamenti stabant: quum tamen omnes sibi esse filiorum loco testetur Deus ipse apud Ezechielem capite 16. In summa, ubi totius populus vocatur hereditas & peculium Dei, significatur cooptatum esse à Domino, oblata salutis promißione, & circumcisionis symbolo confirmata; sed quia multi eorum sua ingratitudine adoptionem illam repudiant, ideoque eius beneficio minimè fruuntur, indè emergit, inter ipsos altera differentia, dum promißionis impletio respicitur. Eam ergò impletionem in plurimis Iudæorum non apparere, ne cui mirum videatur, Paulus eos comprehensos in vera Dei electione negat. Si quis alijs verbis mavult, communis populi Israëlitici electio non impedit, quò minùs inde sibi deligat arcano suo consilio Deus quos visum est. Est quidem hoc illustre gratuitæ misericordiæ speculum, quod Deus cum gente una fœdus vitæ pacisci dignatus est: verùm supereminet magis recondita gratia in secunda electione quæ ad solam partem restringitur. & mox p. 82. rem simpliciter indicat idem fontem operit, altiùs ascendens nempe ad indicandam huius diversitatis rationem, quam non nisi in electione Dei positam esse docet.* Hæc ille. Ad summam, negari minorem; de filiis promissionis propriè dictis, in quibus promissio arcano delectus consilio efficaciter impletur, si quæratur, cur non & impleatur in aliis? quia non sunt in vera dilectione com-

ne comprehensi h. e. non-electi, absolutè reprobati.

Scopus hic est ἄσκοπος, quia 1. in hac epistola præcisè non quærebatur, an Iesus Nazarenus esset Messias, sed cur Judæi in regno Messiæ noviſſimi? quæ causa? nimirum repulsa Iesu Nazareni. Unde autem ista repulsa h. e. ἀπιστία? id hic Apostolus non quærit. quia 2. responsio Apostoli ad hunc scopum accommodata excusasset Judæorum pervicaciam, si vel Judæi non conversi; vel è Christianis nonnulli percontati essent de causa suę rejectionis à participatiõe promssionis efficacis? Paulus respondisset quia hi Judei absoluto odio sunt reprobati, quia ad hanc iram conditi, prædeterminati, indurati à Deo, justissima fuisset excusatio pervicaciæ: non potuere aliter miserabiles potius quàm culpabiles. quia 3. Apostolus sibimet cõtradixisset; cum promissiones paulò antè ad omnes Israëlitas ex æquo pertinere statuit, etiam ad eos quorum sortem dolet, nunc autem eas ad solos electos restringit: distinctio inter promissionem generalem inefficacem & particularem efficacem Calvini est effugium & inane commentum. quia 4. impiè & incongruè ingemuisset exitio eorum, quos sciviſſet Dei consilio absoluto damnandos: conformasset potiùs sanctè & hilariter voluntatem suam divinæ. Equidem & Christus illacrymatus est exitio Judæorum, sed neglectu cœlestis ἐπισκοπῆς lacessito.

§. III. Repugnat IV. harmoniæ & sympathiæ, quæ tota ad primatum & noviſſimatum regni gratiæ collineat. At inſtat hîc Piſcator. *Si* (ut verba ejusdem contraxit D. Taufrer. diſp. de abſol. decr. th. 41.) *in antecedentibus Apoſtolo ſermo eſt de filijs promiſſionis & filiis carnis, ſequitur, quod in v. 11. & 12. agat de electione & reprobatione æterna. Atqui antecedens eſt verum. Ergò & conſequens. Item v. 16. th. 45. Si in ſequentibus agitur de liberrima Dei poteſtate miſerendi, cujus vult miſereri, ſequitur, quod in verſiculis 11. 12. & 13. agatur de electione ad vitam æternam. Atqui verum eſt antecedens. Ergò & conſequens.*

Largitur D. Taufrerus conſequentiam de electione & reprobatione typica in aliquibus, utramque per res externas & temporales adumbrando: negat de electione in ſenſu literali de electione abſoluta; nam meritum Chriſti fide apprehenſum correlativè ingreditur in definitionem promiſſionis Evangelicæ. Rom. 4. 16. Gal. 3,7. Ergò & in definitionem electionis. Sic & eidem Apoſtolo filij carnis ſunt, qui non ex fide, ſed ex operibus legis juſtitia m quærunt per ἀπιςίαν defracti. Rom. 9, 8. & 13, 32. c. 11. 20. Ille Dominus, qui non reſpicit in electione perſonam & opera externa, tamen cor intuetur fide imbutum, 1. Sam. 16. 7. ſecundam conſequentiam negat D. Taufrer. l. cit. theſ. 46. quia poteſtas & actus Dei liberrimus miſerendi non tantùm in electione, ſed etiam in juſtificatione & ſalvatione datur: fit igitur argumentatio

tatio à genere ad ſpeciem affirmativè, quod vitioſum. Idem contrà adverſarium ſic argumentatur. *ib. De quo agitur* in verſ. 11. 12. 13. *illud eſt abſolutum. Atqui etiam de juſtificatione & ſalute, & appoſita damnatione ibi agitur. Ergò etiam Iuſtificatio & Salus erit abſoluta, vel quod in idem recidit, ſine Chriſto & fide homini contingunt. Concluſio repugnat tùm univerſæ ſcripturæ tùm hypotheſi adverſariorum.* Notat ibid. *Aliud eſſe libere miſereri, aliud abſolutè miſereri*: quia Deus multa agit liberrime, non abſolute: *Sic Deus liberrime juſtificat, liberrime ſalvat credentes, non tamen id facit abſolutè, hoc eſt, ſine Criſto fide apprehenſo. Item Deus liberrimè indurat contumaces verbi divini contemtores, non tamen abſolutè id facit. Ratio eſt, quia omnis induratio eſt pœna Ergò fit ob præcedentia peccata, & per conſequens non abſolutè. Sic Deus liberrimè damnat infideles, non tamen abſolutè, ſed ob incredulitatem damnat.* Eadem ſynaphia phraſeologiam eandem iterat, ac ut ſuprà (adverſariorum confeſſione) cum de juſtificatione ageret, excluſione operum fidem non excluſit, ita nec hîc. Calvinus ut ſcopum pervertit, ita & συνάφειαν tollit, *ait Apoſtolum quaſi ex abrupto proſilire p. 78. ad ejus rei mentionem, ut nullus appareat orationis contextus: & tamen ſic novum ſermonem ingredi quaſi jam priùs attigiſſet. Hoc ideò facit quoniam abſoluta doctrinæ tractatione, ubi ad Iudæos mentem ſuam reflectit, eorum incredulitate tanquam aliquo prodigio perculſus, erumpit in ſubitam conteſtationem, non aliter, quàm ſi de re priùs agitata tractaret:*

ctaret: quandoquidem nemo erat cui non sponte hæc cogitatio mox obreperet, si hæc legis & Prophetarum est doctrina, quî fit igitur, ut tàm pervicaciter eam repudient Iudæi? Beza p. 102. συνάφειαν admittit, admirabili methodo, ajens, transit Apostolus à justificationis & sanctificationis tractatu ad prædestinationem, occasione arrepta ex eo quod dixerat ἀμεταμέλητον esse Dei in nos per Christum dilectionem, doctrinæ adversari ex diametro Israëlitarum rejectio videatur. Piscator ad h.l. pag. 911. sensum versuum quinque ante nonum hunc in modum exprimit. Ego Paulus ex animo doleo, quum video, maximam partem Iudæorum Evangelio non credere: quumq; considero, eos ideò credere non posse, quòd sunt à Deo rejecti & reprobati atque ad exitium destinati; ne illi suspicantes se à Paulo odio haberi, & ipsum & doctrinam eius salutarem cum sua pernicie odio prosequerentur. At hoc Apostolus non dixerat, absolutè ἀμεταμέλητον esse Dei dilectionem; ut qui noviſſet, quem nulla creatura possit vi rapere à dilectione Dei, posse tamen spontaneo peccato hominem excidere. Piscator Apostolum facit improbum, ut sibi illum Patronum conscisat. Quæ enim hæc tergiversatio, quæ Politica techna, ut te populo Judaico insinues, & odii in consanguineos causam à te avertas, omnem odii causam in Deum refundere?

§. 112. Repugnat V. Analogiæ fidei, quæ non permittit *glossam 1. Numini contumeliosam*, qua Dei bonitas, misericordia, justitia, veracitas labefactatur, ut in superioribus ostensum. Sanè si

Deus

Deus Esavum (quem absolutè reprobavit) in fœdus suscipit, egit & ludificatoriè & mendaciter: cum signo promisit se ejus Deum fore, à quo interiori beneplacito totus abhorruit; si hac discretione Deus gloriam sui Numinis intendit, eam tamen non est consecutus, ut potius obscurarit, infamarit atque opprobrio turpi omnibus gentibus exposuerit, Deum Christianorum hujusmodi esse, qui insontes æternis suppliciis cruciet, hunc plusquam Phalarismum esse. Si Deus Esavum nihil mali facientem odio positivo prosecutus est, iniquus est, ac irà inflamatus sine justo irępabulo; advertendum hîc Esavum proponi ut exosum in eo statu in quo nihil dum mali feciſſet. Ineptè hic accommodatur à Pareo pag. 219. locus Augustini: *Non odit Deus Esau hominem, sed odit Esau peccatorem.* Frustrà idem Pareus distinguit inter odium præteritivum & punitivum; illud sine peccati intuitu largitus, huic substernit peccatum.

2. *Glossam concentui catholico Prophetarum & Apostolorum reclamantem*, ut patuit suprà de ἀπηγεφφῳ: nominatim Electionem ex præviſa fide, reprobationem ex præviſa ἀπιστίᾳ finali decretam esse suprà demonstratum. Etenim clarè satis Apostolus rejectionem incredulitati imputat Rom. 9. 32. c. 11. 20. electionem promissioni fide correlativa apprænsæ. 16. v. 8. *ideo ex fide ut secundum gratiam*, Rom. 4. 16. quam in sen-

tentiam etiam Augustinum licet adhuc juniorem produxit Iac. Laurent. in Paulo Συσνοήτ. pag. 255. in libro propositionum ex Epist. ad Rom. num. 60. ubi refellens errorem eorum, qui ex hoc loco tollebant liberum voluntatis arbitrium, respondet: *Præscientia Dei factum esse qua novit etiam de nondum natis qualis quisque futurus sit. Non autem ipse intelligit præscientiam operum, quam ibidem refellit, sed præscientiam fidei.* Sic enim ille expresse statim post. *Non ergo elegit Deus opera cujusque in præscientia, quæ ipse daturus est, sed fidem elegit in præscientia, ut quem sibi crediturum esse præscivit, ipsum elegerit, cum Spiritum sanctum daret, ut bona operando etiam vitam æternam consequerentur,* Et post. *Quod ergò credimus, nostrum est, quod autem bona operamur, illius est, qui credentibus in se dat spiritum Sanctum.* Et rursus, lib. 1. ad Simplicianum, *quæst. 2. Nemo eligitur, nisi jam distans ab illo, qui rejicitur. Vndè quod dictum est: quia elegit nos Deus ante mundi constitutionem: non video quomodo sit dictum, præscientia. Sed & ibi quoque intelligens præscientiam, non operum, sed fidei.* vide Gerh. Ioh. Voss. l. 7. hist. pelag. thes. 2. pag. 655. Vanissima etiam consequentia; proponit Apostolus gemellos Rebeccæ extra respectum facti boni malive infidelitatis ac fidei. Ergò eadem ratio valet in sensu antitypico! nego consequentiam, quia Paulino scopo satis fuit ostendisse, nihil ex merito, omnia ex gratiâ facta. Iam quod modum gratiæ, (absolutum an conditionatum?) atti-

attinet, id erat extra institutum præsens ac limites præfixos. Imbellia sunt tela Parei in adversum emissa in Comm. ad Rom. 9. p. 214. *I. Si ex prævisa fide est electio, propositum Dei non manet firmum ex vocante, hoc est, ex sola vocantis εὐδοκία. Ratio quia pendebit à fide hominum prævisa, ut à causa movente. At manet firmum ex solo vocante affirmante Apostolo: Ergò non est ex fide prævisa electio. II. Fides prævisa non est causa gratiæ: quia est posterior gratia. Ergò nec est causa electionis. III. Electi sumus ut filij iræ, mortui in peccatis, cùm adhuc hostes essemus. Quales enim justificat Deus, tales etiam elegit, hoc est, justificare decrevit. Iustificat verò ut impios & hostes existentes. Rom. 4. vers. 5. & cap. 5. vers. 8. At in filijs iræ, & in mortuis in peccato fides prævideri nulla potuit: Fidei igitur præmissio electionis causa esse non potuit. Quod enim non est, causa entis dici non potest. IV. Fides est ex effectis electionis; & electione ordine posterior. Elegit enim nos Deus, non quia eramus crediturí, sed ut crederemus; V. Fides est donum & opus Dei, non igitur causa est electionis Dei. Deus enim non movetur ad eligendum eo, quod per & post electionem donat: alioqui idem esset sui ipsius causa: idem seipso prius. VI. Apostolus de electionis causa differens, nusquam dicit, eam esse ex credente: sed simpliciter pronunciat, eam esse ex vocante, & ex gratia & gratuitam.* Rom. 9. vers. 11.

Resp. ad 1. firmitas ex fidei prævisione non evertit firmitatem vocationis. 2. fides actualis prævisa est posterior gratia, sed fidei prævisio est prior gratia actuali. 3. terque quaterque falsum

falsum est Deum eligere filios iræ, qua tales nondum conciliatos; id enim repugnat divinæ justitiæ. 4. elegit Deus credituros ut credant, sicut Architectus ædificat domum ædificabilem & donum quam actu facit. 5. etiam Christus est donum Dei. Ioh. 4. num igitur non est causa electionis? 6. falsum est quod ponitur, contrarium suprà claris scripturæ testimonis evictum.

§. 113. III. Eadem analogia non sustinet *glossam* non solum securitatis patronam, sed & ab Evangelij totius scopo abludentem. Is est consolari, Rom. 15. 4. 1. Cor. 14. 3. at Evangelium Rebeccę anxię, datum Juędis Paulo coætaneis prædicatum, tentatis etiam è Christianis, fuit estque horrificum; si Rebecca cogitare debuit, Esavum æternis crucitatibus absolutè mancipatum; si Judæi quibus illo tempore Paulus Evangelium prædicavit, cogitare, se vel singulos, vel quosdam ex illis absoluto odio sine respectu infidelitatis prædamnatos esse. Quis hoc Evangelium amplecteretur? an illud πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον? si tentatos ἀπειᾳ torquet, de qua suprà.

4. *Glossam judicio Ecclesiæ* contrariam. Bucanus Loc. 36. pag. 394. *Apostolus ait Esavi rejectionem eliciens ex eo, quod fratri addictus in servitutem; Electionem autem Iacobi, quòd factus sit fratris, & quidem primogeniti, Dominus.* Reclamat Ecclesiastes, negat ab externa sorte colligi posse divinũ amorem odiumvè, odium sc. justitiarium & pœnale.

*Glossam*

5. *Gloſſam abſurdam* ſtante ſenſu literali, qui ſolus eſt argumentativus? Fac enim Jacobum, hoc eſt, Jacobæam gentem hîc ab Apoſtolo electum ad vitam æternam affirmari, Eſavum h. e. Edomicam gentem, rejectum: Sequeretur omnes Iſraëlitas (conſequenter & Paulum Benjaminitam, quod Judæi, cum quibus Apoſtolo eſt contentio, nulli conceſſuri erant) fuiſſe ſalvatos, omnes Edumæos damnatos. Confer D. Taufreri diſp. contra abſolut. decret. theſ. 10. & ſeqq. Fac Apoſtolum ex abſoluto Dei jure contra obmurmurantes egiſſe, obtinebit Dyneticorum opinio ſuprà confutata. Manet, ſenſum ſpiritus Calviniani affictum eſſe, à ratione cœca natum, nullamque parhermeniam Apoſtolo impingi, quod contendit D. Zvvinger. in defenſ. Calv. pag. 532. terque quaterque temerarium, dum Eſavum in atrum reprobórum catalogum proſcribit. D. Zvvinger in defenſ. Calvini p. 531. tanquam jam eviciſſet reprobationem Eſavi, Eſavum epitheto *reprobi* dehoneſtat. At ne Judam quidem damnatum clarè aſſerit Petrus, ſed ait in locum ſuum abiiſſe? & Doctores à Petrino lumine longo intervallo diſtantes tale quid ebullire auſint in Eſavum? unde enim hoc habent? ex quâ revelatione? ſcripta? nulla extat. hæc certè in c. 9. ad Romanos exarata non agit literaliter de prædeſtinationis myſterio, nedum ut baſis eſſe poſſit aut ſedes propria illius myſterij non ſcripta?

pta ? enthusiasmum redolet; Præstò sunt argumenta, quæ negant ab Apostolo hîc produci Esavum ut absolutè reprobatum 1. *methodus Paulina* disputandi minime antabatomachica ex principio utrinque noto; at quis præstabit, Paulum intuitu quodam in librum vitæ vidisse Esavum non inscriptum; quod cum Apostolum latuit, multò magis ejus Antagonistam 2. *sensus B. Rebeccæ*, quæ vel nescivit hinc altissimum oraculi sensum vel scivit: si nescivit; oculatiores fuerint, qui nunc sunt homines in schola Calvini innutriti. Si scivit? quo id cordolio, dum semper illi succurrit se filium orco genuisse, indeclinabiliter & pari sorte cum Dæmonibus damnandum. 3. *analogia fidei*, quæ non permitit de Deo odium inimicitiæ affirmari in personam innocentem antequam aliquid mali designasset. Certum est Tyrannicidem nullam immaniorem, aut crudelitatem magis barbaram, (proinde magis à Deo justissimo alienã) concipi animo posse. Si reprobatio esset tantummodo majoris alicujus boni denegatio, alia ratio foret. Cum majoris enim boni denegatione, minoris boni collatio potest cõsistere. Addo, si reprobatio tantummodo esset denegatio summi boni, sive recluso à vitæ æternæ fruitione, quæ pœna damni abusivè, rectius malum damni dicitur, alia adhuc ratio foret. Potest enim Deus absolutè eam dare nec vult: nec injuriam facit cuiquam, si eum vita

æterna

æterna non donet. At cum reprobatio involvat etiam maximi mali inflictionem, sive malum sensus, id est cruciatum æternum: certe nihil prorsus commune habet cum exemplo hoc Jacobi, cui præesse tantum fratri primogenito suo Esavo à Deo datum est voluntate absoluta. Si dicas; At hic typus fuit ejus quod Deus facere voluit in negotio salutis: quia terra Canaan repræsentavit cœlum; unde concluditur, eum qui à Deo seclusus fuit à terra Canaan, seclusum etiam à cœlo fuisse. Hoc si sequitur, sequetur & illud, populum totum Israëlis, qui hæres fuit terræ illius, etiam hæredem cœli factum esse; quod absurdum & falsum est. Ratio consequentiæ patet. Non enim considerantur in hoc vaticinio nudæ tantum personæ Jacobi & Isavi, sed populus totus ex utroque oriundus; At Præsto, inquiunt, sunt argumenta contraria post alios repetita à Jac. Laurent. in Paulo δυσνοήτ. pag. 250. *Quia Hebr. 12. 23. omnes electi ac beati in cœtum & Ecclesiam primogenitorum.* 2. *Quia à fœdere & Ecclesia Dei, extra quam non est salus, Esau descivit, ut videre est Genes. 36.* 3. *Quia Hebr. 12. 17. expresse dicitur reprobatus à patre suo Isaac in benedictione, quæ æternæ ac cœlestis benedictionis erat signum.* 4. *Quia ibidem simpliciter & ἁπλῶς dicitur prophanus, nequaquam autem ab unica actione dicitur quis prophanus ἁπλῶς, nisi illa à jam contracto habitu procedat.* 5. *Quia Deus Esau odisse itidem dicitur ἁπλῶς neminem autem odisse sic dicitur Deus unquam,*

*quam, cuius odium postea mutaverit in dilectionem ac benedictionem æternam. 6. Quia salutaris resipiscentiæ, ac finalis pietatis Esavi ne minimum quidem in universa scriptura sit indicium. Imo vero de Esavo ita diserte Apostolus in citato loco Hebr. 12. 17. Pœnitentiæ locum non invenit, quamvis cum lachrymis illam exquisivisset. Quem locum non modo quidam recentiores, sed & ex veteribus Græci, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, intelligunt atque exponunt de pœnitentia ipsius Esau, eo quod non vere, nec serio pœnituit, sed sicut Cain.*

Resp. ad 1. si de primogenitis ex sorte temporali sermo est, falsa erit hæc major, omnes electi sunt primogeniti, væ alioqui tibi sancte Abel! væ tibi Dive Joseph! si de primogenitis ex sorte æternâ divinæ electionis, probanda est minor (Esavum hoc sensu non fuisse primogenitum) quæ petit principium. ad 2. Emigratio Esavi localis tam non arguit emigrationem ab Ecclesia, quam non arguit emigratio Lothi à luco Abrahami; Ratio emigrationis à Mese redditur (non religio) sed amplitudo facultatum fraternarum angusto major. v. 7. Act. 3. & 5. Reprobatio in externis bonis & in his odium postpositivum non est τεκμήριον reprobationis æternæ, aut odium æternùm exitiale: quia Salomone Judice ex æterna hujusmodi sorte ad amorem vel odium Dei non licet conjectari. Eccles. 9. Fuerit alioquin Lazarus reprobatus; Epulo dives electus. Ad 4. Nomen βεβήλου arguit Esavi animum (esto habitualiter) profa-

profanam, non tamen ἀνίατον, nam & indurati quandoque resipuerunt Rom. 1. & 1. Cor. 6.

Ad 6. Non invenit Esau locum pœnitentiæ (non suæ, sed) paternæ, id quod agnoscit ipse Laurent. l. cit. pag. 252. *Non loquitur Apostolus de pœnitentia Esavi, sed Isaaci patris sui, à quo non potuit obtinere revocationem benedictionis primogenituræ jam datæ Iacobo, quamvis id lachrymis à patre flagitaret, ut patet ex ipsa historia apud Mosen* Genes. 27. 33. 34. 35. 36. 37. Regerit Rivetus exerc. 114. ad Genes. p. 561. *Neminem unquam ἀπλῶς dicitur Deus odisse, cuius odium mutaverit in benevolentiam. Nec propter unicam actionem aliquem ἀπλῶς profanum vocat, nisi actio illa à jam contracto habitu procedat. Denominatio enim fit à qualitate permanente. Cum itaq; Deus dicatur Esavum odisse, & scriptura vocet eum profanum, nihil obtendi posse videtur, quo minus inter reprobos relegetur. Notant Ebræi, jus primogenituræ complexum fuisse, non tantum primatum & duplicem portionem, quæ civilia videri poterant, sed & jus sacerdotij, eoque debuisse sacrosanctum esse filijs jus illud: unde sumptum videtur, quod Apostolus Esavum profanum appellaverit, qui rem sacram nihili fecerit. Hæc ille ineffaciter!* esto, Deum nuspiam dici odisse, quod odium mutaverit in benevolentiam, tamen nõdum constat, Esavum odio infernifero fuisse exosum: fuerit licet odium comparativum, non mutatum in benevolentiam comparativã, tamen hæc ad sortem temporalem duntaxat

ſpectarunt: quanquam Malach. 1. Dominus totam gentem Idumæam odio dicatur proſecutus, quam tamen poſtea in N. T. ad regnum gratiæ benevolentiſſimo affectu revocavit. eſto profanitatem in Eſavo fuiſſe habitualē ac permanentem, num ideo reprobatus? annon & latronis malitia habitualis fuit & permanens usque ad ultimum vitæ halitum, quem in eodem articulo pœnitentem Chriſtus electum eſſe declaravit? annon Pauli furor habitualis fuit & permanens usq; ad viam Damaſcenam? Añon lupi multi cicurati in oves profecerunt? eſto, ſacrilegus fuerit Eſau: fuit & Manaſſe, an ideo damnatus? Signa pœnitentiæ Eſavicæ animadvertit noſter Luth. in com. Geneſ. c. 33. veriſimile cenſuit tandem fuiſſe ſalvatum & com. ad c. 35. *Conveniunt fratres Eſau & Iacob ad ſepulturam, & ponitur Eſau in textu ante Iacob: neq; vero dubium eſt, quin etiam antea viſitarit Patrem, & pater ſæpe eū amanter caſtigarit, & monuerit, ut deponeret odium & vindictæ cupiditatem. Ideo venit ad funus, ut obedientiam & reverentiam ſuam erga patrem declaret. Et eſt ſignum certum, redyſſe eum in gratiam cum fratre, & ſe adjunxiſſe veræ Eccleſiæ ut fieret particeps promiſſionis ſpiritualis, ſi non ex promiſſione, tamen ex gratia. Sicut nos gentes recipimur in gratiam non ex promiſſione, ſed ex miſericordia.*

ELEN-

# ELENCHUS ANACRITICUS SENSUS THETICI.

§ 114. Quem si maximè admittamus adeoque de electione & reprobatione æterna hic tractari, non tamen à thesi ad hypothesin rectè valet consequentia: Esau est typus reprobatorum. E, & ipse reprobus. sicut enim non sequitur, persona indecore se gerens fuit typus personæ sanctissimæ (repetimus sententiam Riveti in Comm. ad Ps. 45. p. 303.) *ex quibusdam scripturarum sententijs, hanc regulam in sacris scripturis observarunt Hieronymus in Epist. ad Ruff. August. lib. 22. contra Faustum. Manich. Gregor. Moral. in Iob cap. 21. homines malos, in re etiam non bona sanctissimarum rerum atq; adeo ipsius Dei, typos esse posse. Ismaël fuit typus Veteris Testamenti, cuius tamen si vel generatio, vel mores considerentur, multa reperiuntur, quæ probari nec possunt, nec debent. Typum autem fuisse duorum Testamentorum, duos Abrahæ filios testatur Apostolus Gal. 4. Et ex sententia Hieronymi duæ filiæ Loth utriusq; etiam Testamenti figuræ fuerunt, & Pater ipsarum Christi; Certè multa sunt in Samsone, qui Christi typus fuit, etiam quatenus typus fuit, quæ extra illam typicam rationem probari non possent. Taceo quod Patres aliquod figuratum fuisse mysterium volunt, in fornicatione Iudæ cum Thamar.* Confer ibidem Augustinum è lib. 22. contra Faust. cap. 83. ita ex oppositio non sequitur; Esau fuit typus reproborum, Ergò & ipse

ipse reprobus, *Nam & duo gemelli*, ita noster. D. Aeg. Hunnius p. 309. *Patriarchæ Iudæ, nempe Phares & Zare, duos populus, gentilem & Iudaicum adumbrarunt. Zare quidem Iudæos: qui videbantur primogeniti & præcipui in Ecclesia; sed retraxerunt manum, & defecerunt à Christo. Phares videtur ultimus, sed primus egreditur, quo gentiles adumbrati sunt, qui cum ultimi essent, fiunt primi, sicut & parabola docet.* Nec tamen hinc colligitur, quod Zare propterea fuerit reprobatus coram Deo, etiamsi sub ratione figuræ ac typi illam Judæorum defectionem per rem certam, sed externam, adumbrarit. Quemadmodum & Ismaël ejectus è domo Abrahæ, typicè denotabat spiritualem ex domo Dei ejectionem eorum, qui ex obedientia legis justitiam quærunt, Gal. 4. Nec tamen hinc evincitur, Ismaëlem ob hanc externam ejectionem non fuisse salvatum.

Porrò & thetica electio vel reprobatio in hoc præsenti loco quæsita repugnat 1. *Sympathiæ Paulinæ*, ad sui anathematizationem usq; propensæ. Ea reprobatio intelligitur cujus vicariatum subire Apostolus voluisset; At noluisset subire vicariatum reprobationes æternæ; Ergo reprobatio ista hic non intelligitur.

2. *Synaphiæ contextus:* Ea intelligitur reprobatio, unde ad gratiam patet reditus; Reprobatio orcifera non est ejusmodi ut inde pateat reditus ad gratiam. Ergo. Regerit Pareus in

dub. 4.

dub. 4. p. 213. 1. *Quod Apostolus docet, non omnes esse filios promissionis: idque juxta electionis propositum. Promissio autem fuit de fœdere & gratia vitæ æternæ. II. Quod Deus dicitur figulus faciens aliud vas ad honorem, aliud ad dedecus; præparans vasa misericordiæ ad gloriam: coagmentans vasa iræ ad interitum. III. Quod oracula Oseæ & Iesaiæ allegata versicul. 25. & v. De gentium vocatione ad gratiam salutis, Iudæorum vero reiectione à salute aperte loquuntur.*

Resp. ad 1. Argumentum est à genere ad speciem affirmativè, hoc est Sophisticum; non enim sequitur: Apostolus agit de proposito electionis, Ergo de proposito electionis ad vitam æternam.

Ad 2. Est illud ejusdem precii: non sequitur; Apostolus agit de vase ad gloriam, Ergo ad gloriam æviternam, incommutabilem, prædestinatam.

Ad 3. Petitur principium. dicta Prophetica directè agunt de vocatione ad gratiam salutis temporalem, ad æternam non nisi consequenter & conditionatè, si gratia illa non decoquatur, si jugiter conservetur.

## ELENCHUS ANACRITICUS
### Sensus Analogici.

§. 115. Hic sensus ex diffidentia prioris natus totam hanc mõtis à Titanibus extructi fœtum resolvit in ridiculum murem. Si vacillat hypothesis

thesis de Esavo absolutè reprobato (non enim audet Oecolampadius in Malach. 1. apud Laurent. l. cit. pag. 249 *ipsum Esau propter hoc dictum dicere reprobatum. Itemq; Mollerus in eundem locum: Ex Geneſi verisimiles conjecturæ sumi possunt, Esavum non ita reiectū esse à Deo, ut sit damnatus. & Propendere quoq; in hanc partem mitiorem omninò videtur Ioannes Prideaux Anglus, Oxonienſis Collegij Rector, & S. Theologiæ Professor Regius, in suis decem lectionibus, lect. 8. addens ipse, etiam Canaan fuisse typum cœlestis patriæ, non inde tamen concludendum, omnes illos è cœlo fuisse exclusos, quibus Deus in istam typicam requiem negavit introitum*) Ruat necesse est tota machina prædestinationis è parhermenia c. IX. ad Rom. cõposita. Quantum verò analogismo typi & antitypi tribuendum in theologicis controversiis, malo à Riveto ut discant qui secùs sentiunt. Is cum analogismum cœli naturalis cum cœlo gratiæ & Evangelismo Apostolico in Ps. 19. examinat, hanc addit ἐπίκρισιν p. 93. Cum ex allegoriis non ducantur argumentationes necessariæ, sed tantùm probabiles ac verisimiliter suadentes, ut habet Augustinus in Epist. ad Vincentium, *non est existimandum, Paulum, qui hoc loco contra Iudæos disputat, allegoriis ludere voluisse*; Certè licentia illa allegoriis in scriptura ludendi periculosa est & pernicioſa. Scitè de Origene Hieronymus Præfat. 20. vision. Esai. ad Amabilem Episcõpum dum, inquit, liberis allego-

allegoriæ ſpatiis evagatur, ingenium ſuum facit Eccleſiæ ſacramenta: Longenè igitur abeſt Spiritus adverſus à cenſu eorum, qui juxta Hieronym. in Eſa. 53. ordine Hiſtoriæ ignorato ſpiritualem ſectantes interpretationem lymphatico in ſcripturis vagantur errore? Id quod de hoc quidem analogiſmo tanto affirmatur juſtius, quanto eſt & inſidioſior & intolerabilior: Etenim ſub reſpectu operum etiam fidei reſpectum excludit: absque hac excluſione eſſet, poſſemus in hoc quidem puncto eſſe ὁμοφρονοι, & ſic tota ex cap. IX. ad Rom. machina fruſtranea eſſet.

# PHANTASMA II.

*Lucus Spiritus Calviniani.*

(A) LUCUS Spiritus Calviniani (B) est cœtus è solis absolutè prædestinatis & fataliter vocatis conflatus: (C) specie, vera Dei Ecclesia, una, sancta, Catholica; reapse, (D) vanâ persuasione delusa, (E) σημείων characterum ecclesiæ veræ destituta, hæretica: (F) nec una quia divisa in se, indivisa ab alio cœtu: nec sancta, nec catholica.

Detectio Phantasmatis.

§. 1. (A) *Lucus Spiritus Calviniani.* Absolutum Decretum est, ut habuimus paulo ante, palladium ac idolum, cui poliendo omnes technas, machinas, figuras admovet Spiritus sinister, cui sacra fiunt, cui anathemata, cui tota phantasmatum equentium congeries servit. Cœtum autem vocari vult Polan. tom. 2. syntagm. l. 7. c. 4. pag. 1356.

(B) *Cœtus Calvinianus è solis absolutè prædesti-*

*natis & fataliter vocatis conflatus*, was glaubstu (ita Catech. palat. q. 54) von der Heyligen allgemeinen Christlichen Kirchen? Antwort. Daß der Sohn Gottes auß dem gantzen menschlichen Geschlecht/ jhm eine außerwöhlte Gemein zum ewigen leben durch seinen Geist/ vnd Wort/ in einigkeit deß wahren Glaubens/ von anbegin der Welt biß ans Ende versamle/ schütze vnd erhalte: vnd daß ich derselben ein lebendiges Glied bin/ vnd Ewig bleiben werde.

Außerwöhlte) Diß Wörtlein zeiget den vnterscheid der eußerlichen sichtbarlichen Kirchen/ in welcher fromme vnd böse vntereinander vermischt seyn/ vnd zwischen der vnsichtbaren Kirchen Christi/ zu welcher eygentlich vnd allein die Außerwöhlte/ rechtglaubige / vnd Gottseelige Menschen gehören. & ibid. in marg. Die allgemeine Christliche Kirch ist eine auß dem gantzen menschlichen Geschlecht zum ewigen leben außerwöhlte vnd in wahrem glaubē vereinigte Gemein. Juxta Polan. in Symphon. Cathol. c. 18. p. 436. *Ecclesia Dei absolutè Catholica dicta quam in Symbolo Apostolico profitemur, est cœtus beatorum Angelorum & hominum ad vitam Electorum æternam, qui vocationis cœlestis participes facti sunt & justificati atque glorificati.* & cap. 4. pag. 3356. *Quum omnibus temporibus extra Ecclesiam multi electi ad vitam æternam fuerint & sint, velut olim Athenis Dionysius Areopagita, Damaris, aliiq; Athenienses ante prædicationem Evangelij de Iesu Christo auditam: ideo cætera adjecta sunt, ex quibus in-*

*bus intelliguntur eos electos Ecclesiæ nomine indigitari, qui secundum propositum æternæ electionis, verbo Dei manente in æternum ex humano genere inde ab initio mundi vocati sunt adhuc vocantur, & ad finem usque mundi vocabuntur in Christo Iesu ad vitam æternam.* & ibid. c. 5. pag. 3361. *Membra Ecclesiæ veræ Catholicæ quam in symbolo Apostolico confitemur, sunt soli electi ad vitam æternam, vocationis cœlestis participes. Et concedimus* pag. 3387. *Quoslibet baptizatos, si non sint prædestinati, non esse de Ecclesia nec de corpore Christi.* Confer Tom. 2. l. 7. pag. 3349. Bucan. loc. 41. p. 459. Walæ. pag. 862. *Asserimus* (ait Rivet. in Cathol. orthod. tract. 2. q. 2. p. 287.) *quod Ecclesia considerata ut multitudo Christo firmissima unione unitorum, ut os de ossibus ejus, & caro de carne eius, oviumque ab ipso cognitarum & ipsum cognoscentium: ipsi à Patre donatorum, quosque nemo ex ipsius manu rapiet; ut verum Dei templum, ex vivis lapidibus compositum; quod inquam ita considerata tantum sit electorum & prædestinatorum, quemadmodum eam nobis Paulus primogenitorum in cœlis scriptorum describit. Cum agimus de ecclesia secundum propriam rationem* (ait idē Rivet in Ps. 24. p. 218) *dicimus solos electos ad Ecclesiam pertinere. Etsi reprobi* (ita Spanhem. part. 3. dub. Evangel. dub. 40. p. 148.) *ad Ecclesiam particularem pertinere possint certo respectu, ad universalem tamen haudquaquam pertinere possunt. Sic pertinere possunt ad Ecclesiam vocatorum, non ad ecclesiam electorum, ad Ecclesiam professentium non ad ecclesiam habentium fidem, ad ecclesiam consideratam*

*ratione formæ externæ & visibilis, non item ad ecclesiam considerata ratione formæ internæ & invisibilis. Tales etiam sunt in Ecclesia, non sunt de ecclesia, reperiuntur in Ecclesia, non pertinent ad Ecclesiam, vel ad eam pertinent sive φαινομένως, duntaxat respectu alienæ, sive δοξαστῶς respectu propriæ opinationis. Sunt etiam in Ecclesia sæpe quoad aggregationem externam tantum, non item quoad insitionem internam: conjunctio illorum etiam cum ecclesia localis est, externa est, non spiritualis, & interna. Accenseri etiam sæpe solent Ecclesiæ non secundum rei veritatem, sed secundum canonem charitatis, judicio alieno, non sensu proprio, quamdiu latent & schema suum tuentur. Annumerandi sunt* (juxta Bucan. loc. 41. pag. 456.) *electorum, interdum etiam hypocritarum liberi, etsi per ætatem vocationis, aut Sacramentorum non sunt capaces. Hinc sequitur multos flagitiosè impios esse membra Ecclesiæ, si electi; multos sanctos ad tempus, non esse membra Ecclesiæ, si reprobati.* vid. fundament. deduct. Darmbstatt. cap. 5. pag. 322.

§ 2. (C) Prætextu ac specie vera DEI Ecclesia. *Vna* fidei consanguinitate. Im Synodo zu Dordrecht (ita Masson. part. 1. c. 7. pag. 209.) seynd viel Theologi auß vnterschiedlichen Königreichen vnd Landschafften beysammen gewesen/vnd haben alles mit reinem Gewissen auß der Schrifft erörtert. Contra ist daß Concordibuch von sechs Lutherischen Theologis (die doch sich selbs vntereinander gezweyet) gestifftet worden. Derivatione, à prima illa *Helvetica, à qua* (judice Tri-

Triglando in dissert. de civil. & eccles. potest. append. ad c. 3. & 4. p. 85.) *aliæ omnes ecclesiæ quæ specialiter reformatæ dicuntur, velut rivuli è fonte derivatæ sunt.*

*Sancta puritate fidei* & morum, quam jactant Reformationis titulo, præ se ferunt in adiaphororum hypocrisi, verbis profitentur, martyrologiis proclamant. lege Parei declamationem in Iren. c. 14. pag. 75. Bergii jactationem tract. daß die Wort noch fest. part. 2. cap. 20. p. 232. ajunt se *puriorem quandam & defecatiorem doctrinam in Ecclesiam invexisse, & pietatem ab errore vindicasse singularem in modum*, ita Amyrald. defens. Calvin. cap. 10. p. 131.

*Indeficibilitate*, quæ ex indole civium absolutè prædestinatorum necessario sequitur. Si singuli indeficibiles, tota ecclesia fuerit indeficibilis. *Is est* (auctore Bucano loc. 41 pag. 477.) *fructus articuli de Ecclesia, ut certo persuasi nos eius esse cives, de salute nostra in Christo fundata nihil dubitemus, à quo non magis avelli possumus, quam membra eius discerpi ac dilaniari possunt.*

*Catholica.* Id enim agit in sua Symphonia catholica Polanus, certus (ut habet ejus alazonia in epist. dedic. p. 8.) *quod doctrina sua consentiat cum scripturis divinitus inspiratis, cum doctrina Apostolica, ac proinde Ecclesiæ nostræ in eadem fide cum Apostolis Iesu Christi conspirantis sint verè Apostolicæ & Catholicæ pro consanguinitate doctrinæ, ut verba Tertulliani ex capite trigesimo secundo libri de præscriptionibus*

*nibus adversus hæreticos usurpem: tamen ut planum fieret, à Papistis cum injuria nos accusari: è Patrum veterum scriptis alijsque monumentis antiquitatis consensum nostrum cum veteri verè Catholica & Orthodoxa Ecclesia in doctrina fidei & bonorum operum monstrare operæ pretium visum fuit:* Chamier sanè in sua panstratia suos passim Catholicismi nomine nobilitat ac proscribit.

*Possessione spiritus spirituum sequestri,* intimatoris testis interni, infallibilitate absoluta ac divina infallibilis. Nam ut Papæ non contenti sunt Spiritus Sancti per verbum suum scriptum ad nos facto affatu: sed ei succenturiant aliquem spiritum (opinione, jactatione, specie publicũ, sed quia in uno pectore Papæ residet) primatem, spirituum sequestrum, interpretem, judicem, intimatorem canonis prorsus (divina infallibilitate) infallibilem: Ita nec Reformatis, hic quoque syncretizantibus, satisfacit Spiritus Sanctus in verbi cathedra sonorus, sed jactant spiritum internum electis proprium, electionis absolutæ regulam, ut habuimus in priori Phantasmate, canonis intimatorem. Calvinus obscurius nonnihil mentem suam aperuit. l. 1. institut. cap. 7. §. 5. *Maneat ajens hoc fixum, quos Spiritus Sanctus intus docuit solidè acquiescere in scriptura, & hanc quidem esse αὐτόπιστον, neque demonstrationi & rationibus subjici eam fas esse: quam tamen meretur apud nos certitudinem, spiritus testimonio consequi.* Clarius Calvini sententiam exposuit

fuit Wittackerus, *Quemadmodum* (scribit ille disp. de Script. S. q. 3. c. 3. *In sole summa lux appareret, sic in verbo DEI splendor divinitatis maximus effulget. Nam ne Solis quidem lucem cæci aspiciunt, nec scripturarum splendorem, quorum mentes non sunt divinitus illuminatæ: sed qui oculos fidei habent, illi possunt hanc lucem intueri.* & mox. pag. 70. *Qui enim Spiritum Sanctum habent & sunt* Θεοδίδακτοι, *ii possunt DEI vocem agnoscere, ut quis amicum, qui cum familiarissimè & diutissimè vixerit, ex voce solet agnoscere.*

*Sequestrum* denique & Judicem spirituum lucis ac tenebrarum. *Cum sciamus* (inquit Calvinus in harmon. Evang. p. 102.) *Dominum nolle nos frustrari per quosvis Sathanæ incursus, intrepidè pergamus Spiritum discretionis ab eo petentes, per quem ut cordibus nostris fidem suæ veritatis obsignat, ita Sathanæ fallacias & impostoras detegat ne ludamur.* & mox ibid. pag. 103. *Si quis objiciat paucis datum esse tantum acumen ut bonos fructus à malis discernant: Respondeo, sicuti jam dixi, nunquam discretionis spiritu, ubi opus est, destitui fideles qui modo sibi diffisi & proprio sensu valere jusso, totos se illi regendos tradunt.*

## Elenchus.

§ 3. (D) Vanâ Persuasione delusa ex hypothesi de Ecclesia eclectica, quod ecclesia Christi solis electis efficaciter vocatis constet. nam & παράσημοι verè fideles sunt, nec tamen electi: habent illi fidem veram; licet non καλ' ἐπιμονὴν

quo

quo sensu Christus dixit Joh. VIII. 31. Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. & August. de correp. IX. *Tunc verè sunt quod appellantur, si manserunt in eo, propter quod sic appellantur.* à fine ἅπαντα περιαιρεῖν δίκαιον, ait Philosophus II. de an. c. 4. habent tamen quoad οὐσίαν, ἐξουσίαν καὶ ἐπίτασιν. Quis enim aliud cogitet de auditoribus cum gaudio sermonem suscipientibus? Luc. 8. 13. In parabola de quadruplice semine producuntur I. *auditores*, qui se habent ut via publica, omnibus cogitationibus, affectibus, opinionibus patens & occupata, quaslibet discurrentes admittit, ut via trita & rudis plena erroribus, vitiis consuetis. Hi audiunt verbum sine corde, attentione, devotione, Sathanas eorum corda aliò distorquet. Hic semen perit, nec aliter emittitur, quam si in adversum parietem sparsisset. Sathan emittit suas aves, h. e. pravas cogitationes, suggestiones, Sophismata, colloquia impiorum, illusorum, quid sibi vult iste spermologus. Act. 17. in his verbi etiam memoria perit, quam aufert Sathan. II. *Similes solo petroso*, qui verbum quidem accipiunt, Evangelium laudant, dum nihil affectibus illorum gravius prædicatur, sed obiter tantum & ostentationis gratia. Sed sicut semen inter medios lapides enatũ profundiore radice destitutũ solis æstu aduritur, & in ipsa herba extinguitur, non æstus solaris vitio, qui prodest semini ad maturitatem, sed radicis

defectu

defectu hi sunt παράκμαιοι. III. *Similes* Spinoso. spinæ sunt cupiditates seculi, Christo interprete. hi quia cõcrescunt vitia semini, ideo quę in pueritia didicerunt, id omne oblivisCuntur: voluptate prævalente semen suffocatur. IV. *Similes* solo bono, qui non solum sunt ἔχοντες, sed & κατέχοντες.

Quomodo aliàs è nobis dicerentur exiisse apostatæ, si nostri non fuissent? privatio certè supponit habitum. sicut contra flagitiosi, electi licet, eo tempore, quo flagitiis operantur non sunt membra Ecclesiæ, carent communione sanctorum 1. Joh. 1. 6, 7.

Delusæ inquam persuasione ex fonte errorum, absoluto decreto. Ita enim ipse Calvinus l. 4. instit. cap. 1. n. 2. pag. 359. f. 2. *arcana electio DEI & interior vocatio spectanda est: quia solus novit qui sui sint, & sub signaculo* (ut loquitur Paulus) *inclusos tenet: nisi quod insignia eius gestant, quibus dignoscantur à reprobis. Sed quia exiguus numerus & contemptibilis latet sub ingenti turba, & grana tritici pauca teguntur paleæ congerie, soli DEO permittenda est cognitio suæ Ecclesiæ, cuius fundamentum est arcana illius electio. Posito tali decreto,* scribit Spanhem. part. 3. dub. Evang. dub. 40. pag. 148. *negari debet reprobos ad Ecclesiam pertinere posse.* At si non omnes electi sed tantum vocati sunt Ecclesia, juxta Polan. tom. 2. Syntag l 7. c. 2. quidni etiam reprobi, si vocati ad tempus pareant, viva Ecclesiæ membra esse possint? Angeli præte-

rea ad militantis Ecclesiæ communionem non pertinent, nec externâ societate, nec fidei justificæ vinculo hominibus colligati, vide tom. 7. Giss. disp. 13. thes. 180. & seqq.

## Vindiciæ Elenchi.

§ 4. Pro sua thesi adducit Polan. l. cit. c. 4. p. 3356. Scripturæ S. testimonia Hebr. 12. 23. Apoc. 21. 27. & pag. 3394. ex cant. ita colligit. *Si Ecclesia Catholica clausa & obsignata est illis qui alieni sunt à Christo Ecclesiæ sponso: tum profecto membra illius sunt soli electi in Christo ad vitam æternam. Verum est antecedens teste ipso Christo in loco ex Canticis allegato. Verum igitur & consequens* & pag. 3406. *Arca Noë figura fuit Ecclesiæ, ut Augustinus docet libro quinto de baptismo, capite ult. At in arca non fuerunt nisi qui salvandi erant ex aquis; ergo in Ecclesia non sunt nisi prædestinati.* Rursus pag. 3409. Ex Ephes. 5. 23. sic argumentatur. *Quicunque pertinent ad corpus illud, cuius caput est Christus, illi sunt membra Ecclesiæ Catholicæ. at soli prædestinati ad salutem, pertinent ad corpus illud cuius caput est Christus: Ergo soli prædestinati ad salutem, sunt membra Ecclesiæ Catholicæ. Major per se patet: minor ex dicto Pauli manifesta est.* Itemque ex Joh. 10. ibid. pag. 3414. *Quicunque in unicum illud ovile Christi per Christum intrant, illi sunt membra Ecclesiæ illius Catholicæ: At solum oves, id est, prædestinati ad salutem æternam, in unicum illud ovile Christi per Christum intrant: Ergo solum oves, id est, prædestinati ad salutem æternam, sunt membra*

*membra Ecclesiæ illius Catholicæ.* Hæc ille inaniter & Sophisticè. Sunt enim Paralogismi meri qui sequuntur, 1. Ecclesia est cœtus primogenitorum scriptorum in cœlis, Ergo quorum nomina non sunt conscripta in cœlis, non sunt Cives Ecclesiæ. Perinde ac si colligas, Exercitus est cœtus heroum συμολεόντων militum fortissimorum, Ergo gregarii milites non pertinent ad exercitum. Negat aliàs noster D. Hülsemann. in Manual. August. Confess. disp. 18. p. 926. *per primogenitos, conscriptos cœlo, intelligi triumphantem Ecclesiam, quia hac phrasi scriptura solet electos in carne versantes notare, uti præter Veteres Theodoretum, Theophylactum, Oecumenium hîc, observavit in Commentario Estius, refutans eos, qui per conscriptos in cœlis, Beatos intelligi jubeant, quia de beatis mox peculiare membrum in eodem textu, sequitur: Et spiritus justorum perfectorum.* Item in Hierusalem (sc. triumphantis Ecclesiæ) non intrabit inquinatus &c. Ergo in Solymis Ecclesiæ militantis non est aliquando inquinatus apostatiæ labe. Rursus omnis alienus à Christo est exclusus ab Ecclesia militante. Omnis reprobus est alienus à Christo &c. at etiam quidam electus est alienus à Christo, e. g Saulus persecutor. Distinguendus igitur sensus compositus à diviso. omnis alienus à Christo qua talis & quamdiu talis manet est exclusus ab ecclesia militante. Jam assume. At omnis reprobus est alienus à Christo? Unde id probabis?

babis? damus instantiam de apostatis qui dum adhuc verè credunt, non sunt alieni à Christo. Iterum Arca Noë est (χεπικῶς) Ecclesia Christi, soli electi sunt Arca Noë: Item qui pertinent ad Corpus Christi sunt membra Ecclesiæ. soli prædestinati &c. Item qui in ovile Christi intrant sunt membra Ecclesiæ &c. solę oves id est prædestinati &c. pudeat tam pueriliter nugari argumentis ex minore (virtualiter) negante in prima figura. Sic enim colligas, Basilea est civitas confœderata, soli Incolæ Basileenses sunt Basilea. Ergo soli Incolæ Basileenses sunt confœderati; at quomodo soli & tamen confœderati? Num Bernates excluſi à fœdere Helvetico? Item qui pertinent ad corpus reipubl. Basileensis sunt homines. soli Quirites Basileenses pertinent ad illud corpus E. illi soli sunt homines. Qui ergo Tigurini? Item quæ animalia ovile intrant sunt bruta, Solæ oves in ovile intrant. E. solæ oves sunt brutæ. Num igitur vaccæ rationales in Helvetiâ mugiunt.

## ELENCHUS.

§ 5. Alazoniæ de Ecclesiæ 1. *veritate*. De cœtu toto hic agitur, non toto cœtus. latere enim & hîc sub visibili cœtu erroribus deluso, invisibilem, Deò vere devotam Ecclesiam nulli negamus. Dann da sind (lubens repeto sententiam Theologorum Darmbstatt. in der vorred der gründlichen Außführung. pag. 16.) viel heim-

heimliche auch wol bißweilen offentliche Lutheraner. Da seynd die getauffte zarte Kinder/ die in dem/ durch Gottes Geist in jhrem Hertzen angezündetem kindlichem Vertrawen zu Göttlicher Barmhertzigkeit in Christo/ offt in jhrer Kindheit dahin sterben/ vnd alle seelig werden. Da sind auch viel erwachsene Christen/ die entweder von dem abgrund der Zwinglischen vnd Calvinischen gefährlichen Irthumben nichts wissen/ sondern in einfalt deß wahren Christlichen glaubens einher gehen/ oder da sie denselben wissen vnd verstehen/ jhn doch/ auß vnd nach Gottes-Wort/ improbiren/ oder da sie je ein Zeitlang jhn approbirt hätten/ durch Göttliche Erleüchtung folgents oder je endlich davon bußfertiglich abstehen/ vnd in wahrem vnd reinem Glauben an Christum sanfft vnd seeliglich von dieser Welt abscheiden. Hæc illi. quanquam Massonius Danæo subscribit tom. 1. c. 7. pag. 212. Es sey vnter den Reformirten nicht ein einiger/ der der Lutheraner Lehr billichet: ist wahr: nemblich in dem die Lehr von der Vbiquität deß Leibes Christi vnd desselben mündlicher Nießung verstanden ist. Idem Massonius ad auditores rapit quod in Doctores dictum ibidem 212. Was den Lehreren zugemessen wird/ daß gehet mehrentheils auch die Zuhörer an: als welche von jhren Lehreren vnterrichtet werden. & mox pag. 213. Wir reden allhier nicht von denen/ die nach eüsserlicher Societät vnd Gemeinschafft/ vnter vnd bey den Reformirten

mirten Kirchen wohnen: Sondern von denen die mit Warheit obgedachten Lehren vnd dergleichen beypflichten. dieſes ſeynd gantze Kirchen.

§ 6. (E) Cœtum totum à ſpiritu erratico agitatum veram Chriſti Eccleſiam non eſſe, patet 1. *ex defectu σημασίας* ſive notationis genitivæ ac geminæ, partim à priori, ex defectu profeſſionis fidei fundamentalis mendaciis corruptæ. *Simulac enim* (verba ſunt Calvini l. 4. inſtitut. c. 2. n. 1. p 369. f. 2.) *in arcem religionis mendacium irrupit, ſumma neceſſaria doctrinæ inverſa eſt, ſacramentorum uſus corruit: certe eccleſiæ interitus conſequitur. perinde atque de vita hominis actum eſt, jugulo tranſfixo, vel præcordiis lethaliter ſauciatis. Atq; id ex Pauli verbis liquido evincitur, quum docet Eccleſiam fundatam eſſe ſuper doctrinam Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo Chriſto ſummo angulari lapide. Si Eccleſiæ fundamentum eſt Prophetarum & Apoſtolorum doctrina, qua ſalutem ſuam in uno Chriſto reponere fideles jubentur, illam doctrinam tolle, quomodo amplius ædificium conſtabit? corruat ergo Eccleſia neceſſe eſt ubi intercidit illa religionis ſumma quæ ſola ſuſtinere eam poteſt. Deinde ſi vera Eccleſia columna eſt ac firmamentum veritatis, certum eſt non eſſe Eccleſiam ubi regnum occupavit mendacium & falſitas. Eccleſiæ puræ orthodoxæ* (ita Polan. l. 7. Syntag. c. 8. p. 3435.) *ſunt duæ notæ eſſentiales: doctrina divina ſana ac incorrupta, qualis in ſcripturis verè Canonicis, juxta mentem Spiritus Sancti intellectis, comprehenſa eſt; & diſciplina divina, tum in Sacramentorum legitima adminiſtratione, tum*

*ne, tum in mandatorum divinorum quoad sincerum cultum Religiosum solius Dei, & quoad vitæ sanctimoniam obedientia.* Confer Bucan. loc. 41. p. 467.

Jam mendaciis in illo luco veritatem cœlestem obscurari, sacramentorum virtutem infringi, salutem non in uno (sed geminato) Christo poni, ejus victimam ad paucos nimis restringi, gratiæ copiam in arctum redigi, carnem Christi ea virtute spoliari, quæ fiduciæ nostræ basis est, in sequentibus λόγοις λευκοῖς demonstrabitur. Quomodo hic protrahendus ille Spiritus è suis cubilium latibulis, aliquo Specimine monstrat D. Schlüsselburg. de Sacramentar. pag. 36.

§ 7. Deinde à posteriori ex defectu generosorũ, fructũ, fructus sc. sanctifici, solatiflui, salvifici, hoc est, eâ indole prædíti, ut salus per domestica ejusdem principia non sequatur: vide hodosoph. phæn. 2. p. 83. *Symbola* (inquit Calvinus l. 4. instit. c. 1. n. 10. pag. 363.) *Ecclesiæ dignoscendæ, verbi prædicationem sacramentorumque observationem posuimus. Nam hæc nusquam esse possunt quin fructificent, & DEI benedictione prosperentur.* De solido conscientiarum tranquillandarum solatio, scribit Spanhem. de grat. universal. pag. 1515. *qui Orthodoxa potest esse doctrina, quæ non hoc κειτήειον, & hanc naturam habet? qui etiam illi Orthodoxi, & sinceri Evangelij præcones, qui solidam conscientijs tranquillandis & erigendis consolationem annuntiare nequeunt?* Jam Antinomiarum catego-

ria (in papæos etiam districta, ut constaret Doctores papæos esse nubes sine aqua, à Sibelio l. mox citando p. 210.) paulo inferius producenda prodit spiritum idololatram, blasphemum, seditiosum, tyrannicum, hyprocritam. Dogma absoluti decreti, quid est nisi absoluta securitatis janua, & absoluta desperationis machina? Sane quos Deus non vult salvos, eos non vult esse sanctos in hoc enim illuxit salutifera gratia ut essemus sancti. Tit. 2. 11. at Deus voluntate beneplaciti non vult omnes salvos, Ergò non vult omnes sanctos. Securitatem inquam amittendi Spiritus S. etiam in gravissimo scelere. Hoc non est fenestram aperire sceleribus,

*Sed totam scelerare domum: tum lege soluta,*
*Crimina vastatis grassari impunia campis.*

Vide Bertium de apostasia sanctorum, & pro apostasia hyperaspisten. Ministerium verbi & sacramentorum inter Zvvinglianos quid est nisi nubes sine aqua? De hac figura ista notat Sibel. tom. 4. conc. 37. in ep. Judæ p. 209. *Sicut quædam nubes sunt evanidæ, sicciores atque infœcundæ, quæ tametsi pluviis ventis incitentur, imbres non effundunt, sed in aëris naturam faciessunt & resolvuntur. & pag. 210. Eodem modo volant & feruntur sublimes in Ecclesia falsi illi Doctores, similes nubibus istiusmodi; spem faciunt alicuius cœlestis pluviæ, sed solo vento & arrogantia turgent. Tales sunt. I. Doctores Pontificij, qui neglecta consolatione Evangelica, & obstructo fonte*

*gratiæ*

*gratiæ DEI, novos quosdam condonationis modos confinxerunt: adeo ut id tantum apud eos inveniant sitientes, quod apud nubem aqua carentem, nimirum ventum vanum. Tantum enim abest, ut aquas salutis à se emittant, ut potius fontem vivæ consolationis & bonorum operum obstruant, & pro pluvia vanum ventum vendant. Fons omnis consolationis est amor DEI intimus erga homines peccatores. Hunc claudunt, dum tollunt fiduciam de Dei erga nos misericordia, & eius loco suam dubitationem statuunt. Fons vitæ est Christus eiusque meritum; ex quo salutares remissionis peccatorum aquæ fluunt, & spirituali precum modiolo aquæ consolationis hauriuntur. Hunc obstruunt Pontificij. & pag. 211. Ejusmodi ventosis & sterilibus nubibus non ita pridem obductum fuit totum fere Belgium. Hæc ille.* Cujus retenta majore propositione, nihil proclivius est, quam Calvinianum Spiritum in minoris recipionem assumere. Quis enim spem facit pluviæ quam non præstat? quis nam fontes gratiæ divinæ & meriti Christi obstruit, si id non competit illi spiritui? Fides facta est in superiori phantasmate, non deerit probatio in sequentibus. patebit si vel suadæ medullam exsugas vitrea fore solatia, quæcunque adhibebis tentatæ conscientiæ. Quid è fato sperare possis Stoico-Calviniano ostendit Grynæus tom. 1. disp. Theolog. p. m. 458. Fatum, inquit, etsi rectè à Stoicis dictum est, factum esse causam æternâ rerum, cur & ea quæ præterierunt, facta sint: & quæ instant, fiant: & quæ sequun-

tur, futura sint, ut docuit Cicero de Divin. libr. 1. 106. Feras, dicunt Stoici, non culpes quod vitari non potest. adstipulatur in Phœnissis Euripides: Δεῖ γὰρ ἐν θεῶν ἀνάγκης δυνατὸν ὄντα φέρειν. Sed quid profuerit homini alieno à fide Christi (substituas licet hominem reprobationis ἀπεία vexatum,) istud persuasum habere, consilio irati Dei, se infelicem & miserũ esse? immò vero quo minus noxam aliquam aut culpam agnoscat, tanto magis irascetur numini, tanquam tyranno in se præter meritum sævienti. Fatum stoicum ἀπάθειαν stoicam pro solatio habet, de quo idem Grynæus loc. cit. pag. 471. *Arsinoem reginam in luctu maximo versantem, hac fabella consolatus est quidam Philosophus: quum ad rerum partitionem inter Dæmones, à Iove institutam, serius venisset luctus: assignatus illi est honos qui impendi consuevit vita functis, lacrymæ videlicet & mœror. Vt autem cæteri dæmones suos cultores amant, sic luctus quoq; nunquam non ijs adest, qui lacrymis & gemitibus eum venerantur. Itaque, Regina, si pergas lamentationibus & mœrore luctum colere, nunquam non lugendi causam subministrabit. Ergo sententia istius Philosophi, & mors & luctus, ullo habendi erunt loco: scilicet ut ne nobis consolatio desit* ἀνελεήμονες καὶ ἀπαθεῖς *erimus.* Remonstrantes hic non absurde sentiunt, Digni qui audiantur in actis p. 262. Initio præstruendum nobis est, ajũ non istud nos velle, quod nemo huic sententiæ adductus pie vixerit unquam, aut vivere possit?

Nam

Nam videmus sæpè fieri, ut homines etiam pessimis opinionibus imbuti, laudabilem tamen & irreprehensibilem vitam agant. Multi olim inter hæreticos adeoque Gentiles honestè, sobriè, & frugaliter vixerunt: nec ullum hominum genus reperietur, quod non habeat, humanitus loquēdo, bonos & malos, ne Judęis quidem, aut Mahumetanis exceptis. Non ergo respiciendum simpliciter est, quid ab his vel illis fiat, sed quid doctrinæ ipsius genius ferat, quæ sit intrinseca ejus vis? Sunt, qui omnia fermè doctrinæ capita pro mysteriis habent, quæ seorsim relinquenda sint, ut in sola speculatione consistant: ad praxin vero nunquam ea deducunt; ut ad vitam instituendam fermè illis perinde sit, quid credant, vel non credant. At alii rem penitius introspiciunt, quid ex quo sequatur, & sua natura fluat considerant. & mox pag. 263. Si enim jam omnia ex merâ & insuperabili necessitate fiunt: si voluntas Dei antecedens efficax, occulta omnium est quæ in mundo fiunt & eveniunt necessitas; quid attinet hominem sollicitum esse de obedientia Deo præstanda. Scit se omnia necessariò facturum, nec quicquam amplius, nec minus etiam posse quam Deus ab æterno immutabiliter decrevit, & in ipso irresistibiliter operaturus sit. At, inquiunt, ignotum nobis est, quantum Deus velit nos progredi, ideoq; solliciti esse debemus, ut mandatis ipsius obsequamur.

quamur. Pueris illa dici possunt, & qui vim rationum istarum non intelligunt: nam cum generaliter, & universe hoc semel sciam, fore, ut quicquid faciam, deliberem, cogitem, suscipiam, illud totum Deus in me operetur, voluntatem meam ab illo inclinari, ac irresistibiliter determinari, nonne hoc ad singula & omnia tam præterita, quam futura & præsentia applicare possum, imo debeo? Et dicere sive hoc vel illud fecerim, sive faciam, sive facturus sim, Deus ab æterno id decrevit, in tempore ad illud me movet, utut hoc momento in me sit talis voluntas, voluntatem meam adhoc determinavit. *Quid igitur vel præterita facta mea deplorabo, vel in futurum sollicitus sim? Sit Deus sollicitus ut decreta sua impleat, ego semel simpliciter scio Deum absolutè nolle ut plus boni faciam, quam fecerim, adhuc facturus sum, nec ut plus mali omittam quam vel omiserim, vel adhuc omissurus sim. Quid me macerabo? an spe rem me æterna Dei decreta ulla ex parte mutaturum? aut omnipotentem ipsius in me actionem & motum funeraturum? Ex huiusmodi cogitationibus, quas hæc doctrina immediatè ex sese gignit, & quæ nemini non obviæ sunt, novimus aliquando nonnullas pias alioqui animas in gravissimos melancholiæ affectus incidisse, ex quibus non nisi per tristem mortem liberari potuerunt, alios verò plurimos in securitatem carnalem, omnis pietatis & timoris divini horrendam pestem, alios, sed pauciores, in desperationem incidisse. Et profecto si ita res habet, omnis prorsus sollicitudo nostra vanissima est, ut*

est, ut per se patet. Pœnitentia vero & lachrymæ de præteritis peccatis etiam non minus vanæ, inutiles & iniquæ erunt. Et præterita peccata flere, in seipsum indignationem, timorem, vehemens desiderium, Zelum, vindicationem convertere, ut loquitur Apostolus, quomodo quæso is studebit qui persuasus est, non magis potuisse se quæ fecerit vitare, quam cœli cursum sistere, vel staturæ suæ cubitum addere? Sed præcipuè distinctionem habent, quam semper in ore volvunt & ad nauseam usq; repetunt, nimirum verum quidem esse, homines non posse aliud agere, quam agunt respectu decreti, & gubernationis divinæ, at posse tamen respectu naturalis libertatis, quam gubernatio Dei nequaquam tollat. At primum quomodo quæso non tollitur libertas naturalis, si ea libertas à Deo determinatur ad unum, & ita undique eius omnipotente gubernatione constringitur, ut aliud vel aliter velle revera non possit, quam id quod reipsa vult? perinde hoc est, ac si dicas puerulum anniculum, quem vir robustissimus undique complexus sit, & quo velit portet, nihilominus liberè quo velit currere posse, quia naturalis ambulandi facultas ipsi maneat; vel aviculam, quam quis undique manu firmiter teneat, posse libere dum ita tenetur avolare, quia scilicet alas, & volandi facultatem intrinsecam retineat: vel virum compedibus vinctum, & carceri inclusum, posse per campos discurrere, & quolibet ire, quia scil. intrinseca ambulandi facultas illi sublata non sit. Et mox pag. 266. dicimus præcipuas rationes, quibus scriptura utitur, ad homines potenter permovendos, ut impietatem & cupiditates carnis & mundi, ad quas omnes natura valde procli-

*proclives sunt, serio abnegent, carnem cum concupiscentiis crucifigant, bonam militiam militent, retinentes fidem & bonam conscientiam, pietatem omnibus huius mundi divitiis præferant, hoc doctrina enervari, & earum vim penitus infringi. Nam S. Scriptura non tantum docet hoc docere, Deo gratum esse &c. officium electorum hoc plane requirere; sed præcipuè urget eas rationes, quæ apud homines, dum hoc vivunt, omnium validissimæ sunt, quæ nimirum sumuntur ab utili, inutili, periculoso, facili &c. quæ quamdiu hoc terreno corpore circumdati sunt homines, maximam vim habent; cum isthæc opinio de absoluta prædestinatione tantum relinquat argumentum ab honesto & decoro, nimirum gratitudinis officium hoc ab Electis requirere, ut DEO grati sint, quod si neglexerint, electionem nihilominus firmam manere, utpote quæ inconditionata sit, & ita constituta, ut electis etiam peccata cooperentur ad salutem; contra reprobis omnia ad damnationem.* At contra, S. Scriptura etiam ad fideles, qui nullis afflictionibus à Charitate DEI separari possunt, verba dirigens, nihilominus illis dicit; Si secundum carnem vixeritis, moriemini; si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Ipsos electos Apostolos alloquens Dominus, Si hæc, inquit, sciveritis, beati eritis, si sciveritis: Vos estis sal Terræ. si sal infatuatum fuerit, ad nihil valet amplius, nisi ut projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et ubique eos ad vigilandum & ad pietatem seriò excolendam hortatur, idque non tantum ea ratione, quod

ita

ita doceat, quanquam & hanc sæpe inculcet, sed præcipuè urget à periculo, quod nobis undique instet, amittendi coronam, excidendi à spe nobis proposita, futurum denique ut assimilemur alioqui viro qui domum super arenã ædificavit; horrendum esse incidere in manus Dei viventis; beatos esse qui vigilaverint servos, & Dominum quocunque tempore expectaverint; ac hortatur nos, ne decipiamur, fore enim ut quod homo seminaverit, illud & metat. Quibus omnibus locum nullum relinquit hæc prædestinatio: statuit enim ex una parte, electos à salute non posse excidere, reprobos ad eam pervenire non posse; itaque nec illis (quod æternam eorum salutem attinet) peccata obesse; neq; his studium pietatis prodesse posse: jam ab æterno irrefragabiliter constitutum esse de unius cujusq; hominis æterno statu. Et mox pag. 268. Quid proderunt preces, si illæ reprobis cedunt in æternam damnationem, electis vero nihil impetrant, nisi quod Deus nullo ad eos respectu habito, absolutè & irresistibiliter illis dare jam ab æterno decrevit? Hinc multi existimant, Deum non permoveri ullis precibus, ut quicquam nobis conferat, nec revera per illas quicquam propriè impetrari; sed esse illas tantum pietatis exercitium, & gratitudinis officium. *An eo respexerint Authores Catechismi Heydelbergensis, cum precationem ad gratitudinem retulerunt, dicere non possumus. Hoc*

*scimus,*

*scimus, S. Scripturam preces nobis commendare, non tantum argumento à Decoro, tanquam gratitudinis officium, sed tanquam medium, quo plurima à Dei bonitate obtinemus, quæ alioquin daturus nobis non esset.* Matth. 6. 6. &c. & 7. 7. & c. 17. 21. Jacobi. 4. 2. 3. Ps. 116. 23. *& allibi millies.* Evertit etiam precandi ardorem, tam pro propria quam proximorum salute. Nam electi extra periculum sunt, ut precari pro illorum salute non sit necesse; reprobis preces nullæ prodesse possunt. At inquiunt, nescimus quinam sint electi vel reprobi. At si in genere scio electis non esse necessarias preces meas, nec quicquam illis amplius impetratum iri, quam quod ab æterno Deus illis absolutè dare proposuit, reprobis verò prodesse nullo modo posse, quid ad rem facit, sive sciam, sive ignorem qui electi vel reprobi sint in specie? Quod ex eo etiam firmiter probatur, quod statuit hæc sententia, multos Ecclesiæ preces, etiam secundum Dei voluntatem factas, etiamsi forte in personis nihil prorsus sit quod exauditionem impediat, tamen irritas esse, & à Deo non exaudiri. Rogat enim Ecclesia Deum in baptismo omnium infantum, qui sacro lavacro tinguntur, ut eis peccatum originale remittat, ut dona quæ per baptismũ ipsis solenniter pollicetur, reipsa largiatur, nec in tenellis illis animabus quicquam tale est, quale olim in Simone Mago, quod gratiæ divinæ resistat, vel auditioni impedimentũ ponat.

Et ta-

Et tamen statuit hæc sententia, infantibus reprobis, neque remitti peccatum originale, neque ea unquam illis verè conferri, quæ externè permittuntur. Porrò non tantum negligentiæ & carnali securitati ingenerandæ & fovendę opportuna est hęc doctrina, sed etiam desperationi. Cum enim pauci sint electi, plurimi reprobi, & omnia pendeant ab occulta Dei voluntate, quam facile fieri potest, ut aliquis, qui non semper quod vult sibi persuadere potest, existimet se esse in numero absolutè reproborum, ideoq; omne verbum Dei, omnes testificationes de Divina Philantropia & promissiones salutis suspectas habeat, tanquam nihil ad se pertinentes: eoque à verbo Dei abhorreat, cogitans fieri posse, ut omnia sibi proponantur ad condemnationem suam aggravandam? Et profecto si inter multos auditores vel unus tantum reprobus esset, nonne omnes justus metus occuparet, ne ad se tantum malum pertineret? Cum Christus dixisset, inter Duodecim Apostolos, unum esse proditorem, omnes perculsi sunt, & de se quisque sollicitus interrogare cœpit, quisnam is futurus esset. *At vero clare docet Verbum Dei, inter vocatos longè plures reprobos esse, quam electos, nonne merito ergo unusquisque pro se sollicitus sit?*

§ 8. (F) Hæretica, prodita ab illa ipsa hæreseos anti-christianæ, quam sibimet induxit, turpi nota. Bezæ judicio in tract. de hæret. puniendis

niendis p. m. 90. *Hæreticus est, qui pietatem quidem prætexit, sed tamen non modo sanis Ecclesiæ sermonibus semel atque iterum admonitus non acquiescit, verum etiam falsa proposita vel alijs accepta doctrina, Ecclesiæ pacem ac consensionem dirimit.* Polano auctore tom. 2. Syntagm. l. 7. cap. 22. p. 3527. *Dissimulati hostes Christi & Ecclesiæ puræ, sunt qui Christum sub ipsius nomine oppugnant. Isti nominantur fatui, Proverb. 9. 6. Relinquite fatuos & vivite. Veniunt in nomine suo Ioh. 5. 43. hoc est, quærunt suam propriam gloriam, non Dei, sicut dicitur, Ioh. 7. 18. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. Suntq; vel Anti-Christi, vel Pseudo-Christi. Anti-Christi, sunt dissimulati hostes Christi, qui doctrinæ Christi, cuius se sectatores profitentur, quoquo modo adversantur.* 1. Joh. 2. 18. 22. & cap. 4. v. 3. 2. Joh. v. 7. *Idem dicuntur etiam Pseudoprophetæ.* Matth. 7. v. 15. & lupi graves, Actor. 20. v. 9. *Anti-Christus est duplex: aut enim uni vel alteri tantum parti doctrinæ Christianæ; aut fere toti eius corpori adversatur. Prioris generis sunt omnes hæretici.* 1. Joh. 2. vers. 16. & 2. Joh. vers. 7.

*Hereticus est anti-Christus qui dogma aliquod erroneum pugnans cum sacris literis & fidei aliquem articulum oppugnans atque convellens, quod sibi sive sponte sua, sive aliena seductione delegit, quamvis convictus autoritate verbi divini etiam in conscientia sua, voluntaria animi obfirmatione pertinaciter tuetur.* Rom. 16. v. 17. 18. cap. hæresis. 24. q. 3. Item l. 1. & 2. de summa Trinit. & Nov. 115. c. 3. §. 14. *Hæreticum hominem igitur tria hæc conjuncta faciunt: error, evictio, & contumacia.*

*samacia.* Amesii hæc sunt l. 4. cas. consciens. c. 4. p. 159. Ut quis sit hæreticus eo sensu qui in Ecclesia obtinuit, requiritur. 1. ut aliquam professionem faciat Christianismi, id est, ut sit vel baptizatus, vel saltem catechumenus: Hæresis enim græca vox est, & significat electionē, ita ut hæreticus denotet illum, qui deserta veritate quam profitebatur ex aliqua parte, eligit sibi postea cōtrariam opinionem cui adhæret. 2. ut errorem amplectatur, non tantum contra doctrinam in scripturis traditam, sed etiam contra illam doctrinam, quæ spectat ad summam & substantiam fidei & morum. Unde qui inter Lutheranos ibid. p. 161. pertinaciter defendunt ubiquitatem humanæ naturę Christi, non possunt ab hæresi excusari: quia illa sententia directe evertit humanā naturam Christi. Requiritur 3. ut error ille conjnnctam habeat pertinaciam, & obstinationem animi. Tit. 3. 10. *Pertinax ille jure censetur, qui cum veritas non solum in scripturis manifeste revelatur, sed etiam ipsi sufficienter proponitur ei manifestatur, ita tamen suo errori adhæret, ut vel scripturæ sese opponat, vel sententiam eius ex pravitate animi percipere nolit. Pertinax enim est, qui non est paratus captivare intellectum & rationem suam omnem sacræ scripturæ.* Confer Johannæam definitionem expositam in hodomoria Papæa pag. 11. & seqq.

Jam omnes hos hereseos numeros spiritus, qui cum nobis coitio est, explet. Est enim

1. *Schismaticus* ex eâ hypothesi, è qua & Remonstrantes colliguntin actis pag. 44. *Qui ob controversias, sua ipsorum confessione, non fundamentales, ne quidem expectato super istis ecclesiarum judicio, publicam secessione faciunt, ij Schismatici sunt ac Novatores.*

At contra-Remonstrantes, ob controversias, sua ipsorum &c. 2. *Apostata*, qui è nobis exivit, è nobis hoc est, verâ Apostolicâ, Johannæâ Ecclesiâ, nostra utpote Apostolicæ illius consanguinea, vid. hodomor. Papæam p. 31. *nostra* inquam in qua fructus salvificus ejusdem opinione viget.

*Exivit* inquam, egressione non ubique locali sed confessionali (hæret enim quandoque gangræna corpori) per portas audacis ignorantiæ, natæ ex Philosophastria, superbiæ, invidiæ ex luminibus Lutheri natæ. nimirum ut Joseph & Azarias Maccabæorum luminibus inflammati gloriam consectati sunt, magno populi hæbræi damno. 1. Maccab. 5. Carolstadius enim (Luthero absente, in Pathmo) per easdem ignorantiæ, cujus publicus esse Patronus cœpit, & audacię quam insanâ iconoclastică testatus, portas egressus, novam Phraseologiam & cœlestem quandam Prophetiam excogitavit. vid. B. Luth. l. contra cœl. Proph. & D. Hutter. in Conc. conc. præf. apolog. D. Sigvvard: in admon. de Iren. lib. 3. cap. 1. pag. 283. Triplicem vero exitum seu periodum hic animadvertere licet. 1. *antiquam* in primis patriarchis

chis *Nestorio, Berengario & Godschalco.* Nestorius primus fuit, qui suis deliriis doctrinam de persona Christi obscuravit, qui negatis prædicationibus personalibus, negata appropriatione & communicatione idiomatum, operationum separatione judicatus est à Veteri Ecclesia, solvisse unionem, juxta regulam Concil. Ephes. can. 4. *si quis voces scripturæ de Christo in duabus personis vel subsistentijs dividit. & aliquas quidem velut homini, qui præter DEI verbum specialiter intelligatur, aptaverit; aliquas vero tanquam dignas Deo, soli Deo Patris verbo deputaverit, anathema sit.* Vide Schröd. tract. de Nestorianismo. DE *Berengario*, ex antiqua historia, hæc tradit Cluver. pag. 498. *Presbyter Turonensis perspectis absurditatibus, quæ transmutationem panis in corpus Christi, à nonnullis assertam sequi videbantur, in mystica Christi cœna, non corpus eius, sed figuram esse corporis dicebat, unde & adversus eum & pro eo multum à varijs, tàm scriptum est, quam disputatum, donec eum Pontifices abjurare dogma, contrariumq; ei errori stabilire coegerunt, quam abjurationem quinta vice simulatè ab eo factam fuisse tradit* Baron. ad ann. 1055. 1059 1079. Confer D. Hutteri Concord. conc. resp. ad prolegomena, ubi Berengarii ingenium ex asse describitur. De *Godeschalco*, hæc prodidit è vetustate Ger. Joh. Voss. hist. pelag. l. 7. part. 3. pag. 732. & seqq. *Ecclesiæ Veteris doctrinæ de gratia Dei omnes vocantis &c. post Lucidum presbyterum primus se opposuisse creditur Godeschalcus Monachus. Is cum ubi egressus varijs*

*in terris prædicare cœpit, nolle Deum, ut alij, quam electi ad veritatis agnitionem veniant ac salventur, nec pro alijs mori Christum voluisse; cæteros, etsi baptizentur, tamen tantum signotenus redemtos dici posse quia nunquam à damnationis massa fuerint discreti, & quæ sequuntur.*

II. *Novam* post reformatam à Deo, Lutheri Spiritu, Ecclesiam, in tribus iterum veteris sopiti tergemini erroris interpolatoribus (non Luthero ut fert calumnia, ut qui nec novam doctrinam defenderit, nec incendium primus excitarit: *non novam Doctrinam*, id quod in Christeide uberius demonstrandum, hîc ætematis loco esse voluimus. quod de Petro de Aliaco fabulatur Hospinianus, tanquam in hoc auctore Lutherus suæ sententiæ fundamentum posuerit, id refellit Hutter. in resp. ad proleg. pag. 40. & sqq. Quanquam auctores è Scholasticis allegare possimus, qui partim expresse orthodoxam sententiam propugnarunt, utpote Fabrũ Stapulensem, de quo videndus Hutt. in Conc. conc. c. 1. p. 9. D. Kesler. in resp. ad bell. ubiq. l. 1. s. 2. c. 8. p. 506. & seqq. partim conscientia convicti propugnassent, nisi conscientiam Ecclesiæ errantis vicisset auctoritas, quos inter &, fuit Petrus de Aliaco, de quo B. Luth. Tom. 2. lat. Jen. pag. 227. Confer D. Hutter Concord. præfat. pag. 157. celebris est sententia Joh. Scoti in 4. dist. 11. q. 3. *si quis dicat, sicut dixit unus Doctor (Thomas Aquin.) quod Matth. 26. dicendo, hoc est Corpus*

*Corpus meum. expreßè insinuat panem non manere, quia tunc propositio esset falsa; HOC NON COGIT, quia dato, quod substantia panis maneret, non demonstratur substantia panis, sed contentum sub pane, sicut modo non demonstrantur accidentia, quia tunc esset propositio falsa; sed est sensus, hoc ens contentum sub isto signo visibili est Corpus meum. Non deinde excitavit* hoc incendium, quia quod de aureo nummo provocatore nugatur Hospin. id biennio post excitatam Tragœdiam contigit, vide D. Kesler. l. cit. 1. s. 1. c. 3. Calumnia est persola, cum B. Lutherus arguitur, quæsiti fundamenti Eucharistici, in articulo de persona Christi, tanquam ex hoc ubiquitas accersita, illius fulcrū esse cœperit: Cum Lutherus in colloquo Marpurgensi unico institutionis Cœnæ fundo niteretur, provocatus à Zvvinglio, cui impossibilis videbatur præsentia corporis in pluribus locis, ad articulum de persona Christi demum descendit, non novum dogma prolaturus, sed quod olim de Majestate Christi, ante natum Zvvinglium credebatur, defensurus, Vide D. Hutter. Conc. conc. p. 10. & seqq. Calumnia iterum mera cum idem B. Pater in reatum Calvinianæ prædestinationis innocenter rapitur, ut qui universalem Dei misericordiam passim consolationibus suis substraverit, Tom. 2. Ien. pag. 485. & seqq. Tom. 7. p. 25. 28. quæ in l. de servo arbitrio. commentatus erat, explicarit de Deo abscondito, in c. 26. Genes. ac à Deo abscon-

scondito ad revelatum nos deduxerit, ad hominem disputans Erasmum sc. Rationalistam. q. d. quod si rationi indulgendum de DEO absscondito ratiocinãti, tùm talia sequuntur. præstat autem ad DEUM revelatum remigrare non negantes interea in illo libro contigisse B. Luthero, quod vinitori curvum tenelli arboris statum correcturo, in alteram partem inflexione peccanti; sed) *Carolstadio*, Reformatorum antesignano juxta Masson. part. 1. p. 652. *Zvvinglio*, *Calvino*. in primo tanquam τὸ ἐπικρατῶν præponderavit Berengarismus; in altero allæoseως Poëtâ Nestorianismus; in tertio prædestinatianismus. *Carolstadius* primum immenso emergendi amore, Luthero absente, commotus privato ausu Iconoclastes, sator Fanaticismi, apertus Berengarismi defensor, stationis suæ fugitivus, novæ ἀυτοκλησ & invasor Orlamundæ. Extat testimonium Philippi Melanchtonis in præf. l. de senten. Veterum de S. Cœnâ, in quo hæc emblemata legas, *Carolstadius primus excitavit hunc tumultum*; *Item controversiam de Cœnâ Domini tantum odio Lutheri non aliqua pietatis opinione movit*, *Item hic est huius fabulæ* πρωταγωνίσης Confer Sleidan. l. 3. & 5.

*Zvvinglius* cujus Consilio Tigurini reformationem instituere, Joh. Læti judicio, Confer Bezam in ejus vita. lacessitus libro Lutheri αὐτοπροσωπικῶ Carolstadio suppetias tulit, Pacirupa. Equidem si audimus Hospinianũ de successu

cessu colloquii Marpurgici, Anno 1529. habiti. *In concordiam Christianam, etsi plena sanciri nequiverit, coaluere partes; Lutherus ubiquitatis dogma abjecit: Lutherus prior pactionem fregit. Si Pareum* Iren. c. 16. p. 62. *in toto genere doctrinæ consensus sancitus excepta unica illa palea præsentia corporalis in S. Cœnâ.* Si historiæ fidem quærimus, res longè aliter habet. *Tantum*, inquit Lutherus, *id concessimus ut fratres quidem non essent, sed tamen Charitate (quæ etiam hosti debetur) nostra non destituerentur, & quæ sequuntur* in epist. ad Jacob. præpositum, citata ab Huttero in Iren. p. 165. & seqq. Lutherus nihil abjecit. *Vides*, scribit loc. cit. *hos revocasse in articulis positis ea, quæ de baptismo sacramentorum usu similiter externo verbo, & alia quæ hactenus editis libris pestilenter docuerunt.* NOS NIHIL *revocamus.* Zvvinglius primus pactionem fregit. Lutherus quindecim annorum spacio, ex professo nihil in publicum edidit contra Zvvinglianos, Zvvinglius contra inductarum pactarum immemor, pauci temporis fide præstitâ suam cygnæam cantionem, ut dici amat, expositionem Christianæ fidei Regi Galliæ cantavit. Consensum sancitum in reliquis doctrinæ capitibus largimur, sed per cessionem Zvvinglii non Lutheri, auctore Philippo in lit. ad Johannem Sax. Elect. vide Hutter. præfat. apolog.

Secutus *Ioh. Calvinus* (ita Joh. Læt. pag. 584.) *acri vir & vehementi ingenio præditus, laboriosissimus, unde per decennium ad minimum prandio abstinuisse*

*scribitur, & pag. 547. Genevæ cum Wilhelmus Farellus reformasset, Ecclesiam Iohanni Calvino tradidit, cui cum plurimis ibidem monstris non semel fere ad sanguinem pugnandum erat. Non deerant qui clamarent, Calvinum in Rhodanum esse præcipitandum. In Helvetica* (ita ex Thuano Joh. Læt. pag. 528.) *Tigurini à Quinque pagicis ob religionem protestantium susceptam bino prælio victi, quorum in primo inter alios Vlricus Zvvinglius, cui ut pastori ex legibus urbis prælio interesse conveniebat, occubuit. Cadavere ab hostibus flammis tradito, cor exuri non potuit.* Hæc secunda egressio adhuc in deceptis & fascinatis, tanto majori venia & excusatione digna est, quanto ignorantia tunc fuit excusabilior, utpote nuper demum è Babylonio Carcere exierant, lux incrementa sua habuit luctata cum Crepusculo. Hinc Cyprianus Epistol. 73. ad Jubajan. num. 11. pag. 221. *Ignosci potest simpliciter erranti, sicut de seipso dicit Apostolus Paulus: qui primo, inquit, fui blasphemus & persecutor & injuriosus. sed misericordiam merui, quia ignorans feci. Post inspirationem vero & revelationem factam, qui in eo, quod erraverat, perseverat prudens & sciens, sine venia ignorantiæ peccat, præsumtione enim atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur.*

III. *Novissimam per confessiones recentiores, ac nominatim Tetrapolitanam*, de qua judicium extat apud Sleidanum l. 7. vid. Hutter. in Irenic. p. 399. *Quatuor inquiens Civitates, in sua confessione non eandem cum Saxone & reliquis socijs, de Cœna Domini senten-*

*sententiam habuerunt.* & p. 405. *Interim Argentinenses, Constantienses, Memmingenses, Lindavienses, doctrinæ suæ confessionem scriptam & ipsi tradunt Cæsari: De Cœna Domini non Idem hi, quod Saxones atque Socij sentiebant, neque denique statuerunt, ut simul utramq; offerrent Cæsari: seorsim enim utraq; oblata fuit: & prior quidem Saxonica sive principum:* Vitia confessionis denudat Hutter. in Iren. c. 29. p. 396. & seqq.) & Synodum Dordracenam, Gallicas, alias.

§ 9. Est 3. *Anti-Christus* in fundamentum impingens: Negat enim Christum in Carne venisse, scil. eo fine ac scopo ut esset Mediator Universalis singulorum mortaliū efficax, hæc enim est illa ἀσοχία, de qua ad vocem ὑπόχησιν 2. Tim 2, v. 18. hæc annotat Beza. pag. 467. *Ter omnino usus est Paulus hoc verbo in duabus Epistolis ad Timotheum Evangelistam scribens: quo non quodvis erratum in religione significatur, sed quod est eiusmodi ut fundamentum non retineatur.* Quo medio termino Voetius part. 1. select. disp. theol. negat Socinianos dici posse Christianos, eum nos facile in Calvinianos distringimus Confer Calvin. ad 1. Cor. 3. p. 170. ad Matth. p. 37. Ibitur autem infra in rem præsentem.

§ 10. *Est 4. Pertinax* cum repulsa subjugationis Scripturæ Sacræ debitæ, ac erroris satis tot jam annis detecti tuitione, tùm vel maximè pellaci ac insidiosa propagatione. quibus hæc arcanis, artibus, sophismasi tentata, quæsita olim

olim ac obtenta? Crypto Calvinismus Wittebergicus testatur, in quo Dresserus millen. 6. part. 2. p. m. 474 tria potissimum artificia notat, *Dissimulationem, inficiationem, & dissentientium annotationem. Primum enim, quicquid agebant, non apertè, sed obscurè, & dissimulanter agebant, aliud multo præ se ferentes, quam animo sentiebant & facto declarabant. Deinde quod moliebantur, id si aliter accipi, quam ipsi volebant, animadverterent, vehementer negabant, nec abjurare etiam verebantur. Tum loco movebant omnes, quos suis conatibus obstare videbant. Cedebant igitur in ista tempestate senes juvenibus, usu periti imperitis, bene meriti his, qui mereri vix cœperant. Eruditi & sapientes soli habebantur & evehebantur, qui socios sese novorum consiliorum præberent. Accuratè quoq; cavebant illi, ne quis ad principem admitteretur, qui non ex ipsorum ore loqueretur.* Confer D. Hutter. in Concord. conc. c. 8. p. 228. & seqq. idem Reformatio Palatina, Hassiaca clamant. Brandeburgica consilia aperit Hutterus in Calvinista aulico-Politico.

Consequenter 5. *Damnificus*, id quod fluit ex illis ipsis pertinaciæ notis quas proponit Bergius l. cit. pag. 220. Daß wir jhnen gar nicht gestehen/ wann sie vber jhrem Jrthumb so fest halten/ daß sie dabey jhrer Seeligkeit gewiß seyn können: Sonderen obzwar wir vnsers theils/ wegen deß blossen Jrthumbs an jhm selbst niemandten begehren zuverdammen/ daß dennoch derselbe manchen an seiner Seeligkeit/ vnd für Gottes

Gericht

Gericht verdamlich seyn könne. Als erstlich denen/ die zwaar auß lauter Vnwissenheit über solchem Irrthumb halten/daneben aber / ob sie schon jhres Glaubens keinen grund wissen/ die Warheit recht zuerforschen vnd zuerkennen gar nicht begehren/ entweder auß lauter Verachtung vnd nachläßigkeit/ weil sie sich vmb Glaubenssachen wenig oder nichts bekümern / oder auß vorsetzlicher halßstarrigkeit/ weil sie Augen vnd Ohren für der Warheit verstopffen/ dieselbe gar nicht hören noch leyden wollen/nur damit sie in jhrer blinden Vnwissenheit vngehindert verbleiben mögen: dieselben mögen gewiß seyn / weil sie die liebe zur Warheit nicht annehmen / daß jhnen dieser Irrthumb / als der in jhnen nicht bloß auß Schwachheit/sondern auß vorsetzlicher/ halßstarriger Vnwissenheit/ ja auß Haß vnd Verachtung der Göttlichen Warheit herrühret / dafern sie darinn beharren / für Gott verdammlich seyn werde. Dann solche vorsetzliche Vnwissenheit ist ein gewisses zeichen deß Vnglaubens: vnd wo keine Lust noch Liebe ist/den rechten grund der Göttlichen Warheit zuerlernen / wie kan da wahrer Glaube / wie kan da wahre Liebe zu Christo seyn? Fürs ander / ibid pag. 222. die jenigen / die zwaar nicht auß blosser Vnwissenheit jrren/ sondern die Lehre vnd grunde der Warheit offt genug gehöret oder gelesen / vnd doch auß sündlichē bössen affecten, es sey gleich auß Zanckſucht/oder Ehrgeitz/oder zeitlichen Nutzens / oder andern fleischlichen respecten halben / welche

Gott

Gott allein am besten bekand seyn/ der Warheit halsstarriglich widerstreben. Vnd ob jhnen schon noch so klare feste gründe entgegen gesetzt werden/ die sie auch in jhrem eygenen Gewissen nimmer genugsam widerlegen können/ demnach alle jhre Witz vnd Kunst nur dahin wenden/ daß sie dieselben auffs wenigste mit verwirreten Sophistereyē/ oder mit allerhand calumniren vnd Verleumbdungen verdunckln vnd verkehren / die mögen auch gewiß seyn/ weil sie die Warheit in Vngerechtigkeit auffhalten/ daß jhnen dieser Jrthum/ defern sie darauff beharren/ für Gott verdamlich seyn werde; sonderlich wann sie auch andere neben sich darein verwirren: deßwegen sie nach dem Wort deß Apostels jhr Vrtheil tragen werden/ sie seyn wer sie wollen. Denn so auch die jenigen/ die Christum selbst vmb Haß vnd haders willen/ vnd nicht guter Meynung/ auß Zanck vnd nicht lauter Predigen/ oder vmb gewinns willen/ vnd nit von Hertzengrund/ an statt deß Hirten-lohns daß Lohn vntrewer Miedlinge/ zuerwarten haben/ wie vielmehr die vnter dem Namen Christi einige jrrige Lehre / auß solcher böser intention vnd affecten, Predigen oder verthedigen; sonderlich/ da sie auch αὐτοκατάκριτοι, in jhrem eygenen Gewissen genugsam vberzeüget seynd/ welch's Gott allein an jhnen erkennen mag/ ob sie es schon keinem Menschen gestehen/ ja auch sich selbst eines anderen bereden wollen. Hasce pertinaciæ notas in spiritu adverso dies tam longa ac totius prope seculi

ſeculi dies animadvertit: vidit quidem phraſium allœoſes, & malacias horridius dictorũ, nondum tamen bonâ fide mutatam mentem experta. multa condonantur initiis errorum præcipitatis, pòſt haut obſcurè retractatis, quę condonari per veritatis & gloriæ divinæ amorem nequeunt erroribus, roboratis conſpiratione quadam adultis, palliatis, propagatis.

Meritoque 7. *damnandus & anathemate feriendus.* in anathematiſmo ſunt diligenter diſtincta à noſtris 1. actus damnationis ipſe. 2. objecta damnationis. *per Actum damnationis* à noſtris hactenus uſurpatum, ut animadvertit contra Hoſpin. in concord. Concor. Dn. D. Hut. in præf. pag. 99. nihil intelligunt aliud, quam legis ſive pœnitentiæ concionem, qua errantes tum de erroris gravitate, tum de ejusdem periculo ſeriò admonentur, ut unicum illi remittat, dummodo ſalutis æternæ jacturam facere nòlint. Et profecto tantum abeſt, ut per condemnatorias ejusmodi formulas, ſpem ſalutis omnem errantibus abſolutè præcidamus, ut contumaciores etiam, cum omni lenitate ac manſuetudine, in viam reducendos eſſe arbitremur: quãdiu quidem aliqua emendationis ſpes affulget. quam ſi vel maximè inexpugnabili ſua obſtinatione nobis eripiant: rurſus tamen non carnifici tradendos, ſed juſto Dei judicio relinquendos arbitremur. Sequimur hac in parte praxim Apoſtolicam: Hæreticum hominem,

poſt

post Unam & alteram admonitionem devita, sciens quod ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, mente perversus sit, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος, peccat proprio judicio condemnatus. Eodem sensu Autores quoque libri concordiæ, damnandi termino usos fuisse, hodieque uti, quotquot nomina sua illi dederunt, fidem facit indubiam solennis illa Protestatio, Præfationi Libri Concordiæ inserta: in hunc modum: Condemnationes, reprobationes & rejectiones impiorum dogmatum, quod attinet, hæ sane in nostra declaratione, & controversorum articulorum solida explicatione ac decisione, expresse & distincte, non solum eam ob causam, ut universi sibi, ab his damnatis dogmatibus caverent, omninò proponendæ fuerunt: sed ob alias etiam quasdam rationes, ullo modo prætermitti potuerunt: sic, ut nequaquam consilium & institutum nostrum sit, eos homines, qui ex quadam animi simplicitate errant, nec tamen blasphemi in veritatem doctrinæ cœlestis sunt, multo vero minus totas ecclesias, quæ vel sub Romano Imperio, nationis Germanicæ, vel alibi sunt, damnare: Quin potius mens atque animus noster fuerit, hac ratione fanaticas opiniones, & earundem pervicaces Doctores & blasphemos duntaxat palam reprehendere & damnare: Quod illi errores, expresso DEI verbo repugnent, & quidem ita, ut conciliari cum eo nequeant. *Deinde eam etiam ob*

*cau-*

causam hoc suscepimus, ut pij omnes de his diligenter vitandis, monerentur. Nam Theologis, omnibusque Ecclesiæ ministris, hoc negotij inprimis incumbit, ut ex verbo Dei etiam eos, qui ex quadam vel simplicitate, vel inscitia, à veritate aberrarunt, de periculo salutis suæ, eâ, qua decet, moderatione doceant, & contra corruptelas muniant: ne fortè, dum cœci cœcorum sunt duces, universi periclitentur. Quamobrem hoc nostro scripto, in conspectu omnipotentis Dei, & coram tota Ecclesia testamur, nobis propositum nunquam fuisse, hac pia conciliationis formula molestiam aut periculum creare pijs, qui persecutionem hodie patiuntur. Quemadmodum enim Christiana Charitate moti, in societatem doloris cum eis dudum venimus: ita à persecutione & gravissima tyrannide, quæ in miseros illos maxima exercetur, abhorremus, eamque ex animo detestamur, &c. Iterum ibid. pag. 105. Inter errorum Magistros, Patronos ac hyperaspistas, & inter eos, qui per simplicitatem ac ignorantiam sunt seducti, accuratè discernimus: illos, freti Autoritate Apostolica, Anathemate notamus: Gal. 1. 9. hos vero cum omni lenitate suscipiendos, fovendos, ac rectius informandos: sic edocti ab Apostolo. Rom. 14. 1. sic moniti etiam à Chrysostomo, distinguente inter errores ipsos, & homines errantes, in hunc modum: Dogmata impia & ab hæreticis profecta, arguere, & anathematizare oportet: hominibus autem, seductis scilicet, parcendum, & pro salute ipsorum orandum. Proinde, (quæ altera est prudentiæ nota) non permittimus, à damnatione hæresiarcharum, ad damnationem totius cœtus Ecclesiastici, fieri collectionem: nedum integras damnamus ecclesias,

quando Doctores earum hæreticos, cum Apostolo, Anathemate percutimus. Novimus enim in istorum etiam Ecclesiis, aliquot millia hominum reperiri, qui Calvinianorum, aliorumque hæreticorum ministerio utuntur, attamen ipsa iniquitatis mysteria, (quæ abstrusiora sunt, & in abscondito quasi latent, ita ut ne ipsi quoq; Calviniani Doctores, publicè ea proponere ausint, fatente hoc ipso Beza, in colloquij Mompelgartensis disputatione, de Prædestinationis negotio) neque intelligunt, neque defendunt; sed simplici corde Christum fundamentum salutis nostræ sequuntur: qui denique ut Chrysostomus loquitur, puriora habent corda, quam sunt labia sacerdotum. Tertia prudentiæ nota ac cautio est, quod condemnationem istarum finem nullum constituimus alium, quam legalem errantium & correptionem & correctionem. Cuius finis respectu, ultro concedimus, priusquam falso aliquis Doctor anathemate percutiatur & tanquam hæreticus publicè proclametur, ipsum audiendum esse, refutandum esse, informandum esse, orandum pro ipso esse, multa cum miseratione, & tandem contra talem, si pertinax esse pergat, ad damnationem & anathema non pleno impetu percurrendum, sed paulatim descendendum, neque de eius emendatione, quamdiu vivit, desperandum esse. Quemadmodum enim nos ipsi justum, & recta moderatione tinctum Zelum in quovis Ecclesiæ ministro requirimus: secundum illud Servatoris: Vos estis SAL TERRAE: quod si sal infatuatus fuerit, quo salietur: ad nihil valet amplius, nisi ut abjiciatur foras, & conculcetur à quibusvis: Ita Zelum inordinatum, quiq;, ut Apostolus loquitur, non est

val

κρίσιν ἐπίγνωσιν, *Rom. 10. 2. reprehensionem maximè mereri, neq; ferendum esse, ultro largimur. Objecta* damnationis vel sunt Ecclesiæ ac homines seducti, vel ut B. Lutherus loquitur Duxii & Duces, & hi vel sanabiles, vel insanabiles. D. Gerhard. Tom. d. Minist. n. 270. Seducti & sanabiles omnino mansuete tractandi, & non minori lenitate, ac illi qui ab igne fatuo, in tesqua & invia abrepti in viam revocandi, juxta regulam Gal. 6. 1. Confer. D. Nicol. Hunn. in consult. c. 8. Cæterum seductorum insanabilium errores esse refutandos ac damnandos ex mandato Divino, exemplo Christi, Apostolorum, primæ Ecclesiæ, probatum dedere loc. cit. D. Gerhard. & Hunn. c. 9. Adstipulante Synod. Dordr. sess. 29. pag. 117. *Tota scriptura clamat, verbi ministrum non tantum debere esse* διδακτικὸν, *verum etiam potentem ad obturandum os contradicentibus*, & pag. 210. *Ecclesiarum ministri nisi serio sese opponerent, Pseudo-Doctoribus & Novatoribus* ἑτεροδοξίαν *introducentibus, proditores essent Ecclesiarum suæ fidei commissarum, & canes muti, digni, qui ut sal fatuum pedibus conculcarentur, sess. 42. eadem Methodus observatur in receptis Symbolis & confessionibus Ecclesiarum, utpote in quibus primo loco & quidem potissimum non quid non credendum de fidei articulis traditur; subjectis nonnunquam si quando opus sit, contrariarum sententiarum improbationibus. II.* Subscribentibus privatis DD. Sic enim Johann. Piscator ad Philipp. 4. Lehr 2. Gleichwol aber gegē die harte vngeschlachte

vnd vnbußfertige sollen harte Wort gebraucht werden / wie Esaias 1. cap. v. 23. seines Volcks Fürsten nennet / Abtrinnige vnd Diebsgesellen / wie Johannes der Teüffer die Juden nennet Natterngezücht / oder Schlangē geschmeyß Matth. 3. v. 7. Wie Christus die Phariseer nennet Heüchler / verblente Laiter / Narren vnd blinde / übertünchte Gräber / Matth. 23. Wie Paulus seine Galater / Thoren vnd Narren / zun Galateren. 3. vers. 1. Et Nicolaus Vedelius in Arminianismi erroribus censet, neglectum anathema in Anti-Trinitarios cap. 7. p. m. 37. visa sunt Sturmio olim omnia anathemata, criminationes convitia, Demagogis prohibenda in Anti-pappo 4. part. 1. p. 39. sed hæc ipsa criminatio fuit & convitium.

§ 10. At vero (regerunt) Synodicè damnari deberent, Respondet D. Hutterus in Concord. concord. p. 108. verbis August. c. lib. 4. contra duas epist. Pelag. *Quid est, quod dicunt Pelagiani, sine congregatione Synodi extorta subscriptio est; Numquid congregatione Synodi opus erat, ut aperta pernicies damnaretur. Quasi nulla hæresis aliquando, nisi Synodi congregatione damnata sit, cum potius rarissimæ inveniantur, propter quas damnandas talis necessitas extiterit: multoque sint atque incomparabiliter plures, quæ ubi extiterunt, illic improbari damnarique meruerunt: atque inde per cæteras terras devitandæ innotescere potuerunt. Verum istorum superbia, quæ tantum se extollit adversus Deum ut non in illo vekt, sed potius in libero*

*libero arbitrio gloriari, hanc etiam gloriã captare intelligitur, ut propter illos Orientis & Occidentis Synodus congregetur, Orbem quippe Catholicum, quoniam Domino eis resistente, pervertere nequeunt, saltem commovere conantur, cum potius vigilantia & diligentia pastorali, post factum illis competens sufficiensque judicium, ubicunque isti lupi apparuerint, conterendi sint, sive ut sanentur atq; mutentur, sive ut ab aliorum salute & integritate vitentur.* Vide Dedeck. part. 1. Consil. pag. 290. & seqq.

## Vindiciæ Elenchi.

Massonius part. 1. c. 7. pag. 200. hæc hæreseos declinamenta affert, quorum hæc est summa. Reformati. 1. non docent novam, verbo Divino dissentaneam doctrinam, 2. amplectuntur symbolum Apostolicum & quatuor Concilia Oecumenica. At priorem jactantiam tota hæc hodomoria refellit: juxta alteram (si συμφωνίαν verborum duntaxat spectes) amplissimo sinu quaslibet hæreses amplectetur Ecclesia Christi; si sensum concentui eorum, qui illa symbola ediderunt, resonantem attendas, nihil est nisi jactantia.

## ELENCHUS.

§ 11. (G) Alazoniæ de cœtus sui *unitate*, cui obnuntiat ejusdé *divisio* in se cum ordinis confusione conjuncta, & *indivisio* ab aliis. *Divisionem* in se, in ipso fonte religionis absoluto de-

creto, in quo sectæ factæ paulo ante productæ sunt. *Cum plurimum (ita Remonstrantes in act. pag. 232.) ad simplicem populum fascinandum de antiquitate huius doctrinæ suæ sese hactenus jactaverint, cum mirificè à primis suis authoribus eam commendaverint: tamen hodie ab illa ipsa antiquitate discedunt plerique omnes, ac pro Ecclesiæ reformatæ doctrina jam haberi volunt, non plerorumq; ex primis ecclesiæ reformatoribus sententiam, Calvini inquam, Bezæ & aliorum, quorum vestigijs institerunt Clarissimi Viri, Withackerus, Perkinsus, Piscator & alij, quos cum nuper heroum nomine insigniverit Honorandus huius Synodi Præses, quis non miretur illorum doctrinam nunc contemni ac pro eorum sententia aliam, quæ à Dontecloko & alijs obscuris, & incertis authoribus in has regiones primum illata inquisitoribus etiam Hispaniæ ac plurimum Pontificijs Doctoribus etiamnum hodie approbetur, nunc, si Deo placet, pro Ecclesiæ reformatæ sententia haberi velle, & alterā illam antiquiorem, tanquā incommodam & erroneam rejici. Et cum alij alios gravissimis consequentijs urgeant, Deum constitui ab his injustum, ab illis insipientem, nobis tamen persuadere volunt se in rei summa consentire. Et simul etiam tanquam ex eodem ore calidum & frigidum spirantes, nullam in Ecclesia sententiarum diversitatem tolerari posse, nisi Christum cum Belial, tenebras cum luce miscere velimus, in quam consentanea dicere & facere soleant qui solis sibi veritatis & Ecclesiæ reformatæ possessionem vindicare possunt.* De secta Amyraldina scribit Andr. Rivetus ad Fratrem Guilhelm. in ep. Apo-

Apolog. præfat. pag. 3. *Tibi notus est, ut mihi à multis annis, vir sane doctus & acutus, Moses Amyraldus, qui cum alijs duobus anno 1633. ad Theologiæ professionem in restituta Salmurienſi Academia vocatus, cœpit ibidem docere cum alijs, qui non contenti eâ simplicitate doctrinæ, quæ ab initio in illa Academia viguerat, nec eâ reformatione, quæ à viris ad eam delectis a Deo, patrum nostrorum temporibus feliciter instituta, continuaverat per multos annos; quæ à præceptore, quo usi fuerant, audiverant nova, ea quamprimum, & audacius, ut fieri solet, disseminarunt, & discipulos suos in ijs erudierunt: Hinc factum est ut in Ecclesiis nostris tum primum diceretur, Ego sum Pauli, ego sum Cephæ, &c. & personarent non scholæ tantum, sed pulpita Ecclesiastica, de Evangelio tunc verè restituto, & facili admodum ratione reperta, qua tenera conscientia in arduis de prædestinatione, & annexis quæstionibus, se expedirent adversus tentationes, quod hactenus non satis animadversum fuisse, nec optimam rationem initam quiritarentur.* Subscribit Spanhem. de gratia universali. pag. 2342. *Gravissimum sanè est, & sufficientissimum incommodum, quod sic pomum ἔριδος in Ecclesias nostras sine causa injectum fuerit, conscientiæ multæ turbatæ, non diversa tantum, sed & adversa dogmata in Academias & Ecclesias introducta, Pastores cum pastoribus, studiosi cum studiosis commissi, & gemitus ac suspiria innumeris expressa. De futuris malo vota concipere, quam male ominari. Atq; utinam de hoc solum (de universali gratia) capite esset dissensus, & non potius in multis alijs etiam, v. g. in quæstionibus de justitia Chri-*

*sti, de immediata gratiæ operatione in voluntatẽ, de fede fidei eiusque natura, de imputatione peccati Adam, & alijs id genus,* Votum est Spanhemii de Universali grat. p. 163. Si juxta Sibelium tom. 4. oper. theol. p. 261. Schismatici sunt Anabaptistę quos inter ac nominatim Flandros & assectas Nueldeman quos plaustrum vocant, quo cœnum convehatur; Robertum Roberti & Lubbertũ Gerhardi; inter οἰκώνας, ἀντικώνας & Neutralistas: qui erunt subsectarii Calviniani?

Pertinet ad hanc intestinam Divisionem, dissensus populi à Doctoribus in summo capite fidei absoluto decreto, vide relationem Hildebrand. in præfat. Orthod. declar. pag. 57. Exempla similia plura videret cœtus Reformatus, nisi Doctores de absoluto decreto tacerent in publico. Simile schisma est à Joh. Piscatore & sociis factum in articulo de obedientia Christi, agnitum & confutatum nuperrimè à *Doct. Zvvingero* in Defens. & notis ad Calvin. l. 2. instit. c. 16. pag. 271. *Recte inquit, Dogma hoc tanquam novum & erroneum rejicitur & eliminatur ex Ecclesia. Dogma hoc lacerat Christi tunicam, frangit agni ossa, & mavult, nos potius frui dimidio, quam toto Christo. Diutissimam partem humiliationis & Servitutis Christi, quam sustinuit nostro, non solum bono, sed & loco & vice, restringit ad spatium tridui: Christum facit, sui ipsius respectu, Debitorem legis, qui tamen non alio fine homo factus, nisi ut personam nostram indueret: Relinquit nos in debito & sub jugo legis, etiamnum post lapsum,*

lapsum, tanquam à Dei creaturis rationalibus, & candidatis gloriæ cœlestis, obedientiam Legis perfectam exigentis; adeoq; in frustranea expectatione hæreditatis & gloriæ cœlestis: quippe, quæ non potest inveniri nisi in promissione Legis, Levit. 18. 5. adimpleta in solo Christo per perfectam ipsius loco nostro præstitam obedientiam. Iustitiã Christi pingit & fingit in solis perpessionibus & Pœnis, quas Christus loco nostro pertulit, per quas tamen non legi, propriè loquendo, id est, Præceptis Legis, sed commitationi tantum Legis est satisfactum: cum pœna propriè non sit activa Christi obedientia, qua Voluntariè passiones illas subijt, ijs pondus conciliaverit: nisi dicere lubeat, ipsos quoq; damnatos in Inferno Legem adimplere. Ius porro Dei in Hominem nimis adstringit, quasi post lapsum extenderet se tantum ad exactionem pœnæ, non item obedientiæ, cum ne nunc quidem Diaboli, & damnati in inferno liberi sint à debito illius sanctitatis, iustitiæ & obedientiæ, quam Lex exigit, tanquam æterna justitiæ regula. Ex ista falsa hypothesi, qua homo post lapsum non obedientiã, sed pœnã tantum, teneri asseritur, infaustus ille Socinus Imputationem Iustitiæ Christi impugnavit, uti videre est lib. 4. de Christo Servatore, c. 4. Iustitiam dogma dictum importat Chimæricam, accidens sine subjecto. Non statuitur esse in nobis: hoc enim foret Pontificium. Nec statuitur esse in Christo, contra illud Pauli. 2. Cor. 5. 21. quia Iustitia, quæ in Christo est salutis nostræ meritoria, nihil aliud est, quam perfectissima & naturæ & Vitæ ipsius humanæ conformitas cum Lege. Hinc si non nisi passiones & Pœnæ, quas Christus nostro loco pertulit, in rationem Meriti & Pre-

*tii, pro nobis ab ipso persoluti, venirent, iustitiá coram Dei tribunali careremus, & refugium sumendum esset ad justitiam inhabitantem, quam jactant & urgent Pontificii.* Confer Rivet. in Psalm. 40. pag. 276. Quam vero inconsequenter & incircumspectè hic Piscator refutetur, vidend. fundament. deduct. Darmstad. c. 5. pag. 327. circa quæstionem an Christus sibi meruerit gloriam vel gloriæ gradum? discrepant Calvinus & Calvinistæ. ille negat sibi meruisse l. 2. instit. cap. 17. n. 6. confer Polan. l. 6. Syntagm. c. 26. Pareus in c. 8. Rom. pag. 792. & ad Hebr. 2. p. 112. horũ aliqui affirmant Rivet. ad Esa. 53. pag. 469. Piscator ad Phil. 2. 2. Ravensberger pentade, censuræ de illustr. qq. q. 2. Sic etiam circa Chiliasmum in partes itur. Chiliasmum tuetur Piscator, qui ad Apocal. 20. pag. 1571. notat, *Prophetia de resurrectione martyrum diem ultimi judicij mille annis anteceſſura.* Alsted. in sũma cas conscient. c. 28. pag. 95. Confer ejusdem diatriben de mille annis. Fluctuat Masson. part. 2. c. 31. Refutat Walæus p. 1066. & seqq. Alia divortia memorat Amyrald. in Specim. animadv. in exerc. de grat. univ. præfat. pag. 95. præcipuam sectam fecere Puritani in quos invehuntur, Jacob. Rex in proœmio doni Montacut. passim in original. Ecclesiast. pag. 102. 103. 122. 123. 128. 135. 137. 353. 390. & Iren. Philadelph. in Epist. ad Renatum Verdæum; Nec omittendum schisma Episcopico-presbyteriale. Anglis Episcopiale

pale regimen, Genevensibus presbyterianum placuit. illis M. Anton. de Dominis supparasitatus l. 5. de Republ. Eccl. cap. 12. n. 67. 68. Bilson. De gubernat. cap. 10. & 11. Revius exam. q. 7. & 8. Voët. disp. 3. de potest. Ecclesiast. thes. 2. Huic Beza confer Walæum pag. 891. 899. Bezam Saravia refellit, cujus hæc sunt in apolog. libri contra Bezam cap. 3. *Tanta est*, inquit Saravia, naturæ vis, ut vincat etiam eos, à quibus impugnatur: æqualitatem inter Ecclesiæ pastores, qui Apostolis successerunt D. Beza esse oportere, aliique plures cum eo hodie contendunt: & eminentiam autoritatis, Episcoporum damnat tyrannidis: cum ipsi interim æqualitatem, quam profitentur, minimè observent: nec enim, ut maximè velint, possunt. Verum quidem illud est: naturam expellas furca licet, usque recurret: Constat enim ipsum D. Bezam collegis suis esse longe superiorem: & Johannes Calvinus, dum vixit, plus autoritatis in suas collegas habuit, quam hodiè Angliæ primas in coëpiscopos exerceat. Nota loquor, ut impudentis fuerit negare, quod res ipsa clamat, & scripta eorum testantur. At hæc major authoritas (inquies) non fuit imperii, sed meriti. Nihil referre arbitror, quomodo æqualem potestatem collegis quis eripiat. & mox p. 437. Naturæ, rerumque ordinem docere, ut saltem senes præeant, præsintque junioribus; &, ut ipsi juvenes senibus obsequantur, & obtempe-

sequantur, & obtemperent: item, ut Doctores præcepta tradant discipulis: atqui constat, inter Ecclesiarum pastores, tantum ætatis esse discrimen, ut patres & avi junioribus seniores esse queant. Item eruditionis, & doctrinæ, qua alii alios superant; ut aliqui Magistri, & Doctores esse possint aliorum. At illud discrimen (inquies) canone illo non tollitur; aperta illa esset insania. Sed age, numnam regiminis ordo minus ab ipsa natura manat, quam illa ipsa, quæ nunc commemoravi? qui in societate nullus est, nisi sit, qui præcipiat, & qui obtemperet. Quod me attinet, ego mallem Bezam habere legitimum Episcopum, quam collegam tyrannum. Nam quicquid aut in se assumit supra cæteros, aut ei tribuitur plus quam cæteris, contra æqualitatis legem fit: & eatenus tyrannis quædam est: quæ nulla esset, nisi contra legem, quam sibi constituerunt, fieret. Hæc ille!

§ 12. Ordinis deinde confusionem, differentias intestinas & turbas loquuntur cum ἀταξία Britannica à Reggio in statu Eccles. Brittan. delineata, tum *Monopolium clericale* in vocatione & remotione ministrorum, excluso statu Politico & populari, ut videre est apud. Jacob. Revium exam. q. 4. Qui sub finem libri attexuit Theologorum Leidensium, Groningensium & Trajectinorum sententiam: *Non licere provocationem à judicio quocunq; Ecclesiastico ad summum totius*

totius ſtatus Magiſtratum: Confer Jacobum Triglandū contra eundem Vedeliū diſſert. Theol. de civili & Eccleſiaſtica poteſtate c. 18. Gisbertum Voëtium diſp. 3. de poteſtate Eccleſiaſticâ.

3. *Diſparatio collateralis* papatus Eccleſiaſtici & poteſtatis civilis, in iis quæ pertinent ad Epiſcopen Exteriorem, quoad ἐυταξίαν & ἐυσχημοσύνην Eccleſiæ. etſi enim ſpiritualis poteſtas interior verbi & Sacramentorum ſit independens à civili Magiſtratu: tamen exterior illa utique ab eo pendet, qui habet τὸ κῦρος in Republ. vide D. Hülſem. in breviar. extenſ. pag. 382. Ubi Aaron ſub Moſe. Quod enim Remonſtrantes ſunt cauſati (teſte præfatione in Synod. Dordr. p. 19.) publico ſcripto, perſuadere Magiſtratibus conati ſunt, *paſtores reliquos, Magiſtratuum autoritatem imminuere ac labefactare; poteſtatemque poteſtati collateralem, ſeu æqualem, affectare ſibique arrogare,* Id nuper defendit Triglandus diſſert. Theolog. de civili & Eccleſiaſtica poteſtate, *Obſervent* inquit pag. 24. *ſedulo quod ſit Politicus Papatus, qui architectonicam ſupremo Magiſtratui tribuunt poteſtatem in Eccleſiam, ſeu qui poteſtatem Eccleſiaſticam ſubordinant poteſtati Politicæ architectonicæ, & qui miniſtrorum vocationem dicunt formaliter pertinere ad Magiſtratum. Eo enim nomine ſententiam Vtenbogardi & Arminianorum, de ſubordinatione poteſtatis Eccleſiaſticæ ſub civili Architectonicâ ſupremi Magiſtratus poteſtate in Eccleſiam, ut Politicum Papiſmum comprehendentem & introducentem, rejeci-*

*rejecimus hactenus, hodieque rejicimus.* & ibid. p. 110. *Noverat suam qua pollebat authoritatem vigere, non in Ecclesia, quippe quæ regnum Christi est, & regnum spirituale ac æternum, sed extra Ecclesiam in Imperio Romano, quod regnum erat mundanũ & temporale. Hinc curam, inspectionem, authoritatem competere sibi probè quidem noverat: sed eorum & in eos, qui extra Ecclesiam sunt; cura ac inspectione spirituali Ecclesiæ, & eorum qui fidei professione pro Ecclesiæ membris habentur, Pastoribus & inspectoribus Ecclesiasticis relicta.* ubi Dictum Constantini M. ὑμεῖς μὲν τῶν ἔσω τῆς ἐκκλησίας, ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ Θεῷ καθεσταμένος ἐπίσκοπος, sic exponit, *ut etiam* ab exteriori œconomiâ Ecclesiæ Constantinus se excluserit, illam hierarchiæ Ecclesiasticæ in solidum resignarit, & ibid. pag. 118. *Hoc volunt. Sicut Magistratus cognoscere debet, de Religione quam in ditione sua doceri publicè & exerceri permittet, quamq; authorioate sua muniet: Ita ministris & inspectoribus Ecclesiæ competere jus ac potestatem judicandi de religione & doctrina quæ in Ecclesia, qua tali obtinebit, cum potestate administrandi claves regni cœlorum, quæ utraq; potestas à nemini adime illis posit. Notissimum est* (ita Remonstrantes in actibus Synod. Dord. p. 108.) *eam esse plurimum contra Remonstrantium sententiam, supremam de rebus sacris judicandi potestatem, sub Christo penes Ecclesiam esse, spiritualia Christi solius esse Ecclesiæ in solidum, ut jurisdictiones unæ quæq; sucrum sunt Magistratuum: potestates illas, puta Ecclesiasticam & Politicam, etiam personis distingui, hoc est, non*

*posse*

*posse simul in unam eandemq; personam cadere. Vtramque potestatem simul oportere consistere ac progredi, tanquam duo brachia sub uno eodemq; capite.* Confer apologeticam rescriptionem Petri Cabeliavii. hinc factum ut inconsulto Magistratu & invito Remonstrantes à suggestibus extrusi & repulsi, uti conqueruntur in actib. Synod. Dordrac. pag. 93.

§ 13. *Indivisionem ab alijs, à se alioquin damnatis cœtibus.* indivisionem à stoâ fatalitas Calviniana infra denudabit. Paralleliſmum Mahometiſmi à *D. Philippo Nicolai* institutum non repeto: nec refrico Calvino Turciſmum Guilhelmi Reginaldi Angli, in quo multa calumniam spirant: illud solum Calvini adduco è comm. ad Joh. 4. pag. 542. *Mahometus & Papa commune habent principium? quodnam? non contineri in Scripturâ perfectionem doctrinæ, sed quoddam altius revelatum esse à spiritu.* Quid illud? absolutum Decretum, vocatio altior, sensus fidei sine verbo promissionis. Tu jam ex eodem medio termino conclude, Mahometico-Papæum, adde ex eodem Calvino in Joh. 15. p. 551. fanaticum spiritum. Indivisionem eandem stabilivit Zvvinglius, qui locũ gentilium heroibus idololatris sc. ita enim Jac. Laur. in Paulo Δωνοῦ. p. 20. subscribit Eusebio l. 13. de præparat. Evangel. cap. 8. & 11. & Tertulliano in Apologetico, cap. 46. nec non Chrysostomo Hom. 3. in in Roman. de Augustino, lib. 6. de Civit. Dei.

cap.

c. 10. ubi allegat illa Augustini contra Julianū Pelagianum, lib. 4. cap. 3. *Quis porro eorum qui se Christianos haberi volunt, nisi soli Pelagiani, aut in ipsis etiam tu forte solus, justum dixerit infidelem, justum dixerit impium, justum dixerit Diabolo mancipatum? Sit licet ille Fabricius, sit licet Fabius, sit licet Scipio, sit licet Regulus, quorum me nominibus, tanquam in antiqua Romana curia loqueremur, putasti esse terrendum. Et post: An fortè & istis qui exhibuerunt terrenæ quæ patriæ Babylonicam dilectionem, & virtute civili non vera, sed verisimili, dæmonibus, vel humanæ gloriæ servierunt, Fabriciis videlicet & Regulis, & Fabijs, & Scipionibus, & Camillis, cæterisq; talibus, sicut infantibus qui sine Baptismate moriuntur, provisuri estis aliquem locum inter damnationem, regnumq; cœlorum: ubi non sunt in miseria, sed in beatitudine sempiterna, qui Deo non placuerunt, cui sine fide placere impossibile est, quam nec in operibus, nec corde habuerunt? Nec opinor perditionem vestram usq; ad istam posse impudentiam prosilire in cœlo vacuo fecit quidni etiam in Ecclesiâ?* Si hîc solus staret Zvvinglius sine hyperaspiste, si omnes sentirent quod Bucerus qui in epist. ad Bullingerum perscripta anno. 1544. Zvvinglii delirum dogma horrendum vocavit, ex quo gravia scelera nascantur quæ epicureismo faveant, vid. D. Papp. refut. Bipont. relat. p 108. quod Rivetus, qui hæc excidisse Zvvinglio scribit & improbat in Ps. 16. p. 103. quod Gerhard. Vossius l. 3. histor. Pelag. part. 3. p. 376. & quod Joh. Croc. in coment. potest. paci sacro p. 701.

Quic-

*Quicquid sit ajens, erraverit Zvvinglius: dispungatur igitur & deleatur error ex hominũmemoria,* Totus hic præteriri potuisset: sed quia sunt qui apologias adornarunt, & convitia nostratibus dixêre, non potest hic taceri. Sententia extat in expositione fidei ad Regem Galliæ, *aureo sc. libro* (arbitro Pareo in Iren. cap. 28. p. 245.) part. 2. oper. polem. fol. 559. *Hic tibi sperandum est, ô piissime Rex, si modo instar Davidis, Ezechiæ, & Iosiæ rerum summam tibi à Deo concreditam moderatus fueris, visurum esse, primum Numen ipsum in sua substantia, in sua specie, cumq; universis dotibus opibusq; illius; fruiturumq; his omnibus, non parcè, sed ad satietatem, non ad fastidium, quod ferme comitatur saturitatem, sed ad jucundum implectionem, &c. Deinde, sperandum est tibi, visurum esse Sanctorum, prudentium, Fidelium, constantium, fortium, virtuosorum omnium, quicunque à condito mundo fuerunt, sodalitatem, cœtum & contubernium. Hîc duos Adam, redemptum ac redemptorem; Hic Abelem, Enochum, Noam, Abrahamum, Isaacum, Iacobum, ac Deiparam virginem, de qua ille præcinuit, Davidem, Ezechiam, Iosiam, Baptistam, Petrum, Paulum; Hîc Herculem, Theseum, Socratem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones; hic antecessores tuos, & quotquot in fide hinc migrarunt, majores tuos videbis. Et summatim, non fuit vir bonus, non erit mens sancta, non fidelis anima, ab ipso mundi exordio, usq; ad eius consummationem, quem non sis isthic cum Deo visurus.*

Hæc *Zvvinglius* factus pro patriâ exanimis,

pro pietate cinis, ut de eo canit Beza. habes hîc sinum non Ecclesiæ solum sed & cœli laxatum Socrati: habes fidem ex lumine rationis, aliunde enim haberi non potuit, inter istas talpas lumine revelationis destitutas. Ita enim Zvvinglii Armiger *Rudolph. Gualther.* in apol. Zvvinglii qui per verbum (de quo Esai. 55. 11.) non Mosaicam modo legem vult intelligi aut Prophetarum scripta, sed omnem illam Methodū, omnes rationes & suggestiones, tàm Externas, quam Internas, quibus homines in Dei cognitionem pertrahi possunt. Imò (quod sequitur) illud γνωστὸν τοῦ Θεοῦ de quo Apostolus Rom. 1. quo si heroes illi salvati sunt, lumine naturæ ad cœlos sunt perducti. habes denique Syncretismum cum Papæis nonnullis citatis in Christeid. p. 695. conf. Cramer. classi. 4. schol. proph. p. 24. Jacob. Laurent. l. cit. pag. 21. Quid hîc stomachabundi hyperaspistæ? convitia jaciunt, apologias concinnant, remunerantur sycophantiam falsam, ut ajunt, sycophantiâ verâ, *finite*, inquit Gualtherus, *quæso, ô fratres, ut & ipse penes vos pro Zvvinglio verba faciam; Sic enim fore spero, ut videatis, Nihil Hic ab illo vel Temere vel impiè contra Scripturas sacras traditum esse.* Pareus in Irenic. c. 28. p. 245. si inquit, *nævum hunc habet Zvvinglius expungatur sane, & condonetur ei. Sed non esse Nævum Zvvinglij, sed esse calumniam malevolorum, alij jam pridem ostenderunt. Heroibus enim illis Zvvinglius DEI conspectum tribuit sub conditione, si quidem in fide*

hinc

*hinc migraverunt. Injuria fit Zvvinglio* (ait Jacob. Laurent. l. cit. pag. 18.) *& manifesta calumnia est. atrocem injuriam vocat* D. Zvvinger. in defens. Calvin. pag. 152. Vedel. in ration. Theolog. his invehitur verbis l. 1. cap. 9. p. 106. *Nec Zvvinglius, nec Gualtherus, nec Bullingerus unquam dixerunt, quenquam ex lumine naturæ salvatum esse: sed per fidem omnes servari, quotquot ad salutem pervenunt, prout manifestè apparet ex illis ipsis Zvvinglij verbis, ex quibus ansam accusationis hujus vulgo arripuerunt. Ait enim: Et quotquot in fide hic migrarunt. Nec unquam Zvvinglius dixit, fidem ex Philosophicis rationibus in animis Ethnicorum natam esse. Sed de bonitate DEI erga Heroas ac sapientes viros id sibi promisit Zvvinglius, eum secretâ quadam vi, & speciali gratiâ supernaturali, fidei scintillam aliquam in ipsis accendisse.* Eadem canit Masson. part. 3. cap. 25. Ἀνάδωρον vero quo nostros remuneratur Pareus l. cit. sic habet è Lutheri conviv. mensalib. *Cicero* ein weisser vnd fleissiger Mann/ hat viel gelitten vnd gethan/ ich hoffe Gott werde jhm vnd seines gleichen gnädig seyn. & ibid. *An nesciunt* (*protestantes*) *Brentzium non modo Numam, Scipiones, Catones, sed Satanam ipsum, omnesq; Diabolorum familias in Cœlo collocasse? Utrum vero Christianus, heroes, an Satanam in Cœlum reciperet?* Crocius in assert. August. confess. pag. 93. D. Mentzerum quoque ad has partes raptat, cum enim in Exegesi iste scripsisset, neque *Exclusiva sola vel gratiam Dei excludit* (*in qua fiducialiter apprehendenda fides justificans unice occupatur.*)

*patur.) vel Christum ejusq; meritum (in quo fides ipsa fundatur) vel Evangelium & Sacramenta (quæ per fidem Spiritus Sanctus efficit & generat, & sine quibus Ordinariè gigni & conservari fides non potest) sed quidvis aliud, præter jam dicta. Cur enim dicis,* pergit Crocius, *Ordinarie, si non agnoscis, Deũ etiam sine verbo & Sacramentis Extraordinariè, in quibuscunq; vult, fidem procreare & cõservare posse? Si hoc agnoscis, quid Zwinglium hac de re perstringis?* At Zwinglii Phrasis non est hypothetica, sed clarè Categorica. Tò *quotquot* nec hypothetica nota est, nec aliò detortum sensui Zwinglii congruit: nec cum antecedentibus Ethnicis (sed Majoribus Regibus Christianissimis) cohæret: nec si hypothseως nota esset & cohæreret, militat, sed causam prodit. Mam si τὸ quotquot cohæret cum heroibus Ethnicis, tum supponit inter enumeratos, si non omnes, saltem aliquot in fide decessisse, consequentet sanctos fuisse: deinde si sub conditione dixit Zwinglius, ineptiit; perinde ac si dicas, bos, equus, canis, asinus & similes quadrupedes volabunt, quotquot ex iis habẽt pennas. Sanè ex Zwinglii mente illi heroes etiam sine fide potuerunt salvari, ita enim ille scribit l. 1. De provid. DEI part. 1. oper. fol. 370. Quo fit, ut qui electi sunt, & ad fidei cognitionem non veniunt, quomodo infantes: nihilominus æternam beatitudinem adipiscantur. & ibid. non est igitur Universale, quod qui fidem non habeat, damnetur, sed qui fidei Rationem ex-

nem exponi audivit, & in perfidiâ perstat ac moritur, hunc possumus fortasse inter miseros abjicere. *& mox*, cum enim Gentes, quæ legem non habent, natura quæ legis sunt, faciunt, jam sibi ipsis lex sunt, quantumvis legem non habeant, ostendunt enim opus legis cordibus suis inscriptum esse, &c. Nihil enim vetat, quominus inter gentes quoque Deus sibi deligat, qui sese revereantur, qui observent, & post fata illi jugantur. Libera est enim electio ejus. Ego certè malim, si optio detur Socratis aut Senecæ sortem eligere, qui ut Numen unū agnoverunt, ita mentis puritate fategerunt illud demereri, quam aut Pontificis Romani, qui tamen se Deum vel ipse indicaret, si licitator adsit: aut cujusquam Regis, Imperatoris ac Principis, qui hunc ficulnum Deum tuetur. Illi enim ut Religionem ad verbum & quod ad Sacramenta pertinet, non agnoverint, attamen quod ad rem ipsam, ajo religiosiores ac sanctiores fuisse, quam omnes unquam Dominicasti & Franciscani. Esto autem fidei supernaturalis extraordinarias scintillas supposuerit Zvvinglius, tamen sic lutum luto purgabitur. Ubi enim in S. Codice promissio de gentilibus ἀγεάφῳ luce salvandis? Fides ex auditu. Sycophantica sunt, quæ è Lutheri symposiacis afferuntur, quæ nec nos tueri tanquam σπωράδην à manu peregrina consarcinata tenemur: *probatio Serarij*, (ita censet Voëtius part. 1. select.

Coll. theol. pag. 997.) *ex sympoſiacis Lutheri nulla eſt: quia non eſt liber Lutheri, nec unquam ab illo viſus,* nec ſi vellemus, deeſſet apologia ex contextu reliquorū verborum malitioſè à Pareo truncatorum, ſic enim ſequitur wiewol vns nicht gebühret / daß gewiß zu ſagen / noch zu definiren vnd ſchlieſſen / ſondern ſollen bey dem Wort / daß vns offenbahret iſt bleiben / Wer glaubt vnd getaufft wird / der wird ſeelig. Nec meliori fide Brentii tractatur ſententia, qui in Tom. 8. oper. pag. 960. *Vt Cingliani ſcribit, iterum habeant, quod pro ipſorum ingenio exagitare poſſint, cœlum illud eâ eſt conditione, ut in eo non tantùm ſancti homines, verum etiam Satan & Angeli ejus inveniantur. Si ſcilic. cœlum (non de ſtatu ſed) circumſcripto loco accipias,* confert ibid. hiſtoriam Jobi & 1. Reg. 22. D. Mentzerus ſupponit poſſe Deum extra ordinem fidem donare infantibus ſcil. fidelium non baptizatis, non dicit velle adultis, non donaſſe gentilibus. Igitur non male auctor Vedelii Raphodi ſcribit p. m. *52. diſtinctionibus eludere & fucare tantundem eſſe, atq; ſepiæ atramentum addere aut ſoli tenebras obducere. Conferatur rationale Theologicum & ſcripta eorum, qui id tentarunt, & apparebit, eos cum ratione inſanire, ſimulque ingenium ſuum ac tempus dilapidare voluiſſe.* vide Chriſteid. act. 1. pag. 306.

§ 13. Exoſa eſt Romana Synagoga, Ita enim de illa Polan. l. 7. Syntagm. c. 8. pag. 3449. *Romanam Eccleſiam collectivam agnoſcimus pro Eccleſia Chriſti*

*Christi: repræsentativam negamus, quum sit illud corpus Pseudoprophetæ, qui in domum Dei involavit. Quia non pascit, sed depascit & deglubit: non ducit, sed seducit, & rapit gregē; non institutione justa, sed violenta usurpatione. Proinde quum hodiernam Romanam Ecclesia sit impurissima, Papana autem Ecclesia sit Babylon illa spiritualis, est omnino deserenda, sicut Spiritus Dei jubet Apocal. 18. 4. Exite ex ea populē mi.* At Symbolicâ qualitate in ipsis fundamentis ei affinis, socia, & consanguinea est, Calvini mandra verò, id quod in fine hujus hodomoriæ claro parallelismo ostendetur. Quorsum illud Alstedii? cum quærit in summa Cas. consc. cap. 27. *An hodierna Ecclesia Rom. sit vera Ecclesia? respondet, est sane Ecclesia Christi sed omnium impurissima.* Et mox, *an aliquis bonâ conscientiâ possit se aggregare Ecclesiæ impuræ?* respondet, *si non possumus nos adjungere Ecclesiæ puræ, satius est ad impuram accedere, vel in eâ manere quàm esse extra Ecclesiam.* Lutherana Ecclesia audit hæretica ab Amesio Eutychiana &c. ut habuimus supra in proëmio. Damnanda, Ita enim Georg. Hanfeld. im Wegweiser fol. 411. productus à Theologis Hassiacis in præfat. der gründlichen Außführung p. 16. die Ubiquitisten/ (so lästert er vns) werden ewig verlohren seyn/ daß sie deß wahren vnd ewigen Gottes verfählen/ vnd einen newen Gott in der menschlichen Natur Christi verehren wollen. Pfui/ Pfui/ es ist gewis eine Verläugnung der wahren ewigen Allmacht vnd Gottheit/ vñ eine frembde vnd newe

erdichtete Gottheit / die weder Trost noch Leben / sonderen denewigen Tod vnd Jünsternus zeyget. Eadem damnat cum Arminianis Synodali judidio anathematizatis, quorum Syncretismum à se amolitur, Amyraldus in epist. dedic. Defens. Doctr. Cathol. & Amyraldo scismatico (etsi aliter ac illa) absolutum Decretum phraseologiæ imitatione præ se fert (quoties tamen apparet illud Combachii l. de commun. idiomatos c. 5. *nos quidem à phrasi seu modo loquendi non abhorremus*; *à sensu tamen horum hominum absumus largißimè*) Ea tamen fraternitatem nostræ fidei consanguineam jactat, ambit, syncretismo obducit.

§ 15. Hic janua nobis aperitur de illa præsumta fraternitate & syncretismi pallio nonnulla proponendi. Alopecismus in nominali elencho declinato supra in proœmio detectus est, alter fraternitas est ac sympolitia in Regno Christi nobis obtrusa. Egit hanc caussam præcipuè olim D. Pareus in Irenico c. 12. pag. 66. subscripsit Massonius part. 1. anatom. cap. 43. pag. 1563. D. Joh. Crocius in comm. protest. sacro. c. 43. pag. 582. *contendit fratres esse Lutheranos sed longo tempore dißidentes, negat suos fraternitatem ambijsse, optasse tamen semper; prius hisce verbis.* pag. 582. *Nihil obstat*, quo minus aliqui petant haberi fratres, qui sunt, quia non habentur pro fratribus, durè habentur. Jacob suo nos id docet exemplo. Erat Esavi frater. Minis tamen ejus territus

territus fugiebat in Mesopotamiam: In Patriã reversurus animum demulcere conatur donis, an propitius ipsum accipiat vultu. Nonne petebat haberi frater? Et tamen jure naturæ, jam pridem fuerat. Ita quoque in Ecclesia. Alienantur à se invicem, qui jure sunt fratres. Non semper utrinque agnoscunt. Non ideo cessant esse fratres. Audi Augustinum Tomo octavo Operum in Psal. 32. de schismaticis dicit: Doleamus illos fratres, tanquam fratres nostros: velint, nolint, fratres nostri sunt. Tunc desinent esse fratres nostri, si desierint dicere, Pater noster. Dixit de quibusdam Propheta; His qui dicunt vobis, non estis fratres nostri, dicite, fratres nostri estis. Legite Apostolum, & videte, quia fratres, quando dicit Apostolus sine aliquo additamento, non vult intelligere nisi Christianos. Isti ergo qui dicunt, non estis fratres nostri: paganos nos dicunt. Ideo enim & rebaptizare nos volunt dicentes nos habere, quod dant. Unde consequens est error illorum, ut negent nos fratres suos esse. Sed quare nobis dixit Propheta, vos dicite illis, fratres nostri estis, nisi quia nos in eis agnoscimus, quod non requirimus? Dicunt illi, quid nos quæritis, quid nos vultis? Respondemus fratres nostri estis. Dicant, ite à nobis, non vobis cum habemus rationem. *Nos prorsus vobiscum rationem habemus, unum Christum confitemur, in uno corpore, sub uno capite esse debemus.* Posterius his

verbis, quod dicitur *Calvinianos* (pag. 583.) ambire Lutheranorum fraternitatem & ab iis petere, id inane est figmentum. At Philippus testis, Zvvinglium & Oecolampadium in colloquio Marpurgensi petiisse; testis Lutherus, petiisse cum lachrymis Zvvinglium. Zvvinglius & superioris Germaniæ Theologi optârunt pacem & concordiam. Obtulerunt Saxonicis fraternitatem, ostendere parati, teneri vicissim Saxonicos ipsos fratres agnoscere, Negant, se petiisse, ut fratrum numero inscribantur. Nec gravabantur Hassi agnoscere. Sed Lutherus obfirmabat animum. Utra pars rectius sibi & Ecclesiæ consuluerit, posteritas si quæ futura est, & Christus ipse judicabit. Philippum & Lutherum aut non satis intendisse Zvvinglii verbis animum, aut minus probè sensum referre, patet Buceri testimonio. Quod totum ibid. exscribit. Pareus agnoscit, ibid. p. 586. esse fratres, sed longo tempore dissidentes non sine piorum gemitu. Infelix dissidium cum sapientibus & Dei amantibus viris optat componi animosque ad concordiam reduci. & ibid. p. 587. Aliud, inquam, fraternitatem condere, aliud, fratres conciliare. Non illud, sed hoc animæ piæ pacisque cupidissimæ fuit curę toto Irenico. Eadem mens, idem studium Heydelbergensium, quos inter Venerandus ille senex D. Pareus eminebat. Fideli sua admonitione non fraternitatem inire, sed fratres universos

sos per Germaniam ad officia fraterna invitare voluerunt. *Patet ab inscriptione & compellatione.* Inscriptio sic habet; Trewhertzige Vermahnung der Pfältzischen Kirchen an alle andere Evangelische Kirchen in Teutschland. Compellatio sic: Lieben Brüder / jhr alle die jhr den Namen Jesu mit vns anruffet / vnd so wol als wir / durch seine Tod vnd Blutvergiessen begehret seelig zu werden. Idem Crocios l. cit. c. 25. p. 335. ex harmoniâ Confessionum anno 1582. edita harmoniam Christianam jucundè ad oculum refulgere scribit, addit ib. syntagma quod anno 1622. prodiit. D. Bergius in Tractat. Daß die Wort Christi noch fest. c. 19. conatur impedimenta fraternitatis consuendæ amoliri.

Utitur exemplo Pauli pro clypeo, qui Galatas errabundos licet, tamen fratrum nomine dignatur; ita & nostram se ambire fraternitatem, præ se fert ignosci nostris erroribus non fundamentalibus, ex inadvertentiâ consequentiarum & infirmitate natis. Confer eundem Bergium in tract. vom Vnderscheid der Vergleichung der Evangelischen / Item kurtzen anhang deß außführlichen berichts Masson. part. 1. pag. 208 Ex quâ sympolitiæ fiduciâ factum, ut in Synodo nationali Charentonicâ anno. 1631. decretum hujusmodi prodierit. *Cum Ecclesiæ Confessionis Augustanæ conveniant cum alijs Reformatis in principijs & punctis fundamentatibus Religionis, statuit Synodus, fideles dictæ confessionis posse, nullâ præ-*

*præmissa abjuratione opinionum, quas tenent contrariarum fidei dictarum Ecclesiarum nostrarum, admitti ad cœnam.* Confer Sigalionem nostrum pag. 156.

ELENCHUS Syncretismi.

§ 16. Consilium est ἀχ' ὑμὲς, utpote 1. superstructum æternate falso, de Fraternitate animo conceptâ, quæ nulla est, quia caret fundamento fraternitatis consanguinitate fidei. non sunt illi ex nobis. 1. Joh. 2. Ex nobis esse, est nostri sanguinis, nostræ indolis esse. Nostri sunt, qui nostram Catechesin, nostram fidem fundamentalem, nostram Augustanam confessionem, & Formulam Concordiæ in eo sensu, quê illorum Symbolicorum librorum concinnatores ex Scripturâ Sacrâ expositêre, recipiunt, sequuntur, tenent, quales non sunt illi, qui sunt de parte Calvini. παρεγνύσεως loco hæc tantum degustanda propinamus anomala. Calvinianum spiritum Deo tribuere caussam peccati infra ostendetur; at hoc esse in fundamento errare fatetur Mares. part. 2. de Antichristo. cap. 10. ajunt semel justificatos fidem & Sp. S. amittere non posse. at hoc dogma in Anabaptistis damnat Aug. Conf. art. 1. Iidem denegant carni Christi omnipræsentiam, at hæc est res fundamenti teste Piscat. ad Matth. 24. Lehr. 7. ob ubiquitatem nos hæreseως damnant. Ames l. 4. de consc. c. 4. n. 11. adde condemnationes alias apud Würtenberg. in præfat. refut. orthod. consens. Nicol. Hunn. διασκ. p. 421.

D. Hül-

D. Hülsem. Calv. irreconc. pag. 52. usque ad pag. 53. qui elenchus aut justus est, & legitimus, aut sophisticus: si legitimus, non convenimus; si sophisticus, Ergo illorum libri symbolici sunt erronei, ac digni, qui in spongiam deletilem incumbant. præcipuè huc pertinet error Sacramentarius. Solus articulus. X. (ut nihil nunc de aliis dicam) testis est luculentus, conceptus non de paleâ, aut asini umbrâ, sed re summi momenti, in qua solatii Evangelici quasi apex continetur, nimirum *victimâ pro nobis traditâ*, epulo Sacramentali, ore corporis manducando, ut ad summum amorem (qui affectus unionis est) in Christo, ad sumam consolationem in nobis nihil desit. dicent doctrinam de S. Domini cœnâ ad suum fundamentum non pertinere, refutabuntur ex omnibus (ita D. Mentz. contra Croc. pag. 11.) libris Catechetici, ipsorum etiam Calvinianorum, in quibus inter præcipua religionis capita doctrina illa recitatur. nam ipsius divini fœderis sigilla sunt sacramenta: à quorum usu arcentur extranei, & excommunicati: unde constat Thesaurum hunc esse Ecclesiæ proprium, & extra eam nuspiam inveniri, adeoque certum est, in eo ipsam medullam Religionis contineri. *Idq; suo facto Zvvingliani ipsi demonstrarunt, facta secessione: cuius caussa, si fundamentum ipsum Religionis non attigisset, excusari ea temeritas nulla modo posset.* Sane Pareo ibid. pag. 84. Judice in Irenico

pag.

pag. 29.342. dogma de invisibili Christi corpore, in orbiculo panis latente, fundamentum lædit gravissimè: Articulus *intimatus in vernacula* lingua, (in qua singulari fato conservatum censet D. Mylius Comment. in A. C. ad h. artic. pag. 162.) sic habet: vom Abendmahl deß Herren wird also gelehret / daß wahrer Leib vnd Blut Christi warhafftiglich vnder der Gestalt deß Brodts / vnd Weins im Abendmahl gegenwertig sey / vnd da außgetheilet vnd genommen wird / derohalben wird auch die Gegen-Lehr verworffen. Larina vetus sic proponit: *De Cœnâ Domini docent; quod corpus & sanguis Christi verè adsint & distribuantur vescentibus in Cœnâ Domini, & improbant secus docentes.* Ubi Elenchus oppositus non est accidentalis solum, adque substantiam articuli non pertinens, ut contendit D. Crocius l. cit. pag. 528. cap. 37. sed clarè satis Zvvinglianam in Sacramento corporis ἀπουσίαν perstringit. In variata pro verbis istis: *Quod corpus & sanguis Domini verè adsint & distribuantur*; supposita sunt hæc: *quod cum pane & vino verè exhibeantur corpus & sanguis Christi*; retracta insuper prorsus appendice illa antithetica: *& improbant secus* docentes. Consilium mutationis aperit D. Mylius l. cit. pag. 162. *Quam ad rem apposita maxime videbatur talis aliqua Confessionis formula, cui subscribere quam plurimi possent, quæq; licet diversissimarum religionum sententias non exprimeret, non tamen easdem damnaret etiam, sed cothurni*

instar

*instar diversis pedibus aptari posset.* nec abludit Joh. Sturm. in Anti-Pappo. 4. pag. 19. *hanc concordiam principes nostri diu optaverāt, & hâc de caussa lenior de de Cœnâ Domini sententia in Confessione Augustanâ posita fuit, ut exteræ Ecclesiæ facilius reconciliari possent.* Quanto rectius idem D. Mylius in loc. cit. p. 163. *Debent in Theologiâ Confessiones se habere sicut ὅροι, atq; definitionis in Logicâ, quæ non tantum rerum propriarū nihil omittant, sed alienarum etiam nihil admittant: imò limitatum instar esse debent, qui diversorum Dominiorum fines exactè discernant.* In X. hoc articulo intimato attendenda sunt. 1. *Verborum sonus,* qui ut per sè non nisi unum habent sensum, ita si permittatur *ingeniorum lusibus*, ex accidente rapitur in sententiam Zvvinglianam. Ita enim nuperrimè D. Johann. Croc. in Comment. protestant. paci sacro cap. 14. p. 140. 2. *διάνοια, quæ est anima* verborum, tenenda è Scripturæ fontibus, propria vocum significatione & interpretatione eorum, qui constanter & indubitanter huic Confessioni adhæserunt. Fontem Scripturæ hausimus alibi in μυσηειοσοφ. sect. 2. art. 4. Propria phraseōs (τῆς verè adesse) significatio est verissimæ ac propriissimæ præsentiæ, quæ coram intellectu divino, & conceptu humano, naturali, primo, non artificiosè inclinato, præsentia est: ad cujus formalem rationem omnino pertinet Indistantia, quâ sine præsentiam fingere est insomnium fingere sine somno. Item propria significatio distributio-

butionis vescentibus factæ, est comestionis oralis. Sicut cum dicitur verbum Evangelii prædicari audientibus, nemo id aliter *primore conceptu* intelligere potest, quam ut auribus audiatur, non solum spiritualibus, sed & corporalibus. Quam igitur absurda est D. Crocii tergiversatio cap. 63. pag. 829. Quod, cum scribit, *exhibeantur ori communicantium, non inveniunt in Sacrâ Scriptura, non in Augustana Confessione eiusq; Apologia; credere igitur non tenentur.* perinde ac si Petrus ad mandatum (vescere) Act. 10. 13. non debuisset credere, sibi ore edendum esse, quia non expresse dictum, vescere ore: an alio organo comesturus erat? Denique interpretatio extat in Apolog. Augustinę Confessionis his verbis: *Decimus articulus approbatus est, in quo confitemur, nos sentire, quod in Cœnâ Domini verè & substantialiter adsint corpus & sanguis Christi, & verè exhibeantur cum illis rebus, quæ videntur, pane & vino his qui Sacrramentum accipiunt. Hanc sententiam constanter defendimus, re diligenter inquisita & agitatâ. Cum enim Paulus dicat, panem esse participationem corporis Domini &c. sequetur panem non esse participationem corporis, sed tantum Spiritus Christi, si (sensu Zvvingliano) non adesset verè corpus Domini.* At (quæ instantia est D. Joh. Crocii l. cit. c 63. pag. 827.) *non obscure corrumpunt sensum Confessionis & Apologiæ genuinum. Hæc non asserit, corpus est in pane, sed in Cœnâ, pro quâ illi panem substituunt: cum aliud sit in pane esse, aliud in Cœnâ: Panis enim non est tota*

Cœnâ

*Cœnâ ; quippe constat Symbolis & verbo promißionis. Vnde omnes pij facile intelligunt, quicquid est in verbo promißionis præsens, id æque esse in Cœnâ præsens, ac quod exiſtit in pane. Cæterum noſtrates non negant, corpus & ſanguinem Chriſti in Cœnâ adeſſe ſubſtantialiter & corporaliter, ſi non modus, ſed ſubjectum præſentiæ iſtis notetur vocibus. Neque enim in mentem illis unquam venit, ſolam virtutis, ſeu operationis, & ſpiritus præſentiam aſſerere, quo inſaniæ poſt multos Selneccerum abripuit calumniandi libido, in declaratione articulorum controverſorum ex forma Concordiæ ann. 1598. edita.* pag. 41. *Imo ipſam ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti in Cœnâ nobis exhiberi, credunt & docent noſtrates.* Vana inſtantia! nam qui fatetur præſentiam corporis Chriſti in Cœnâ, fatetur in pane. non enim fatetur præſentiam immediatam. non in vino (niſi concomitantiam velis) igitur in pane: cum non aliis, quã his elementis Sacra Cœna conſtet. Quam autem falſum ſit quod ſcribit D. Croc. aſſeri revera à ſuis ſubſtantiæ corporis Chriſti, negari ſolam virtutis, & operationis præſentiam, infra oſtendemus. Accedit altera expoſitio Aug. Confeſſ. in art. Smalcald. 6. p. 330. *De Sacramento altaris ſentimus, panem & vinum in Cœna eſſe verum corpus & Sanguinem Chriſti, & non tantum dari & ſumi à pijs, ſed etiam ab impijs Chriſtianis.* Omitto commentarios ac interpretationes eorum, qui non tam per correſpondentiam, ſed & per obligationẽ (ita enim diſtinxit nuper idem Joh. Croc. in comment.

citat. cap. 4. pag. 35.) eamque per omnia (nam confessio catena est, è qua si annulum moveris labant omnia) seriam, sinceram, ex agnitâ veritatis luce convincentem, Confessioni Augustanæ subscripsere. Unde liquidò sequitur, qui hunc sensum Augustanæ confessionis rejicit, & contrarium substituit, non esse illum verum & genuinum horunce castrorũ socium. Instat Crocius l. cit. cap. 37. pag. 530. *Non mox desinit esse Confessionis socius, qui in uno forte articulo aliam tenet verborum sensum, quam Electores & Principes offerentes. Testantur Electores & Ordines protestantes coram Cæsare in Comitijs Augustanis, in causa Palatini Septemviri, quem in uno articulo judicabant non tenere verum sensum: non tamen negabant socium; imo agnoscebant. Nolebant excludere. Quid? in articulo. 19. omnes Principes eundem tenuerunt sensum, sempore oblatæ Confessionis. Philippus Landgravius diversis verbis testatur, sensum, quem alij nonnulli sequerentur, sibi non satisfacere.* At ingens differentia inter hæc duo, primum de sensu doctrinæ adhuc initio luctantis, nondum clarissimè illustratæ ac vindicatæ, plenissimum assensum sustinere, item agnoscere socium ex bonâ spe plenissimi assensus: & alterum sensum nunc clarissimè illustratum, ac vindicatum plenissimo dissensu rejicere, & omnem consensionis spem decoquere. Quod his, qui è tenebricoso carcere ad lucis splendorem primum reducuntur, contingit, ut non tàm clarè omnia perspiciant,

ſpiciant, ac ii, qui in mero meridie verſantur, aut verſari poſſunt, debentque; idèm accidit nuper è carcere Babylonio liberatis, de quo carcere (utilem nobis in hoc argumento) ſententiam adſcribimus D. Spanhemii è part. 3. dub. dub. Evang. dub. 96. *Diſtinguenda tempora captivitatis, à temporibus liberationis, nec oſtio aperto facere licet, quod licebat illo operto & clauſo. Palpationi locus in tenebris, non in luce. nec illic inter leproſos & peſtilenti afflatu correptos vivendum, quibus inter ſanos vivere licet; nec hic tentandus Deus voluntaria & perniciosa cunctatione.* Adde judicium Vedelii è part. 4. Arcan. Arminianiſmi. l. 2. cap. 4. pag. 158. *Verbum Dei præſcribit, ut tolerentur non omnes errantes, etiam in non fundamentalibus, ſed errantes tantum infirmi. Rom. 14. cap. per tot. & c. 15. 1. 2. 3. 5. 6. 7. Infirmi autem errantes ſunt, qui ex Eccleſia falſa aut cœtu alio infidelium, ut Ethnicorum, prodierunt, & ex graviſſimo morbo prodeuntes, ex denſiſſimis errorum & ignorantiæ tenebris emergentes, adhuc aliquid erroris reliquum habent, non ſecus, ac qui ex longo & graviſſimo morbo convaluerunt, diu adhuc mali reliquias aliquas, & ſpeciatim languorem circumferunt.* Idem liquet. II. è Confeſſorum declaratione, quæ Zvvinglianos tunc actu excluſit, cùm à ſua confeſſione, tùm à fraternitatis nomine. Illud ἀνάθεσι (improbant ſecus docentes) Quos verò? qui ſive nuda ſigna ponunt, ſive ſolius Spiritus, & efficaciæ communionem agnoſcunt, & ſubſtantiæ corporis & ſanguinis Chriſti participationem

impugnant. Hoc autem adhuc hodie facere, qui Zvvinglii placita sequuntur, demonstrabimus infra. *Isti*, ait, noster D. Joh. Papp. in Comment artic. 10. pag. 156. *cum peculiares fidei confessiones Imperatori Carolo obtulissent, per secus docentes hoc loco intelligendi sunt, quemadmodum de quatuor civitatibus Argentina, Constantia, Memminga, Lindavio, Sleidanus expresè ait: de Cœna Domini non idem hi, quod Saxones atq; socij sentiebant. Miserat & Zvvinglius typis expressam Confessionem, quam Philippus tunc judicavit Helvetico magis, quam Christiano spiritu scriptam esse. Hoc vero Epistola ad Philipp. Landgrav. à Philippo & Brentio data ex Augusta Vindelic.* Anno. 1530. Exemplar recudit D. Sigvvart. in admonit. Christ. de Irenico. l. 2. cap. 9. p. 269. ubi inter alia pag. 270. *Neq; etiam opus est ad omnia respondere: quod ad fraternitatem attinet, fortassis Christiani, qui aliquo errore impliciti sunt, nec tamen pertinaciter errorem defendunt, ut fratres tolerari possunt, ut & ipse Servator Christus Discipulos suos tolerabat: qui doctrinam falsam non modo inducunt in Ecclesiam, sed etiam defendunt, pro fratribus agnoscendi non sunt. Nullo enim modo falsæ doctrinæ assentiendum est*, III. E Confessionis Tetrapolitanæ, & Confessorum separatione. De illa testatur collatio & detectio cothurni instituti à nostro D. Huttero in Iren. p. 369. & seqq. Adde Bedencken deß Kirchen-Convents zu Straßburg apud Dedeck. volum. 1 Consil. sect. 6. pag. 95. & seqq. vide Kirchen-Ordnung. pag. 27. de hâc pag. 23. testatur Recèl-

Recessus Imperii his verbis: *Civitates illas quatuor, quæ singularem, & diversam ab Augustanâ Confessione obtulerunt, separasse sese in Confessione fidei, non solum à cæteris omnibus, Liberis Imperijq; Civitatibus, sed ab omni populo Christiano per errorem de Sacramento Eucharistiæ, & Iconoclast.* Reichs-Abschied. Anno. 1530. §. folgends haben vns. Unde nec sine recantatione recepti in societatem. vide D. Pappum in Comment. Aug. Confess. pag. 156. D. Hutter. l. c. pag. 401. 407. & pag. 169. & seqq. IV. è confessionis Augustanæ facta à Doctoribus Reformatis oppugnatione. Exempla edidit D. Hutter. in Irenico. c. 28. art. 18. p. 364. Colophonis loco subjungimus ex actis Synod. Dordracenæ. pag. 122. sententiam Synodi defensiv. *In Germania Doctores Nostri pacem & fraternitatem Ecclesiis Lutheranis quidem obtulerunt; sed eorum Confessionem nunquam receperunt, nec se pro Doctoribus Lutheranis haberi postularunt, nec unquam in hoc consenserunt, ut Lutheranorum opinio in templis suis doceatur.*

§ 14. Idem Consilium Syncretismi jam olim prædamnatum est à D. Johanne ep. 2. v. 10. *si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum, nec ave dixeritis,* qui enim ei *dicit ave communicat operibus eius malis.* Cujusmodi salutatio cum osculo sancto & amico conjuncta fuit Rom. 16. 16. Cor. 16. 20. 2 Cor. 13. 2. Confer Justin. apolog. 2. Igitur ut Dominus in horto oliveti è domo suâ profugum Judam sustinuit

quidem salutantem & osculantem, sed amœbæâ ac mutua salutatione & basiatione non est dignatus; ita simili exemplo veritatis cœlestis transfugas tractari vult Apostolus. *Quomodo* (ita quærit Amesius l. 4. consc. cas. 5. n. 8.) *intelligendum est illud 2. Ioh. 10. ne ave ei dicite?* Respondet *de Apostatis & hæreticis præcipuè &c.* Olet præterea prænominatum Consilium suum fontem Græciam mendaciorum patriam, in quam Tullius pro Flacco, testimoniorũ fidem & Religionem nunquam ista natio coluit. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. originem hanc agnoscit Pareus in Iren. cap. 14. pag. 78. Redolet gentilissimum ac in eo theologiam politicâ Romanorum, ubi sapientes Scholas habuere dissentiétes sed communia templa vide August. l. 1. C. D. c. 10. l. 6. c. 4. l. de verâ relig. c. 1. & 2. Olet aulicam Religionem Herodis semi-Judæi apud Calvin. in harm. pag. 284 Olet Pseudo-Apostolicum fermentum, de quo in nostro Sigalione pag. 105. & seqq Confer Maresius l. 2. Antichr. revel. pag. 241. Olet hæreticorum placita proposita in Mysterio Syncretismi pag. 12. & seqq. Spirat Interimisticam Religionem, eandem moliri hodie Religionũ conciliatores agnoscit Spanhem. in ep. ad Cottier. pag. 141. ubi addit, Ut Sol suam ecliptican ita filios Dei doctrinæ in verbo, præscriptæ lineam sequi. & mox, obliquantur vela in rebus humanis, non item in negotio Religionis. Dissuadet ipse Calvinus aliquo-

aliquoties præcipue in harm. Evang. pag. 221. *Hic enim omnibus apostatis mos est, mixturam aliquam comminisci, ut surgat nova religio quæ priorem aboleat. Quoniam Herodes principia veræ & antiquæ pietatis astutè subvertere moliebatur, ut ea demum valeret religio, quæ ad eius tyrannidem maximè apta foret: imo quia novum quendam Iudaismum inducere tentabat: Non sine causa Dominus ab eius quoque fermento caveri iubet: nam sicuti ex templo Dei spargebant errores suos scribæ: Ita Herodis aula ad fabricandos alios errores alia Sathanæ officina erat. Sicut hodie in Papatu videmus non in templis modo, & Sophistarum ac Monachorum antris Anti-Christum suas fallacias vomere: sed aulicæ etiam Theologiæ subsidio fulcire regnum suum, ut ita nihil artificij omittat. Sicut autem tunc præsentibus malis occurrit Christus, & ut quidq3 maximè noxium erat, suorum mentis ad id cavendum excitavit: hoc exemplo moniti prudenter hodie expendere discamus quænam corruptelæ nobis officere possint. Citius ignis aquæ miscebitur quam ut Papæ figmenta cum Evangelio quis conciliet. Itaq3 quisquis se Christo discipulum bona fide addicere cupit, puram ab illis fermentis animam suam servare studeat. Quod si jam imbutus fuerit, eosq3 laboret in se purgando dum nihil fœcis aut sordium amplius in ipso hæreat. Iam vero quia ex alia parte homines turbulenti sanam doctrinam corrumpere varie aggressi sunt, ad cavendas etiam tales fallacias sedulo excubent fideles, ut in azymis veritatis perpetuum paschα celebrent, Quia vero passim jam grassatur Lucianica impietas, nocentissimum fermentum, imo plus-*

*quam lethale virus, ad hanc omnium maximè necessariam cautionem totos suos sensus conferant.*

§ 15. Non aliud pacis ineundæ præsentius efficacius atque sanctius est Remedium, quam gladius oris Dominici convictivus conscientiæ, Hebr. 4. A Prophetis, Christo, Apostolis unicè electus & consecratus, à prisca Ecclesia usurpatus, sicut hæc hujusmodi prolixè pertractavimus in mysterio Syncretismi detecto & Sigalione hyperaspiste. confer D. Hülsem. in Calvinismo irreconcil. Juvat hic apponere Disputationem quam Beza habuit, cum quodam Martino Bellio (è qua multa observes hodiernis Syncretismi studiis contraria) in volum. tract. Theol. p. 85. cum enim Bellius scripsisset, *Credere in Deum Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum, & pietatis præcepta, quæ sunt in sanctis scripturis approbare, aurea est moneta, & auro ipso probatior & exploratior. Sed habet hactenus hæc moneta diversas imagines, dum homines inter se de cœna, de baptismo, & cæteris hujusmodi rebus, id est, (ut initio præfationis, ipsum scribere non puduit) de ipsius Christi statu & officio, quomodo sit unum cum Patre, item de Trinitate, de prædestinatione, de libero arbitrio, de Deo, de angelis, de statu animarum post hanc vitam, dissentiunt: quæ res (ô blasphemiam Bellij & impietatem horrendam!) neque ad salutem per fidem obtinendam usq; adeo cognitu necessariæ sunt, neq; cognosci possunt antequam cor mundum habeamus: neq; si sciantur, hominem reddunt meliorem.* & pag. 97. *Disputatur, in-*

*inquis,*

*quis, non de via qua ad Christum veniri posit, hoc est, de vitæ correctione sed de ipsius Christi statu & officio: Vbi nam sit ipse Christus, quid agat, quomodo sedeat ad dexteram Patris, quomodo sit unum cum Patre: item de Trinitate, de prædestinatione, de libero arbitrio, de Deo, de angelis, de statu animarum post hanc vitam, & cæteris hujusmodi rebus, quæ neque ad salutem per fidem obtinendam usq; adeò cognitu necessariæ sunt: (siquidem sine earum cognitione salvi facti sunt publicani & meretrices) neque cognosci possunt antequam cor mundum habeamus: (siquidem illa videre, est Deum ipsum videre:) neq; si sciamus, reddunt hominem meliorem: quum dixerit Paulus, si sciam omnia mysteria, & charitatem non habeam, nihil sum. Christiani in hoc omnes alios excedunt, quod credunt Iesum Christum esse Dei filium, & mundi Dominum atq; judicem: atq; hoc est omnium Christianorum commune.* Et pag. 102. *De Evangelij & Legis Discrimine, de gratuita remissione peccatorum, de justitiæ Christi imputatione ne quæratur quidem. Perinde enim id est (inquit) ac si quæras venturus sit Princeps aliquis curru an equo, rubro an albo vestitus.* Et Clebergius pag. 113. *Si quis ait, errantem ovem nactus, domum tuam adduceret, quia ovem putaret esse tuam: nonne amares eum propter bonam voluntatem eius, etiamsi ovis tua non esset? Quod si tu quum sis malus, id facis, quid faciet Deus. Nonne eos amabit qui id quod verum esse putant, defenderint bona fide, etiamsi fortè erraverint? nonne eis veniam dabit.* Examinat ista Beza, ibid. pag. 97. *Vobis inquit pietatis summa est veluti tribus gradibus consti-*

tuta: quorum primus est Deum unum fateri cum omnibus gentibus: secundus, Deum illum unum agnoscere cum Turcis & Iudæis, de quo Moses scripsit: Tertius, Iesum Christum credere esse Dei filium, & mundi dominum ac judicem. His attexitus secundæ tabulæ observationem. In hac autem pietatis distributione non modo prætermissa dicimus, quæ præcipua sunt, totum videlicet Evangelij mysterium, sed etiam plurima esse prorsus aliena. Nam si eum habes pro Christiano, id est, pro pio & Religioso, qui tria illa confiteatur: quid causæ est, quo minus Christianissimos esse Diabolos confiteamur? Certè enim multò minus dubitant quam homines, unum esse Deum, & unum quidem de quo Moses scripsit: Christum autem non modo excellentem Prophetam, Spiritum, Verbum, ac virtutem Dei cum Mahumete profitentur, sed etiam filium Dei esse vociferantur, ac proinde mundi dominum ac judicem. Nam illud quoq; adjiciunt, cur venisti ante Tempus torquere nos? Credunt, inquam, hæc omnia, & contremiscunt. Num igitur pij & religiosi? Minimè vero, dices, nam præterea innocentem & integram vitam requiro, id est, ut pietatis præcepta quæ sunt in scripturis appobentur. Ex quo sane videris fidem Christianorum in cognitione historica ponere, & vitæ innocentiam vel ex Philosophiæ præceptis, vel certè ex secundæ tantum Tabulæ observatione metiri, sicut à Christo optimo interprete explicata est: quod utrunque perperam facis, quum fides Christianorum longè aliud sit, quam putes: neq; Philosophia, quæ sint præcipuè virtutes, fides videlicet, invocatio, & Charitas, non quæ vis sed quæ Dei verbo innititur, vel unde petendæ sint,

*sint, vel ad quem finem referenda, explicarit.* Et p. 98. *Cedo vero, fidem Christianorum quomodo definis? quæ scilicet credimus Iesum Christum esse verum Dei filium, mundi dominum ac judicem. Hæc enim est aurea illa tua moneta. De cæteris autem, id est, ut ex multis pauca numerum, de Christi natura, statu & officio, de Trinitate, de justificatione per fidem, quid existimabimus? quid docebitur in Ecclesia? quid sentient fideles? quicquid libuerit. Habet enim hæc moneta diversas imagines, id est, ut Mahumetes ille loquitur. Lex quidem sive fides omnium est una, sed ritus diversorum, nimirum diversi. Auditis hanc blasphemiam Reges, Principes Magistratus? Quam enim isti notitiam in Christianis requirunt (eam nimirum qua, non intellecto Christi statu & officio, ipsum credimus filium Dei esse, mundi Dominum ac judicem) eam nemo fidelis est qui ignoret nihil aliud quam desperationem posse in nobis gignere, nisi promissiones, id est, ipsius Christi statum & officium ita cognoscamus, ut tanquam nobis proprias & peculiares amplectamur. Nam tum demum credit aliquis quod Iesus Christus est, quum per Spiritum Sanctum edoctus, certo statuit ad se propriè & peculiariter pertinere quæcunque nobis à Deo gratis per Messiam promissa sunt, eamque fidem necessario & Spes & Charitas consequun.* Et pag. 99. *Quæso vero ut de hac via qua ad Christum pervenitur hoc loco nihil dicam: Christum Dei filium, esse mundi dominum ac judicem quomodo tandem intelligam, si de ipsius statu & officio quærere necessarium non est? Hæc enim ita sunt inter se conjuncta, ut divelli non possint. Sed ut possint, quo fructu Christum mundi*

*judi-*

judicem esse cognoscam, nisi hoc quoq; teneam, quos sit in genere absoluturus, (nam de singulis non loquor,) quos condemnaturus, qua ratione ipsius iram vitare, ipsius benevolentiam mihi conciliare possim? Vitam corrige dices: Hæc enim una via est qua ad Christum pervenitur. Quid si excipiam cum Paulo me venditum esse sub peccatum? veniente mandato peccatum revixisse? quod ad vitam comparatum est, propter carnis infirmitatem mihi ad mortem cedere? quid si ulterius progressus, dicam me non facere bonum quod volo, sed malum quod nolo? quæ tamen vox est solorum fidelium & regeneratorum. Nonne si hîc consistam, vel frustra conabor omnia, vel ad desperationem adigar? Christiani igitur diversam prorsus viam insistunt, & adversus hæc mala in Christi statu & officio unicum remedium inveniunt. Dicimus enim sicut una via est qua ad Deum pervenitur, ipse nimirum Christus, ita unum iter esse quod ad Christum ducit, nempe fidem. Hæc autem fides omnia illa dogmata quæ vos ut non necessaria rejicitis, ita amplectitur, ut quicunq; verè fideles sunt, præterquam quod his ut veris assentiuntur, (quod ipsi etiam Diaboli faciunt) etiam ad se propriè & peculiariter Dei promissiones pertinere ex Sp. S. & cõscientiæ testimonio colligãt. Sed audimus cur quæstionem de Christi statu & officio non putet Bellius ad salutem per fidem obtinendam usq; adeo necessariam esse: Quia, inquit, sine hac cognitione salvi facti sunt publicani & meretrices. Ita ne verò salvos esse factos peccatores per eum quem prius non cognoverint? cognoverint, inquam, non modo ut DEI filium, mundi Dominum ac Iudicem, sed ut sibi-

ipsis

ipsis peculiariter gratis à Deo datum: ut quia ipsi in eum credunt, ideò non pereant, sed habeant vitam æternam? Est hoc Christi officium scripturæ paginis ita inculcatum, ita dilucidè, copiosè ac luculenter per singulas partes explicatum, ut qui ejus cognitionem dicat necessariam non esse ad salutem per fidem obtinendam: aut si sciatur, meliores homines non reddere, quæ sit fidei materia & substantia ignoret, jure sanè videatur Spiritum Sanctum tanquam garrulum & importunum accusare. Id autem quum sine horrore ne cogitari quidem possit, quid de vobis tandem sentiendum qui editis etiam libris id audetis affirmare. Cognosci non vultis ubinam sit Christus, & quid agat, & quomodo ad dextram Patris sedeat. Frustra igitur Angeli in cœlum ascendisse testantur, & sic descensurũ, scribitur: Frustra habere nos Pontificem magnum qui penetravit cœlos supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & Dominium, & omne nomen quod nominat: frustra jubemur in cœlos oculos attollere. Imò verò potius ea renititur consolatio nostra, quod ad Patrem ascendit in cœlos ut aditum nobis ad Patrem patefaceret: ut unà cum ipso sedeamus in cœlestibus: ut daret dona hominibus, & arrabonem illius hæreditatis nostræ: ut illic sciamus eum apud Patrem pro nobis interpellare, sublimiorem cœlis factum. Sed & ipsam Trinitatis cognitionem vos quoq; inutilem facitis, nempe ne quid salvi in Christiana religione supersit. Ergo qui vos Arrio, Sabellio, Aëtio, Eunomio, Apollinari, Maneti, Marcioni, Eutycheti, Macedonio, Samosateno, Nestorio, & cæteris hujusmodi hominum monstris comparavit, annon illis injuriam faciat? Illi enim quamvis Sacrosanctum

Trinita-

Trinitatis mysteriũ infinitis modis profanarint, minimè tamen eò impudentiæ processerunt, ut Trinitatis cognitionem in earum rerum numero ponerent, quæ non essent necessariæ: & quæ si sciantur, meliorem hominem non reddant. Vosne vero Patres, qui tot annos non verbis tantum & voce, sed tot libris nunquam interituris, sed perpetuis laboribus omnig3 calamitatum genere, ipsa denique sanguinis profusione, Trinitatis mysterium adversus tot Regum, Principum, hæreticorum immanitatem constanter asseruistis: Vos, inquam, neque prudentes, neque fortes, sed imperitos & pertinaces in causa parum necessaria fuisse arbitrabimur? Quæso te, Athanasi, quorsum per universum orbem terrarum tamdiu aberrasti? quorsum symbolum illud tuum admirandæ brevitatis condidisti, si ad refellendos hæreticos ostendere non licet ex quibus scripturæ locis colligamus Christum unum esse cum Patre? in una essentia tres hypostases distingui? verum DEVM & verum hominem in uno filio DEI Christo neq3 permisceri, neque profundi, sed ita uniri ut unus Christus existat? Vtinam vero simplici assensione contenti essent homines, ut de istis subtilius disputare boni viri minimè cogerentur: sed quum Satan, quorundam utens curiositate, pene infinitas rationes excogitarit quibus partim errores suos astrueret, partim DEI verbum everteret, ferenda ne ista sunt, ac non potius vera ac Germana verbi DEI interpretatione fideles confirmandi? Vos autem non modo de his quæri non vultis, sed etiam affirmatis si hæc cognoscantur, meliorem hominem non efficere, ô blasphemiam. Deleatur ergo, deleatur divinissimum illud Divi Iohannis ἀγώνισμα, in quo filij

Dei

*Dei τὸ ὁμοούσιον, distinctaq; hypostasis, divinaque naturæ cum humana in unum Christum unitio tam clarè & perspicuè declaratur. Deleatur baptismi formula in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti, in Christi Baptismo, testibus etiam sensibus externis confirmata. Nam & Patris vox audita est, & Christus voce Patris, verus Deus ac verus homo declaratus, & Spiritus Sanctus in columbæ forma humanis oculis conspectus: quæ omnia, si istis credimus, ad salutem necessaria non fuerunt.* Deleatur Divinum illud Epistolę ad Romanos initium, in quo tam apertè filius à Patre distinguitur, & utraque in Christo natura explicatur. Quod si hæc deleta fuerint, ubi fides, ubi consolatio nostra? nisi enim Patris & Filii hypostases distinguantur, an credam me Patri per Filium reconciliatum? nisi Christus verus Deus est, ideoque coæternus & consubstantialis Patri, an Servator? an Sanctificator? an peccati, mortis, Diaboli victor? nisi verus homo per omnia, excepto peccato, an mediator natus, passus, sepultus, excitatus, in cœlos reversus, ut in carne nostra cœlorum possessionem credentibus acquisitam cerneret? an frater noster, caro de carne nostræ, os ex ossibus nostris? An fidelis Pontifex, ut iis qui tentantur possit succurrere? Quod si duo Christi sunt, an unus advocatus noster? an ipse nostra est justificatio sanctificatio? Quod si confusio est naturarum, an sitire esurire, mori pro nobis potuit? *Rursus nisi ab utroq; Spiritus Sanctus secernatur, an filius rogat Patrem*

*Patrem ut nobis det Paracletum? an eundem veritatis spiritum, qui etiam de filio accepit, filius nobis mittit?* Et nisi hæc ita sint, per quem sciemus nos esse Dei filios? an templum Dei erimus? ubi pignus hæreditatis nostræ? ubi consolatio in afflictionibus? quis gemitus illos inenarrabiles in nobis excitabit? quis clamabit Abba Pater? an nos Christus sanctificabit? an Pater & filius apud nos mansionem facient? Deniq; an mentem Christi tenebimus? & nisi ista crederemus, quid miserius, quid calamitosius Christiana ratione? Quid plura? quæstionem quoque de prædestinatione, & libero arbitrio inanem facitis, præterquam ad superbiam & sævitiam gignendam. Atqui veræ modestiæ hic unus fons est, si te noveris quoad salutem per te nihil esse, nihil velle, nihil posse: & si quid habeas, id demum habere quod gratis acceperis ab eo qui dat nobis & velle, & efficere. Et pag. 113. *Et quid si tu, Clebergi, ovem non ad Dominum, sed ad furem ipsum adduxeris, sive per negligentiam, sive per improbitatem? Nam Mahumetanum hoc dogma est, in sua Religione quemq; servari.*

Idem Calvinus in harm. Evang. pag. 6. maledicta, scribit, sit pax & unitas, qua inter se extra Deum conveniunt homines. In eadē harm. pag. 219. *Tales sunt hodie permulti, qui in rebus perplexis se meritò suspendere judicium causantur, quia expectanda sit certa definitio: imo prudentiæ hoc esse putant, omnem veri inquisitionem data opera fugere.*

Quasi

*Quasi vero turpis ignaviæ non sit, quum tam sedulo curent, quæ carnis sunt ac terræ, negligere æternam animarum salutem, & interim crassæ ac supinæ ignorantiæ vanos sibi accersere prætextus.* Idem in Epist. ad Rom. cap. 16. pag. 139. *Impudens calumnia est, pacis & unitatis prætextu conspirationem in mendacia & impias doctrinas defendere.* In fronte Synod. Dordr. sess. 1. pag. 4. hæc legas, *Meliorem esse talem pugnam quæ nos Deo (qui est veritas) proximos facit, quam pacem illam quæ separat à Deo: duas item esse amicas ac sorores geminas, Veritatem & Pacem: neque ad nos pacem venturam, si sororem eius veritatem non dilexerimus.* & ibid. in calce. pag. 447. *Nec bona conscientia cum illis pax coli aut Syncretismus iniri sanctive potest, qui contra fundamentalem fidei doctrinam insurgunt ac errores amplectuntur. Alij* (ita Coccei. ad 2. Tim. 3. pag. 18.) *nobis suasores sunt atque auctores,* (præsertim eorum hoc tempore magna messis est) *ut pacem faciamus cum omni genere hominum, qui se Christianos appellant.* Hoc enim ajunt esse charitatis & mansuetudinis Christianæ. Unum debere esse o vile. Igitur nobis comminiscuntur novam quandam hypotyposin, morphosin, formulam & canonem, & verè Lesbiam Regulam, omnibus figuris, rectis & curvis, aptam, involucra verborum, cothurnos versalites, commentarios vim vel typi pietatis vel ipsius pietatis exinanientes; atque ita unitatem ne pax sit, ut cum Patrum non infimo loquar, procurant; quique eorum Consilium

non approbant, eos in perpetuo Schismate velle vivere, dictitant. *Apostolus nos monet cautos esse & ἀποτρέπεσθαι tales, licet multi & magni sunt.* Thesis Polani in Symphon. Catholicâ cap. 18. hæc extat pag. 705. *Vnio Christianorum & pax est res præclara atq; expetenda, sed in Christo, in eadem vera fide & cum bonis: alioquin melius & utilius fidelibus si à malis aperte oppugnentur & persecutionem patiantur; siq; fideles à malis ingenuè se dissidere profiteantur & se ab illis separent.* Palatinorum im Anhang deß außführlichen berichts hæc est sententia, pag. 290. Verflucht sey/ sagen wir noch einmahl/ wer vmb deß zeitlichen Friedens willen / an der ewigen Warheit Gottes zum Verräther werden will. Adde Doctores anti Syncreticos adductos in Mysterio Syncretismi §. 45. pag. 103. & seqq.

§ 16 *Alazonia de Sanctitate.* Quàm hæc fallere possit, ostendit Helvetica confessio posterior harm. confess. pag. 8. *Sunt hypocritæ multi, qui foris verbum Dei audiunt, & Sacramenta palam percipiunt: Deum quoque per Christum confiteri justitiam suam unicam, Deum item colere, & charitatis officia exercere, patientiaq; in calamitatibus ad tempus perdurare, videntur: sed intus vera spiritus illuminatione, & fide animiq; sinceritate, & finali perseverantia destituuntur: qui etiam quales sint, tandem deteguntur ferè.* Quam fallat actu in Photinianis, Anabaptistis, fanaticis aliis (de quorum uno Davide Georgio Spanhem. in hist. Anabaptist. scribit. pag. 424.

424. Dici satis non potest, quantam hominum multitudinem in partes suas pertraxerit flagitiosissimus mortalium duobus potissimum mediis, Externâ vitæ sanctimoniâ, & assiduo ac ardenti in speciem preces ad Deum fundendi studio. Is à Magistratu Basileensi tanquam exul Christi receptus: triennio demum post obitum istius impostoris, honestè in Æde Leõhardi tumulati, aulæo diducto fabula panditur. Quam fefellerit olim in gentilismo, palam est: depromiserit licet Valer. Max. virtutum Romanarum exempla toto commentario; concinnarit licet Grot. in annot. ad l. de verit. Relig. Christ. pag. 277. & seqq. quendam quasi Decalogum Ethnicum; tamen ista omnia in ruborem conjecit Categoria Apostolica Rom. 1. adornata, Confer Christeid. act. 1. p. 37. & pag. 696. Augustinus monet l. 13. de Trinit. cap. 20. Virtutes ipsas, quibus prudenter, fortiter, temperanter, justeque vivitur, nisi ad fidem referantur, verè virtutes non esse.

Martyres (quibus Catalogi implentur) non pœna facit sed causa. Sustinuerunt nonnulli extrema, sed vel Orthodoxi, Calvinianis misti, vel dubii adhuc in prima reformationis aurora, de illis fidei articulis, quorum negatio tum nævus haberi potuit, nondum hæresis: Certi autem Anti-Christianæ tyrannidis, quam constanter in Papâ sunt detestati: vel etiam ἀλλοτριοεπίσκοποι qui ob imagines dejectas & res

adiaphoras turbatas, hostium Zelum irritarunt, vel etiam seditiosis machinationibus luerunt quod merebantur, non aliter Martyres, quam Maria Scotica Stuartica, quam Martyrologio dignatus est Adamus Contzen ad Rom. 6. pag. 497. Placet hîc Epicrisis nostri D. Pappi in Compend. hist. Eccles. pag. 49. qui postquam è Socrate memorasset ex Arianis Martyres factos, hæc addit, *Diligenter autem notanda est ista hæc Socratis narratio propter gloriationes Sacramentariorũ nostri temporis, qui quia Martyres habent, patrocinium inde quærunt suis erroribus, sed respondemus cum Socrate, Martyres illos Sacramentariorũ cum Anti-Christianum Papatum detestarentur, Christianismum qualis ipsis prædicabatur simplici animo complexos esse & non propter dogmata Sacramentaria, sed propterea, quod Papatui contradixerunt, passos esse, ideoq; nullo modo eos habemus pro martyribus Diaboli, quemadmodum accusamur; quam ἐπιείκειαν confirmat formula Concordiæ in præfat. Quamobrẽ hoc nostro scripto (verba sunt) in conspectu Omnipotentis Dei, & coram tota Ecclesia testamur, nobis propositum nunquam fuisse hac pia conciliationis formula, molestiam aut periculum creare piis, qui persecutionem hodie patiantur. Quemadmodum enim Christiana Charitate moti in societatem doloris cum eis dudum vovimus; ita à persecutione & gravissima tyrannide, quæ in miseros illos maxima exercetur, abhorremus; eamq; ex animo detestamur: nullo etiam modo in profusionem innocentis illius sanguinis consentimus; qui haud dubie in tremendo illo*

*Domini*

*Domini judicio ac coram tribunali Christi à persecutoribus illis magna severitate repetetur, & hi sanè tum tyrannidis suæ gravissimas rationes reddituri, ac pœnas horrendas subituri sunt.* At verò ita excipit Crocius in comm. protest. paci sacro. q. 2. cap. 10. pag. 82. *Hugonotti, quos vocant, propter idololatricî Papatus desertionem patiebantur persecutionem. Sed ad illam desertionem referebatur negatio oralis manducationis corporis & sanguinis Christi in S. Cœnâ, propter confessionem fidei anno sexagesimo primo Regi oblatam vim patiebantur. Ea satis explicate continet dogma de de Sacra Cœnâ. Et Martyres de hoc ipso dogmate fuerunt interrogati, de hoc ipso in suis confessionibus responderunt.* Hic vero respondemus cum Huttero in Irenic. pag. 118. *Si Pareæ illi, quorum Martyria hoc loco celebras, mortem appetierunt pro eo Christo, proque eâ doctrina, quam Calviniana Schola sibi ceu propriam vendicat, certe martyrii definitio illis jure nullo competere potest. Sin ideo trucidati fuerunt, quod Anti-Christo Romano eiusq; idolomaniæ reclamarint, certo nihil illi singulare præ nostris confessoribus obtinent.* Hæc ille Anti-Christi detectio, abnegatio fuit ac criminum crimen, reliquos nævos illa quidem seculorum periodo speramus Deũ condonasse, sicut Cypriano nævũ Catabaptismi, vid. hodom. p. 41. Calvini hæc sunt in harm. p.m. 75. *Ne se protinus Christi Martyrem esse jactet, qui sua culpa sustinet persequutionem: quemadmodum olim Donatistæ hoc solo titulo, sibi placebant, quod Magistratus haberent sibi adversos. Et hodie Anabaptistæ, quum perturbant suis*

*delirijs Ecclesiam, Evangelium infamant, gloriantur tamen se ferre Christi insignia ubi juste damnantur.*

§ 17. *Alazoniæ deficibilitatis* infra dicã scribemus Alazoniã *de spiritu privato refellit* discrimen quod est inter Θεοπνευστας & fideles comuniter, quod per spiritus privati in quolibet fidelium Phantasiam tollitur. Quod Spiritus Sanctus per verbum nostro Spiritui (hoc est conscientię fide illuminatæ) contestetur, Apostoli est assertio: sed Spiritui Sancto per verbum loquenti contestari aliquem novum ac Divinum spiritum internum, vel Spiritus aliquod χάεισμα par Ptopheticæ Θεοπνεύσει ac Apostolicæ ἐπιλεύσει, à quo revelatio revelationis, quis docuit Apostolus? an longè abest hæc opinio ab Enthusiasmo?

Alazoniæ *de Catholicismo*, quem frustra jactari patet, tùm ex tota hac hodomoriarum categoria, tùm ex historia Pelagiana Gerh. Joh. Vossii. Item ex Syllabo auctoritatum & testimoniorum veterum ac recentiorum pro Universali gratia, collecto ab Hermanno Hildebrando in Orthodoxa declar. eundem Catholicismum restringit vocatio particularis, vide fundam. deduct. Darmstatt. c. 5. p. 321.


*Ad supplendam vacunam pagellæ, hanc addere placuit Mantissam.*

Supra ad p. 98. Guilhelm. Tvvysæi Angli cujus pag. cit. facta est mentio, sententia, de *apice* ut vocat

vocat controversiæ Theologicæ, *sitne massa nondum condita, aut condita sed nondum corrupta, objectum prædestinationis*? mordicus eo usque defensa, ut etiam Molinæum sibi Antagonistam elegerit, extat in Vindiciis gratiæ potestatis ac providentiæ Dei, lib. 1. part. 1. digress. 6. c 1. p. 84. Ad pag. 257. Sixtinum Amamam scripsimus infirmo tibicine suffultum, B. Luthero bellum indixisse, dum ejus versionem carpit, Deutr. 29. 29. nec mutamus, quod jecimus. Nam ל sæpe genitivi notam esse, omnes illi Psalmi Davidici testantur, quorum est Epigraphe מזמי לדור, Item. Ps. 121. 1. שיר למעלות, Ita תנלה לחבקוק. Habacuc 3. confer Gen. c. 7. 11. c. 32. 18. Ps. 24. 1. Porro accentum Athnach, non semper distinguere sententias palam esse agnoscit ipse Rivet. Exercit. 76. ad Genes. 14. cum Bellarmini argumentum ex accentuatione depromptum refellit. errare (inquit Rivet ad Gen. p. 367.) Certum est eos qui putant, ubicunque talia puncta (loquitur de Silluch, & Soph. Pasuc, de quo tamé posteriori accentu Elias Lev. l. de accent. cõtendit quod plus distinguat quam Athnac) habentur, Ita sensum perfici & impleri ut sequens versus ad eum nihil pertineat. *Sæpe enim apparet, postrema verba alicuius versus cumprimis sequentis connexa esse, ratione sensus.* Monet clariss. Hacspan. in interpr. Errab. p. *203. apud Hebræos vau iteratum, aut verò sæpius repetitum, ubi aliquot actiones vel passiones recensentur, ob periodi brevitatem divinam, vim ac-*

*centus imminuere.* v.c. Gen. 16. 2. 3. שרי ותקחשוי את vulgata reddit: ישמע אכום לקול אותה לאברם הצר ותתן. Cumque Abraham acquiesceret deprecanti, tulit Sara Agar, & dedit eam Abrahamo viro suo uxorem. Quid hîc impediebat Soph. Pasuk? Adde exemplum aliud quam maximè insigne. 1. Reg. 12. 46. 47. 48. 49. 50. ubi omnia indivulso nexu cohærent, salvo accentu eodem. Nesciunt enim hebræi periodũ ita constringere, ut Græci & Latini. Nihil itaq; in accentu ibi latet præsidî. Deniq; Lutherum non neglexisse מה גם cumq; ejus versione sensum copulativè benè consistere, patet quia מה גם non rarò idem est apud Hebræos quod ETIAM exempla legas prov. 24. 27. Esai. 24. 22. Osea. 8. 6. ac si maximè neglexisset Lutherus מה גם. nullam tamen versioni fraudem feciſſet, utpote cui constiterit מה גם aliquando redundare. 2. Sam. 13. 20. & consedit Tamar ישממה desolata in domo Absolomi fratris sui. 2. Sam. 15. 34. Servus Patris tui. ואני מאז ego jamdiu fui, & nunc ואני ego servus tuus sum. Job. 23. 12. Præceptum labiorum ejus ולא non dimovi. Amos. 4. 10. Et feci, ut ascenderet fœtor castrorum vestrorum ובאפכם in nasum vestrum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0729
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0730
DFG

dignationis in lege, noſter
imo ſeculi ſpacio adeptus
procul dubio ſecundum
& major populus, id eſt,
nori, & minor populus, id
m. Ac poſt: Noſter ve-
ior, relictis idolis quibus
eum converſus eſt, à quo
abſceſſerat. Sic namq;
rem ſuperavit, dum gra-
uitur, à qua Israel eſt re-
adverſus Marcionem:
& prælationis populi figura
s teſtimoniorum con-
io populi ſint prædicti
etus Iudæorum, & no-
urus. Confer D. Men-
alyſ. Rom. 9. Et Theo-
fundam. deduct. p. 293.

s fuerit ex Apoſtolicâ
t difficili veſtigari po-
Hebræa à Jesu Naza-
bat: cavillabatur, blaſ-
t hodie gens ſenior Ro-
acris Veteris Eccleſiæ
t ægrius, quam ſe Eccle-
theranos veræ Eccleſiæ
giſmorum cornibus cœ-



the scale towards document
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 0341
Patch Reference numbers on UTT
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11
10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn779449371/phys_0731
DFG